Joannes interpretatur cui donatum est: quia per gratiam dei donatum est illi regem regum non solum precurrere: sed etiam baptizare. Augu. Quare venit? Hic venit in testimonium vt testimonium perhiberet de lumine. Orige. Quidam improbare nituntur edita de christo testimonia prophetarum dicentes. Non egere testibus dei filium habentem credulitatis sufficientiam: tum in his que protulit salubribus verbis: tum in mirabilibus operibus suis. Siquidem et moyses credi meruit per verbum et virtutes: non egens previjs testibus. Ad hoc dicendum est quod multis existentibus causis inducentibus ad credendum: plerũque quidã ex hac demonstratione non admirãtur: ex alia vero habent causam vt credant. Deus autem est qui pro cunctis hominibus homo factus est. Cõstat igitur quosdã ex dictis propheticis ad christi admirationem coactos: mirantes tot prophetarum ante eius aduentum vocem: cõstituentes natiuitatis eius locum et alia huiusmodi. Illud quoque aiaduertendum quod prodigiose virtutes ad credendũ prouocare poterant eos qui tempore Christi erãt: non autẽ post longa tempora non fabulosa quedam existimata fuerunt: plus enim peractis virtutibus facit ad credulitatem: que cum virtutibus queritur prophetia. Est autem et tale quid dicere: quod quidam in hoc quod testimoniũ perhibent deo honorati sũt. Priuare vult ergo chorũ prophetarũ ingenti gratia: qui dicit illos nõ oportere de Christo testimoniũ exhibere. Accessit aũt his ioãnes: vt testimoniũ de luce perhibeat. Chry. Non ea indigẽte testimonio. Sed propter quid ipse ioãnes docet dicens. Ut omnes crederent per illum. Sicut enim carnẽ induit ne oẽs perderet: ita et preconẽ hominem misit: vt cognatam audientes vocem facilius aduenirent. Beda. Non autẽ ait. Ut omnes crederent in illũ. Maledictus enim homo qui confidit in homine: sed vt omnes crederẽt per illum: hoc est per illius testimonium crederent in lucẽ. Theophi. Si vero aliqui non crediderint: excusabilis permanet ipse. Nam et si aliquis includens se in domo caliginis: et ipsum solis radius non illustret ipse causam tribuit et non sol: sic ioannes vt omnes crederent missus fuit: sed si minime consecutum est: ipse huius rei cã non extitit. Chry. Quia vero multũ apud nos maior qui testatur: eo qui testimoniũ perhibet et dignior fide esse videtur: ne quis et de ioanne hoc suspicetur: hanc suspitionem destruit dicens. Nõ erat ille lux: sed vt testimoniũ perhiberet de lumine. Si vero non huic instãs opinioni hoc resumpsit vt testimonium perhiberet de lumine: superfluum esset quod dicitur: et magis iteratio sermonis quam explanatio doctrine. Theophi. Sed dicet aliquis. ergo neque ioannẽ neque sctõrum quẽpiam lucẽ esse vel fuisse dicemus: sed si sctõrũ aliquẽ lucẽ volumus dicere: ponemus lucem absque articulo: vt si interrogatus fueris: verũ ioannes est lux sine articulo: secure cõcedas. Si vero cum articulo non concedas. Non enim est ipsa lux principalior: sed lux dicitur. quia secundum participationem lucẽ habeat a vero lumine.

Testimonia prophetarũ de christo.

Lucis duplex acceptio.

Erat lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.

Augu. De quo lumine ioãnes testimonium perhibeat ostẽdit dicẽs. Erat lux vera. Chry. Uel aliter. Quia superius de ioanne dixerat quod venit et missus est: vt testetur de luce. ne quis hoc audiens propter testantis recentem presentiam et de eo cui testimonium perhibetur: talẽ quãdam suspitionem accipiat: reduxit mentem: et ad eam que supra omne principium est trãsmisit existentiã dicens. Erat lux vera. Augu. Quare additũ est vera? quia et homo illuminatus dicitur

lux: sed vera lux illa est que illuminat. nam et oculi nostri dicuntur lumina: et tamen nisi aut per noctem lucerna accēdatur: aut per diē sol exeat: lumina illa sine causa patent. vnde subdit. Que illuminat oēm hominē. Si omnem hominem: ergo et ipsum ioannem. Ipse ergo illuminabat: a quo se demonstrari volebat. Quo modo enim plerumqȝ fit vt in aliquo corpore radiato cognoscat ortus esse sol: quē oculis videre non possumus: qz qui saucios habent oculos: idonei non sunt videre parietem illuminatum aut aliquid huiusmodi: sic omnes ad quos venerat christus minus erant idonei eum videre. Radiauit Joannem: et per illum confitentem se illuminatum: cognitus est ille qui illuminat. dicit autem. Uenientem in hunc mundum. nam si illinc non recederet: non esset illuminandus: sed ideo hic illuminandus: quia illinc recessit: vbi homo poterat esse illuminatus. Theophi. Erubescat manicheus qui conditoris maligni et tenebrosi nos asserit creaturas. Non ei illuminaremur: si veri lumis creature non essemus. Chry. Ubi sunt etiam qui non dicunt eum verū deū? hic enim lux vera dicitur. Sed si illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: qualiter tot sine lumine permanserunt? Non enim omnes cognouerunt christi culturam. Illuminat igitur omnē hominē quātum ad eum pertinet. Si autem quidā mentis oculos claudentes noluerūt recipere lucis huius radios non a lucis natura obtenebratio est eis: sz a malitia eorum qui voluntarie priuant seipsos gratie dono: nam gratia quidem ad oēs effusa est. Qui vero nolūt dono hoc frui sibiipsis hāc imputent cecitatem. Augu. Uel qd dicitur. illuminat omnem hominem: sic intelligimus non quia nullus est hominum qui non illuminetur: sed quia nisi ab ipo nullus illuminatur. Beda. Sine naturali ingenio: sine

Pulchrū mysteriū

sapientia diuina: sicut enim nemo a seipso esse: sic etiam nemo a seipso sapiens esse potest. Orige. in omi. Uel aliter. Non de his qui de occultis seminum causis in spēs corporales procedūt debemus intelligere qui illuminat hominem venientem in hunc mundum: sed de his qui spiritualiter per regenerationem gratie que datur in baptismate in mundum veniunt inuisibilem. Eos itaqȝ vera lux illuminat qui in mundum virtutum veniunt: non eos qui in mundum vitiorum ruunt. Theophi. Uel aliter. Intellectus nobis traditur ac nos diligens: qui et naturalis rō nominatur: dicitur lux tradita nobis a deo. Sed quidam male rōne vtentes se ipsos obscurauerunt.

Mūdus duplex.

¶ In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit.

¶ August. Lux que illuminat oēm hominem venientem in hunc mundum: huc venit per carnem: qz dum hic esset per diuinitatem a stultis cecis et iniquis videri non poterat: de quibus supra dictū est. Tenebre eā nō cōprehenderunt. et ideo dicit. In mundo erat. Orige. in omil. Ut em qui loquitur: dum loqui cessat vox eius esse desinit et euanescit. Sic celestis pater si verbū suum loqui cessauerit: effectus verbi hoc est vniuersitas verbo cōdita non subsistet. nō aūt putes qz sic erat in mundo: quō in mūdo est terra: pecora: et homines: sed quomodo artifex regens qd fecit. vnde sequitur. Et mundus per ipsum factus est. Non enim sic fecit quomodo facit faber. qui enim fabricat extrinsecus est ad illud qd fabricat. Deus autem infusus mundo fabricat vbiqȝ positus: et non recedit ab aliquo: p̄sentia maiestatis facit quod facit: et gubernat qd facit sic ꝙ erat i mūdo: quō p quē fact⁹ ē mūd⁹. Chry. Et iterū qz i mūdo erat sed nō vt mundo ꝯtēporane⁹ ppter

Quōde⁹ est in mūdo.

hoc induxit. Et mundus per ipsum factus est: per hoc ⁊ rursus reseducens ad eternam existentiā vnigeniti. qui enim audierit quoniam opus eius hoc totum: ⁊ si valde insensibilis fuerit: cogetur concedere aū opera esse factorē. Theophi. Simul autem hic ⁊ martionis subuertit rabiē: qui malignum conditorem cuncta produxisse dicebat: necnon ⁊ arrij q̄ filium dei dicebat creaturā. Augu. Quid est autem mundus per ipsum factus est? Celum: terra: mare: ⁊ oīa que in eis sunt mundus dicit. Iterū in alia significatione: dilectores mūdi mundus dicuntur: de quo sequit. Et mundus eum non cognouit. Nō enim celi aut angeli aut sydera non cognouerunt creatorem: quem confitentur demonia: omnia vndiqȝ testimoniū perhibuerunt. Sed hi nō cognouerunt eum: qui amando mūdum dicti sunt mundus. amādo em̄ mundum habitamus corde in mundo. nam qui non diligunt mundum: carne versantur in mundo: sed corde inhabitant celum: sicut apostol⁹ dicit. Nostra conuersatio in celis ē. amando igitur mundum: hoc appellari meruerunt vbi habitant. Quomodo enim dicimus mala ē illa domus aut bona: non parietes incusamus aut laudamus: sed inhabitantes: sic ⁊ mundum dicimus qui inhabitant mundum amādo. Chry. Qui autē dei erant amici: eum cognouerunt etiam ante corporalem p̄n̄tiaȝ. vn̄ ⁊ xp̄s ait. Qm̄ abraam pater vester exultauit vt videret diem meū. Cum ergo nos interpellant gentiles dicentes. Quid est quod in vltimo tpe venit nostram operaturus salutem tanto tpe negligēs nos: dicimus q̄m̄ ⁊ ante hoc in mūdo erat ⁊ ꝓuidebat operibus suis: ⁊ omnibus dignis cognitus erat. ⁊ si eū mūdus non cognouit: hi tñ quib⁹ mundus non erat dignus eum cognouerunt. Dicens autem. Mundus eum nō cognouit: breuiter causam ignorantie prebuit. Mundum enim vocat homines qui soli mundo affixi sunt: ⁊ que mundi sunt sapi'ūt. Nihil autem ita turbat mentem: vt liquefieri amore presentium.

Mund⁹
uō ma=
is dicat

¶ In propria venit: ⁊ sui eum non receperūt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credūt in nomine ei⁹. Qui non ex sanguinibus: neque ex voluptate carnis: neque ex volūtate viri: sed ex deo nati sūt.

¶ Chry. Dixit q̄ mūdus eū non cognouit de superioribus loquens tēporibus: sed de reliquo sermonem induxit ad predicationis tempora: ⁊ ait. In propria venit. Augu. Quia scilicet omnia per ipsum facta sunt. Theophi. Ut per propria mundū intelligas: siue iudeam quam ꝓ hereditate elegerat. Chry. In propria ergo venit: non gratia sue necessitatis: sed gratia beneficij suorū. Sed vnde venit qui oīa implet: et vbiqȝ adest? Ea quidem que ad nos descēsione hic operatus est: quia em̄ in mundo existens: non putabatur adesse: eo q̄ nondum cognoscebatur: dignatus est induere carnem. Manifestationē vero hanc ⁊ condescensionem: presentiā vocat. Misericors autem existens deus omnia facit: vt nos s̄m virtutem splendeamus. ⁊ propter hoc quidem nullum necessitate: suasione vero ⁊ beneficijs volentes ad se attrahit: et propter ea venientem eum hi quidem susceperunt: alij vero nō receperunt. Nullum enim vult inuitū neqȝ coactum habere famulatum: inuitum enim trahi par est cum eo qui totaliter non seruit. vnde sequitur. Et sui eum non receperunt. Judeos nunc suos dicit: vt populum peculiarem: sed ⁊ oēs hoīes vt ab ipso factos: ⁊ sicut superius pro cōmuni verecundatus natura dicebat: quoniaȝ mūdus per

Que ꝓ
pria xpi
dicant.

Quō de⁹
trahit
hoīes.

dus per ipsum factus conditorē nō cognouit:ita ꝛ hic rursus pro iudeorum aurius indeuotione grauiꝰ ponit accusationem dicens. Et sui euz non receperunt. Augu. Si autem omnino nullus recepit:nullus ergo saluus factus est. Nemo enim saluꝰ fiet:nisi qui christum receperit veniētem.ꝛ ideo addidit. Quotquot autē receperunt eum. Chry. Siue sint serui:siue liberi:siue grec.:siue barbari:siue insipiētes:siue sapiētes:siue mulieres:siue viri:siue pueri:siue senes:oēs eodē digni facti sūt honore. de quo sequit. Dedit eis ptātē filios dei fieri. Ambro. Magna ben uolētia vnicus natus est:ꝛ noluit manere vnus non timuit habere coheredes:qꝛ hereditas eius non fit angusta si eam multi possederint. Chry. Non autez dixit:qꝛ fecit eos filios dei fieri:sed dedit eis potestatem filios dei fieri:ostendens quoniā multo opus est studio:vt eam que in baptismo adoptionis formata imaginem incontaminatam semper custodiamus. Simul aūt ꝛ ostendēs quoniam potestatem hāc nullus nobis auferre poterit nisi nosipsi auferamus. Si em qui ab hominibus dominum aliquam rerū suscipiunt tm habent robur qntum fere hi qui dederunt:multomagis nos qui a deo potimur hoc honore. Simul autem ostendere vult:quoniam hec gratia aduenit volētibus ꝛ studentibꝰ. Et enim in potestate est liberi arbitrij: ꝛ gratie operatione filios dei fieri. Theophi. Uel quia in resurrectiōe filiationem perfectissimam cōsequemur:sm qꝫ apostolus dicit.adoptionem filiorum dei expectantes redēptionez corporis nostri. Dedit ergo potestatem filios dei fieri.i.hāc gratiam in futura gratia consequendi. Chry. Et quia in his pis ineffabilibus bonis hoc quidem est dei.s. dare gratiam:illud vero hominis.i.pbere fidem:subiungit. His qui cre. in nomine eius. Quid igitur non dicis nobis O ioannes qd eorum sit supplicium qui eum non receperūt? quia nunquid isto supplicio fiet maius qꝫ preiacēte eis potestate filios dei fieri non fiant: sed volentes seipsos tanto priuant honore:sed eos inextinguibilis eos suscipiet ignis quod postea manifestius reuelabit. Augu. Credentes ergo qꝛ filij dei fiunt:ꝛ fratres christi vtiqꝫ nascunt. Nam si nō nascunt filij quō esse possunt? Sed filij hominum nascuntur ex carne ꝛ sanguine et ex voluntate viri ꝛ cōplexu coniugij. Illi aūt quomodo nascant subdit. Qui nō ex sanguinibus:tanqꝫ maris ꝛ femine. Sāguina vel sanguines nō est latinum: sed qꝛ grece positum est pluraliter: maluit ille qui interpretabat sic ponere.ꝛ quasi minus latine loqui sm grammaticos:ꝛ tn explicare veritatem sm auditum infirmorū. Ex sanguinibus enim maris ꝛ femine homines nascunt. Beda. Sciendū etiā est:quia in scripturis sanctis sanguis cum dicit pluraliter:pctm significare solet.vnde. Libera me de sanguinibus. Augu. In eo autem qd seqꝛtur. Neqꝫ ex voluntate carnis:neqꝫ ex voluntate viri carnē pro femina posuit:quia de costa cum facta esset adā dixit. Hoc nūc os de ossibꝰ meis: ꝛ caro de carne mea. Ponitur ergo caro pro vxore:quomodo aliquando spiritus pro marito:qꝛ ille imperare debet:ista seruire. Quid enim peius est domo vbi femina habet imperium super virum? Hi ergo neqꝫ ex voluntate carnis:neqꝫ ex voluntate viri:sed ex deo nati sūt. Beda. Carnalis enim singulorum generatio a complexu coniugij ducit originem:at vero spiritualis spiritussancti gratia ministratur. Chry. Hoc autem narrat euangelista:vt vilitatem et humilitatem prioris partus qui est per sanguinem ꝛ voluntatez carnis addiscentes:ꝛ altitudinem secundi qui per gratiam ꝛ nobilitatez est cognoscentes:magnam quandā

Filiatio perfecta que sit.

Intellectus mysticus.

Natiuitas duplex.

hic suscipiamus intelligentiam et dignam dono ipsi⁹ qui genuit: et multum post hoc studium demõstrem⁹.

Et verbum caro factũ est: et habitauit in nobis.

Augu. Cum dixisset. Ex deo nati sunt: quasi ne miraremur et horreremus tantam gratiam et nobis incredibile videret: q: hoies ex deo nati sunt: q̃si securitatẽ faciẽs ait. Et verbũ caro factũ est. Quid ergo miraris q: hoies ex deo nascuntur? attẽde ipm deuz ex hominibus natum. Chry. Uel aliter. Cum dixisset: quoniaz ex deo nati sunt qui susceperũt eum huius honoris posuit causam: hoc. s. verbũ fieri carnem. factus est enim ꝓprius filius dei hominis filius: vt filios hominum faciat filios dei. Cum autem audieris. Quoniaz verbũ caro factum est: ne turberis: neq3 enim substantiã cõuertit in carnem. hoc enim vere impium est intelligere: sed manẽs qd est: serui formam assumpsit. Quia enim sunt qui dicunt: qm̃ fantasmata quedam fuerunt oia que incarnationis sunt: eoꝶ blasphemiã destruẽs: hanc dictionem. Factum est posuit. non trãsmutationem substantie: sed carnis vere assumptionem representare volẽs.

Incarnatiõis verbi modus.

Si vero dixerint: qm̃ deus omnipotens est: quare et in carnem transmutari non potuit? Dicemus q trãsmutari ab illa incõmutabili natura omnino procul est. Augu. xv. de trini. Sicut aũt verbũ nostrũ vox quodãmodo corporis fit assumendo eã in qua manifestatur sensibus hominum: sic verbum dei caro factũ est: assumendo eam in qua et ipsum manifestaretur sensibus hominũ. Et sicut verbum nostrũ fit vox: nec mutatur in vocẽ: ita verbũ dei caro quidẽ factũ est: sed absit vt mutaretur in carnẽ: assumendo quippe illam non in eam se cõsumendo: et hoc nostruz vox fit: illud caro factũ est. Ex gestis concilij ephesini. Sermo etiam quem ꝓferim⁹ quo in alterutris locutionibus vtimur sermo est incorporeus: non aspectui subiectus: nõ tactu tractabilis: s3 cũ sermo induerit litteras et elementa visibilis fit: aspectu comprehenditur: tactu tractatur: sic et verbum dei qd naturaliter inuisibile est visibile fit: et quod natura incorporeum est: inuenit esse tractabile. Alcui. Cum etiam credamus animam incorpoream corpori coniungi: vt ex his duob⁹ fiat vnus homo: facilius possumus credere diuinam substãtiã incorporeã anime in corpore cõiungi in vnionẽ persone: ita vt verbum in carnẽ non sit conuersum: nec caro in verbũ: cũ nec corpus in animã: nec anima cõuertat in corpus. Theophi. Appollinarius autem laodicensis in hoc verbo heresim statuit: dicebat enim q christus animam rõnalez non habuit: sed tm̃ carnem habens: diuinitatem pro aia que corpus dirigit et gubernat. Augu. contra ser. arriani. Si autem mouentur in eo quod scriptum est: q verbum caro factuz est. nec ibi anima nominatur: intelligant carnem pro homine positam: a parte totum figurate locutionis modo: sicuti est. Ad te omnis caro veniet. Item ex operibus legis: q nõ iustificabitur omnis caro: qd apertius alio loco dicitur. Non iustificabitur homo ex operibus legis. Sic itaq3 dictũ est. Uerbum caro factuz est. ac si diceret. Uerbum homo factum est.

Caro p homine.

Theophi. Euangelista vero volẽs ostẽdere inenarrabilem dei cõdescensum: carnẽ cõmemorat: vt illius admiremur misericordiam: quoniã propter nostram salutẽ qd omnino remotuz et distãs est ab ei⁹ natura: assumpsit. s. carnem. aia nãq3 habet aliquã ꝓpinquitatem ad deũ. Si autem verbum incarnatum est: et humanã animaz nõ assumpsit: sequeretur q adhuc anime nostre curate non essent: quod enim nõ assumpsit: nõ sanctificauit. Et qualis

verisso: cũ ala prius peccauerit: vt carnē assumendo sanctificauerit. id qđ est principalius infirmũ relinque ret. Subuertit ex hoc dicto nestori⁹ qui dicebatq non deus verbum ipse idē factus est homo ex sacro conceptus sanguine virginis: sed verbo peperit holem: qui ols virtutis dotatus erat spē: ⁊ dei verbũ illi erat coniunctũ: ⁊ ex hoc duos filios asserebat: vnũ natum de virgine. s. hominem: alterum de deo. s. dei filiũ homini illi cõiunctũ ſm gratiā habitudinē ⁊ amorē. Contra quē euāgelista dixit: ꝙ ipsum verbum factũ est hõ: nõ ꝙ verbũ inueniēs holem virtuosum se sibi cõiunxerit. Cyril. ad nestorium. Carnē eñ aīatam anima rõnali vniēs verbũ sibi ſm subsistentiam ineffabiliterq ⁊ intelligibiliter fact⁹ est hõ: ⁊ appellatus est filius hols: nõ ſm voluntatem solā aut beneplacitum: sed neq in assumptione persone solius diuerse quidem quo ad vnitionē collate nature: vnus autem ex ambobus christ⁹ ⁊ filius: nõ quasi differentia naturarum interempta propter adunationem. Theophi. Adiscimus ergo p hoc qđ dicit. Uerbũ caro factũ est: qꝛ ipsum verbũ est hõ: ⁊ filius dei existens factus est filius mulieris: que principaliter dei genitrix nũcupatur: tanq deũ in carne genuerit. Hyla. x. de tri. Quidā aũt volētes vnigenitum deum qui in principio apđ deũ erat deus verbũ: non substātiuum deũ esse sed sermonē vocis emisse: vt qđ loquentibus verbũ suũ: hoc sit patri deo filius: argute subripere yo lunt: ne subsistens verbum deus, et manēs in forma dei christus homo natus sit: vt cum hominem illũ humane potius originis causa q̃ spiritualis conceptionis sacramentum aiauerit: nõ deus verbum hominē se ex partu virginis efficiens extiterit: sed vt prophetis spiritus ꝓphetie: ita in iesu verbũ dei fuerit. Et arguere nos solent ꝙ christũ dicamus

Nestorii cõfutatio.

esse natũ nõ nostri corporis atq animę holem: cum nos verbum carnē factũ: nostre similitudinis natũ hominē predicemus vt vere dei filius vere hols filius natus sit. ⁊ vt p se sibi assumpsit ex virgine corpus: ita ex se sibi animā assumpsit: que vtiq ab homine nunq gignētium originibus prebetur. ⁊ cum ipse ille fili⁹ hols sit: q̃ ridicule ꝑter dei filiũ qui verbum caro factum est: aliũ nescio quē tanq prophetā verbo dei alatum predicabimus: cum dñs iesus christus ⁊ dei fili⁹ ⁊ hols sit. Chry. Ne aũt ab eo qđ dictũ est. Uerbum caro factum est: inconuenienter suspicetis versionem illius incorruptibilis nature subdit. Et habitauit in nobis. Qđ enim habitat: non idē est cum habitaculo: sed aliud. aliud autē dico ſm naturā: vnitione vero ⁊ copulatiue vnũ ē de⁹ verbũ caro: neq cõfusiõe facta neq destructiõe substantiarũ. Alcui. Uel habitauit in nobis. i. inter holes conuersat⁹ est.

¶ Et vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti a patre: plenum gratie ⁊ veritatis.

¶ Chry. Cum dixisset filij dei facti sumus: ⁊ non aliter q̃ per hoc verbum caro factũ est: rursus ipsi⁹ dicit ⁊ aliud lucrũ. Et vidimus gloriam eius. quā vtiq non vidissemus: nisi per consortiũ humanitatis visus esset nobis. Si enim moysi non sustinuerũt faciē glorificatā videre: sed velamine opus fuit qualiter diuinitatē nudā existētē: inaccessibilē etiā ipsis superiorib⁹ virtutib⁹ nos lutei ⁊ terrestres sufferre possem⁹? Augu. Uel aliter. Quia verbũ caro factũ est: ⁊ habitauit in nobis. Ista natiuitate collyriũ fecit: vñ tergerent oculi cordis nři: vt possem⁹ videre maiestatem ei⁹ per eius humanitatem: ⁊ ideo dicitur. Et vidimus gloriam eius. Gloriam eius nemo posset videre nisi humilitate carnis sanaretur. Irruerat enim homini

Gloria christi quõ visa

quasi puluis in oculū de terra oculus iste sauciatus erat: et terra illuc mittitur vt sanetur: caro te obcecauerat: caro te sanat. Carnalis enim aīa facta erat: consentiendo carnalibus affectibus: inde fuerat oculus cordis cecatus. medicus fecit tibi collyrium: qm̄ sic venit vt de carne vitia carnis extingueret. Uerbū enim caro factū est vt possis dicere. Uidimus gloriā eius. Chry. Subdit autē. Quasi vnigeniti a patre: qz multi prophetarū glorificati sunt: puta moyses: helias: heliseus: et alij multi qui cūcta miracula operati fuerūt: sed et angeli hoibus apparētes: et eā q̄ est proprie nature coruscātem lucē manifestātes: sed et cherubin et seraphin cum multa gloria visa sunt a propheta. Ab omnibus his nos abducēs euāgelista: et supra oēm naturā et cōseruorū nostrorū claritatē erigens mētē: ad ipm̄ nos perducit verticē. q.d. Non vt prophete aut alterius hominis vel angeli aut archāgeli aut alicuius superiorū virtutū est gloria quā vidimus: sed quasi ipsius dominatoris: ipsius regis: ipsius naturalis filij vnigeniti. Greg. In sacro enim eloquio sicut et quasi aliquādo non pro similitudine ponit: sed pro veritate. Unde et istud. Quasi vnigeniti a patre. Chry. Ac si diceret. Uidimus gloriā qualem decebat: et conueniens est habere vnigenitum et naturalē filiū. Consuetudo enim multorū regem valde ornatum videntium: vbi cum alijs enumerantes nō possunt vniuersam representare claritatē hoc inducunt. Quid opz multa dicere? quasi rex ibat. sic et ioānes dicit. Uidimus gloriā eius gloriā quasi vnigeniti a patre. Angeli enim apparētes vt serui et dominū habentes oia agebāt: ipse vero vt dominus cum humili forma apparēs: sed et creature dominū cognouerūt: stella magos vocans: angeli pastores: puer exultans in vtero: sed et pater testatus est de celo: et paraclitus super ipsum aduenit: sed et ipsa rerum natura omni tuba clarius clamauit: qm̄ rex celorum aduenerat. Etenim demones fugiebant: infirmitates species soluebant: mortuos dimittebāt sepulchra: et animas a malitia aduenientes verticem agebat. Quid vtique quis dicat preceptorū philosophiam: celestiū legum virtutē: angelice vrbanitatis bonam ordinationem.

Sublimitas christi.

Quasi positū pro tanquam.

Orige. in omel. Eius autē qd̄ sequitur plenū gratie et veritatis: duplex intellectus est. Pōt enim de humanitate ac diuinitate incarnati verbi accipi: ita vt plenitudo gratie referatur ad humanitatem s̄m quā christus caput est ecclesie: et primogenitus creature vniuerse: qm̄ maximū et principale gratie exemplū q̄ nullis precedentibus meritis homo efficitur deus: in ipso primordialiter manifestū est. Pōt etiam plenitudo gratie christi de spiritu sancto intelligi: cuius septiformis operatio humanitatem christi impleuit. Plenitudo vero veritatis ad diuinitatem refert. Si vero plenitudinē gratie et veritatis de nouo testamēto mauis intelligere: nō incongrue pronunciabis plenitudinē gratie noui testamēti esse per christum donatam: et legaliū simbolorū veritatē in ipso esse impletā. Theophi. Uel plenum gratia prout eius verbū gratiosum erat dicente dauid. Diffusa est gratia in labijs tuis Et veritate s̄m q̄ moyses et prophete loquebant: aut operabant in figura: christus autem cum veritate.

¶ Joannes testimonium perhibet de ipso: et clamat dicens Hic erat quē dixi: qui post me venit: ante me factus est: quia prior me erat.

¶ Alcui. Dixerat superius fuisse missum hominem ad perhibendum testimonium: hic determinat testimonium suum qd̄ manifeste precursor pronunciauit. vnde dicitur. Joannes perhibet testimonium de ipso.

Chry. Vel aliter hoc inducit ac si di cat. Nõ estimetis q nos qui fuimus cũ eo multo tempore: et mense ipsi communicauimus: ppter gratiam hoc testamur: qr ioannes qui antea cũ non viderat: nec ei commoratus fuerat: ei testimonium perhibebat. Multotiẽs aũt euãgelista reuoluit eius testimonium: q. multam admi rationem huius viri habebant iu: dei. Et alij quidẽ euangeliste anti quorum meminerunt pphetarum dicentes. Hoc factum est vt implea tur quod dictum est p pphetã. Hic autem altiorẽ et recentiorem testem inducit non intendens a seruo domi natorem facere fidedignum: sed au: ditorum imbecillitati condescendẽs Queadmodum eñ nisi serui forma3 assumpsisset: nõ ita facile susceptibi lis factus esset: ita nisi serui voce au ditũ conseruorũ preexcitasset: nequa q̃ multi iudeorũ verbũ christi susce: pissent. Sequit. Et clamat. i. cũ pro palatione cum libertate sine subtra ctione oĩa predicat. Nõ autẽ a prin cipio dixit: qm̃ hic est filius dei vni genitus naturalis: sed clamat dicẽs Hic erat quẽ dixi: qui post me venit ante me factus est: qr prior me erat. Queadmodum eñ matres auiũ nõ confestim pullos suos volationẽ do cent: sed primo quidem extra nidu3 educunt: postea vero aliam multo velociorem volationẽ apponunt: sic et ioannes nõ confestim iudeos ad alta duxit: sed interim paululũ a ter ra eos euolare docuit dicẽs: q chri stus melior eo erat: qd nõ paruũ in terim erat. Et vide qualiter sapien: ter inducit testimoniũ. non eñ solu3 apparentẽ xpm monstrat: sed et an: teq̃ apparuisset eũ predicat. Qd si gnificat in hoc qd dicit. Hic erat de quo dixi. Hoc aũt fecit vt facile su: sceptibilis esset christus hominum mẽte iam preuenta vt ab alijs que de eo dicta erãt: et nihil ad hoc hũi litas habitus noceret. Ita enim hu: mili et cõmuni omnibus forma chri stus vtebat: vt si simul et verba hec audissent de eo: et cum cõsiderassent ioannis testimonium derisissent.

Ioannis sanctitas

Theophi. Dicit aũt. Qui post me ve nit: videlicet fm tempora natiuita: tis: sex enim mensibus prior christo ioãnes era: fm humanitatẽ. Chry. Uel hoc non dicit de ea generatio: ne que est ex maria. Jam enim na: tus erat christus qñ hec a ioanne di cebant: sed de aduentu eius ad pre dicationẽ. Dicit autẽ. Ante me fact' est. i. clarior est et honorabilior: ac si dicat. Non quia prior veni ad predi candum ex hoc maiorem me esse il: lo extimetis. Theophi. Arriani vero hanc litteram sic exponunt: vo lentes ostendere q dei filius nõ est a patre genitus: sed fac' sicut vna alia creatura. Augu. Non ergo in telligitur factus est ante me ego esse3 factus: sed antepositus est mihi. Chry. Si aũt quod dicit. Ante me factus est: de productione ad esse in telligeretur: superfluum esset quod additur. Quia prior me erat. Quis enim est ita insipiens vt ignoret quo niã ex quo ante eũ factus est: prior eo erat: aliter autem ecõtrario opor teret dicere. s. prior me erat: quia an te me factus est. ergo qd dicit. Ante me factus est: de honore intelligit: hoc enim quod futurum erat: factũ dicit: quia consuetudo erat antiquo rum prophetarum de futuris quasi de iam preteritis loqui.

Mos prophetarum.

¶ Et de plenitudine eius nos omnes accepimus: et gratiam pro gratia. Quia lex per moy: sen data est: gratia et veritas p iesum christum facta est.

¶ Orige. Sermo iste in persona ba ptiste de christo testantis prolatus est quod plurimos fallit ex hinc vsq illuc ille enarrauit: credentes in per sona ioannis apostoli recitari. Jn: consequens autem est putare subi: to et quasi intempestiue interrumpi baptiste sermonem ex verbo disci:

Prouectus notitie christo.

pulī: et cuiqꝫ scienti percipere dictorum collationem in ppatulo cōstat series dicti. Dixerat eñ ob hoc. Ante me fact⁹ est. q2 prior me erat. Ex hoc autē conīecto priorem me fore q: ex eius plenitudine ego quidē et ante me prophete accepim⁹ graciā: secundam pro prima. Pertigerunt enī et illi post figuras per spūm ad veritatis speculationem: hinc etiā perpendimus ex plenitudine eius accipiētes legem quidē per moysen fore datam: gratiā aūt et veritatem per iesum christū: nedū fore datam: sed factā patre quidem legē dante per moysen: grām et veritatē faciēte per iesum. Sed si iesus est qui dicit. Ego sum veritas: quō veritas fit p iesum? Sed intelligendū est q ipsa veritas substātialis ex prima veritate et eius imagine sculpte sunt multe veritates in his qui veritatē tractant: nequaqꝫ per iesum christū facta est nec prorsus per aliquē. sed veritas puta que consistit in paulo et apostolis per iesum christū facta ē. Chry. Uel aliter. Coniungit hic testimonio ioannis baptiste suum testimoniū ioannes euāgelista dicēs: et de plenitudine eius et c. Non precursoris est verbū sed discipuli. q. d. Etiam nos omnes duodecim: et omnis plenitudo fidelium: et qui nunc sunt et futurorum de plenitudine ei⁹ accepimus. Augu. Quid autem accepistis? Et gratiam pro gratia: nescio vt quid nos voluerit intelligere de plenitudine ei⁹ accepisse: et insuper gratiam p gratia. Accepimus enim de plenitudine eius primo gratiam: et rursus accepimus grām pro grā. Quā gratiam primo accepim⁹? fidem. Uocat eñ grā q2 gratis datur. hanc ergo accepit grām primā peccator vt eius peccata dimitterētur. et iterū gratiā pro gratia. i. pro hac gratia in qua ex fide viuim⁹ recepturi sumus aliam. i. vitam eternā vita enim eterna quasi merces ē fidei: quia ipsa fides gratia est: vita eterna gratia est pro gratia. Non erat ista gratia in veteri testamēto: q2 lex minabatur: non opitulabatur: iubebat: non sanabat languorē: ostēdebat: nō auferebat: sed pparabat medico venturo cum gratia et veritate. vnde sequitur. Q2 lex per moysen data est: gratia et veritas per iesum christū facta est. Mortem enim temporalem et eternam occidit mors domini nostri. ipsa est gratia que promissa et nō habita erat in lege. Chry. Uel accepimus gratiā pro grā. i. pro veteri nouam. Sicut eñ est iustitia et iustitia: adoptio et adoptio: circūcisio et circūcisio: ita gratia et gratia: sꝫ illa quidē vt typus: hec vero vt veritas. Hoc autem induxit ostēdens: qm̄ et iudei gratia saluabant: sed et nos omnes gratia salui sumus: misericordie aūt et gratie fuit legem suscipere. Propterea cū⁹ dixisset. Gratiam pro gratia: ostendens magnitudinem eorum que data sunt subdit. Quia lex per moysen data est: gratia et veritas per iesum christū facta est. Et supra quidem ioannes ad se ipsum comparans christū ait. Ante me factus est. Hic autem euangelista ad eum qui illo tempore magis in admiratione apud iudeos erat qꝫ ioannes: christi comparationem facit. s. ad moysen. Et considera prudentiā. nō personarū sed rerum comparationem facit: gratiam et veritatem legi opponēs. et huic addit. Data est: quod ministrantis erat: huic aūt. Facta est: qd̄ est regis cum potestate oīa operantis. cum gratia quidem: q2 cum potestate omnia dimittebat peccata: et gratiam quidē ei⁹ baptismatis donū: et adoptio que p spm̄ nobis daē: et alia multa ostendunt. veritatem autem plenius sciemus: si figuras veteris legis viderimus. Ea enim que in nouo testamento perficiēda erant: in veteri testamento figuris precesserunt: quas christ⁹ veniens adimpleuit. Unde si figura data est p moysen: veritas per

Ueritas duplex distinguitur.

Gratia duplex a christo

Secretū celeste honorū.

christū facta est. Augu.xiij.de trini. Uel gratiam referamus ad sciētiā: veritatem ad sapiētiā: in rebus eī per ipsū ortis: il a summa grā est: q̄ hō in vnitate psone coniunctus est deo. In reb⁹ vo eternis: summa veritas recte tribuit dei verbo.

¶ Deū nemo vidit vnq̄. Unigenitus fili⁹ qui est in sinu patris: ipse enarrauit.

¶ Orige. Incōgrue aradinus asserit hoc pmulgatū fuisse non a baptista sed a discipulo. nam si illud de plenitudine eius nos omnes accepim⁹: a baptista prolatum est: quō nō est sequens ipsum de grā christi suscipiētes z scdam p prima grā: phitentesq̄ legē p moysen fore traditā: grām vo z vitatem p iesum christū pdiisse: intellexisse qualiter deum nemo vidit vnq̄: q̄q̄ vnigenitus cū i patris gremio requiescat interpretationē ipsi ioanni: necnon olbus his qui de pfectione gustauerint cōcesserit? Nō enim nunc primit⁹ annūciauit: nam prusq̄ abraā fieret: docet nos abraā exultasse: vt videat eius gloriam.

Dissensit christo stoni⁹ ab ougene.

Chry. Uel aliter. Euangelista ostendens multā eminētiā donoꝝ christi ad ea que p moysen dispēsata sunt: vult de reliquo cām rōnalem differentie dicere. nam ille quidē famul⁹ existens: minorū rerū factus est minister. hic vo dnator z regis fili⁹ existens multo maiora nobis attulit eo existens semper patri z videns eū. ppter hoc ita intulit dicens. Deum nemo vidit vnq̄. Augu. ad paulinam. Quid ergo est qd iacob dicit. Uidi dnm facie ad faciem: et qd de moyse scriptum. Quia loquebatur cum deo facie ad faciem. z illud qd propheta isaias loquens de seipso ait. Uidi dominum sabaoth sedentē in throno. Grego. xviij. mora. Sed patenter datur intelligi q̄ q̄diu hic moraliter viuitur: videri per quasdā imagines pōt deus: sed per ipsaz nature sue spēm non pōt: vt quima gratia spirit⁹ afflata per figuras q̄sdaz deū videat: sed ad ipam vim ei⁹ essentie non pertingat. hinc est eī q̄ iacob qui deū se vidisse testatur: nō nisi angelū vidit. hinc est q̄ moyses qui cū deo facie ad faciem loquitur dicit. Ostende mihi temetipsum manifeste vt videam te. Ex qua eius petitiōe colligitur: q: eum sitiebat p incircūscripte nature sue claritatem cernere: quem iam ceperat p quasdā imagines videre. Chry. Si aūt antiqui patres ipsaz viderunt naturam nequaq̄ differenter cōsiderassent. simplex enim quedam est z infigurabilis: non sedet: neq̄ stat: neq̄ ambulat: hec enim corporum sunt. vnde z per prophetā dicit. Ego visionem multiplicaui eis z in manib⁹ propheταꝝ assimilatus sum: hoc est, condescendi eis: non quod eram apparui: quia enim filius dei per verā carnem appariturus erat nobis. primo excitauit eos videre deum: sicut possibile erat eis videre. Augu. ad paulinā. Sed cum scriptum sit. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum videbunt. z iterū. Cum apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eū sicuti est: quid est quod hic dicitur. Deum nemo vidit vnq̄: An forsasse rñdetur q̄ illa testimonia de videndo deo sunt non de viso: ipsi enim deum videbunt: dictum est: nō viderunt: z non vidimus: sed videbimus eum sicuti est: deū enim nemo vidit vnq̄. vel in hac vita sicuti ipse est: vel etiam in angelorū vita sicuti visibilia ista que corporali visione cernuntur. Grego. xviij. mora. Si vo a quibusdā videri potest in hac corruptibili carne viuentibus: sed tamē inestimabili virtute crescentib⁹ quodam contemplationis acumine eterna, claritas dei hoc ab hac sententia non abhorret: quoniam quisquis sapientiam que deus est videt: huic vite funditus moritur: ne iam eius amore teneatur. Augustinus duodecimo sup ge nesim ad lit:

Uisio enigmatica.

teram. Nisi enim ab hac vita quisque quodammodo moriatur: sive omnino exiens de corpore: sive ita aversus et alienatus a carnalibus sensibus: ut merito nesciat: sicut apostolus ait. utrum in corpore an extra corpus sit: non illam rapitur et subvehitur visionem. Grego. xviij. mora. Sciendum vero est quod fuere nonnulli qui deum dicerent in illa regione beatitudinis in claritate sua conspici: sed in natura minime videri: quos nimirum minor inquisitionis subtilitas fefellit: neque enim illi simplici et incommutabili essentie aliud est claritas: aliud natura. Augu. ad paulinam Si autem dicitur: in hoc quod scriptum est. Deum nemo vidit unquam: homines tantummodo intelligendos. nam hoc apertius planius explicans. Quem nemo inquit hominum vidit: sed nec videre potest ut ita dictum sit. Deum nemo vidit unquam: ac si diceretur. Nullus hominum. questio illa solvi videbitur: ut non sit huic sententie contrarium quod dominus ait. Angeli eorum semper vident faciem patris mei. ut scilicet angelos deum videre credamus: quem nemo vidit unquam. scilicet hominum. Greg. xviij. mor. Sunt tamen nonnulli qui nequaquam deum videre nec angelos suspicantur. Chry. Dicentes quod ipsum quod deus est: non solum prophete sed nec angeli viderunt neque archangeli. Sed si interrogaveris eos audies de substantia nihil respondentes. gloria vero in excelsis deo non solum cantantes: sed et in terra pax hominibus bone voluntatis. Et si a cherubin et seraphin concupiveris aliquid discere: mysticam sanctimonii melodiam audies: et quoniam plenum est celum et terra gloria eius. Augu. ad paulinam. Quod quidem intantum verum est: quia dei plenitudinem nullus non solum oculis corporeis: sed vel ipsa mente aliquando comprehendit. Aliud est enim videre aliud totum videndo comprehendere: quando quidem id videtur quod presens utcunque sentitur:

Error reffellitur.

Angeli quo deum videant.

totum autem comprehenditur videndo quod ita videtur ut nihil eius lateat videntem: aut cuius fines circumspici possunt. Chry. Sic igitur solus patrem videt filius et spiritussanctus. Quod enim creabilis est nature: qualiter poterit videre quod increabile est? Ita igitur nullus novit deum ut filius. unde sequitur. Unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarravit: ne propter nominis communionem unum quendam eorum qui gratia facti sunt filiorum esse existimes eum: primo quidem adiectus est articulus. Si vero hoc non sufficit tibi: audi aliud nomen unigenitus. Hyla. vi. de tri. Nature quidem fides non satis explicita videbatur ex nomine filii: nisi proprietatis virtus per exceptionis significantiam adderetur: preter filium enim et unigenitum nihil cognominans suspitionem penitus adoptionis exclusit: cum veritatem nominis unigeniti natura prestaret. Chry. Sed et aliud posuit dicens. Qui est in sinu patris. Etenim in sinu conversari nimio plus est quam simpliciter videre. nam qui simpliciter videt: non omnino eius quod videt cognitionem habet. qui vero in sinu conversatur nihil ignorabit. Cum igitur audieris quod nullus cognoscit patrem nisi filius: nequaquam dicas: quoniam et si plus omnibus novit patrem sed non quantus est novit eum. propterea evangelista in sinu patris eum morari dicit: ut non estimemus per id aliud significatum quam familiaritatem unigeniti et coeternitatem ad patrem. Augu. In sinu enim patris idest in secreto patris. Non enim deus habet sinum quemadmodum nos habemus in vestibus. aut cogitandus est sic sedere: quomodo nos. aut forte cinctus est ut sinum haberet: sed quia sinus noster intus est: secretum patris sinus patris vocatur. Qui ergo in secreto patris novit patrem: ipse enarravit quod vidit. Chry. Sed quid enarravit: quoniam unus est deus: sed et hoc reliqui prophete et moyses cla

Filiatio dei duplex.

Sinus patris quo dicatur.

mant. quid ergo plus didicimus a filio in sinibus paternalibus existente? Primum quidem ipsa hec que alij narrauerunt: sunt enarrata ex operatione vnigeniti. Deinde quoniam multo maiorem suscipimus doctrinam per vnigenitum: et cognouimus quoniam spiritus est deus: et eos qui adorant eum in spiritu et veritate adorare oportet: et quoniam deus pater est vnigeniti. Beda. Preterea sciendum quod si ad preteritum referatur: quod ait. Enarrauit: homo factus enarrauit quid de trinitatis vnitate sentiendum qualiter ad eius contemplationem properandum: quibus actibus sit perueniendum? Si vero referatur ad futurum: tunc enarrabit cum electos suos ad visionem claritatis sue inducet. Augu. Fuerunt autem homines qui dicerent vanitate cordis sui decepti. Pater inuisibilis est: filius autem visibilis est. Si ergo propter carnem filius visibilis dicitur: et nos concedimus: et est catholica fides. Si autem vt ipsi dicunt: antequam incarnaretur: multum delirant si christus sapientia dei et virtus dei est. Sapientia enim dei videri oculis non potest. Si verbum hominis oculis non videtur. verbum dei sic videri potest? Chry. Non igitur soli ipsi proprium est Deum nemo vidit vnquam: sed et filio: quia vt paulus dicit: est imago dei inuisibilis: que vero inuisibilis imago est: et ipse inuisibilis est.

Summa doctrine christi in nubus.

¶ Et hoc est testimonium ioannis: quando miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes: et leuitas ad eum vt interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est: et non negauit: et confessus est quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? Helias es tu? et dixit. non sum. propheta es tu? Et respondit. non. Dixerunt ergo ei. Quis es vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto dirigite viam domini: sicut dixit isaias propheta.

¶ Orige. Secundum legitur hoc testimonium a ioanne baptista de christo prolatum: incipiente primo illic. Hic est de quo dixi: et desinente ibi. Ipse enarrauit. Theophi. Vel aliter. Postquam superius dixit euangelista quod ioannes testabatur de christo Ante me factus est: nunc subiungit quando premissum testimonium reddiderit christo ioannes. vnde dicit. Et hoc est testimonium ioannis quando miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad ioannem. Orige. Iudei quidem ab hierosolymis vt cognati existentes baptiste de stirpe sacerdotali existentis: sacerdotes et leuitas destinant: sciscitaturos quis esset ioannes: eos scilicet qui reputati sunt secundum electionem ab alijs differre et ab electo hierosolymorum loco. Ioannem itaque querunt cum tanta veneratione. Erga christum autem nihil huiusmodi factum legitur a iudeis: sed quod erga ioannem iudei: hoc ioannes erga christum prosequitur: per proprios discipulos interrogans. Tu es qui venturus es an alium expectamus? Chry. Sic autem fide dignum estimauerunt esse ioannem vt ei de seipso dicenti crederent. vnde dicit. Vt interrogarent eum. Tu quis es? Augu. Non autem misissent nisi mouerentur excellentia auctoritatis eius: quia ausus est baptizare. Orige. Ioannes autem vt videtur discernebat ex questione sacerdotum et leuitarum dubitationem: ne forte christus esset baptizans: apertius tamen illud profiteri cauebant ne temerarium putarentur. Quapropter merito vt eorum opinio fallax de eo primitus aboleretur: ac subinde veritas propalaretur quod non sit christus ante omnia manifestat. vnde sequitur. Et confessus est et non negauit: et confessus est: quia non sum ego christus. Hic etiam

Mira estimatio de ioanne.

adijciamus: qr tempus aduentus
christi populum recreabat quodam=
modo iam presens existens legisperi=
tis ex sacris scripturis illius tem=
pus speratum colligentibus: ppter
qd Theodas nõ modicã multitudi
nẽ quasi christus cõgregauit: et post
illum iudas galileus in diebus pro
fessionis. Cũ ergo feruentius chri=
sti expectaretur aduentus: iudei trãs
mittunt ad ioannẽ per hoc quod est
Tu quis es. coniicere volentes si
ipse se xpm fateretur. Nõ aũt ex eo
qd dicit. Non sum ego christus: ne=
gauit. et hoc enim ipso cõfessus est
veritatem. Grego. Negauit plane
qd nõ erat: sed nõ negauit qd erat:
vt veritatẽ loquens: eius membrũ
fieret: cuius sibi nomẽ fallaciter nõ
vsurparet. Chry. Uel aliter passi
erant iudei quandã humanam pas=
sionẽ ad ioãnẽ. Indignũ enim estima=
bant subijci eum christo ppter mul
ta que ioannis claritatẽ demonstra
bant: quorũ primũ erat genus illu=
stre. Principis enim sacerdotũ filius
erat: deinde dura educatio: humano=
rũ despectio. In christo aũt con=
trarium videbat genus humile: qd
ei exprobrabãt dicentes. Nõne hic
est fabri filius dicta cõis et vestimẽ=
ta: nihil plus multis habentia: quia
igit ioannes cõtinue ad xpm mitte=
bat: volẽtes magis ioannẽ habere
magistrũ: mittunt ad eũ opinantes
per blanditias eum allicere ad con
fitendũ se xpm esse. Nõ ergo quos=
dam contemptibiles mittunt: vt ad
xpm ministros et herodianos sed sa
cerdotes et leuitas: et non quoscũqz
sed eos qui erant ex hierosolymis:
hoc est honorabiliores. Et ad hoc
mittunt: vt interrogarent. Tu quis
es? nõ quasi ignorãtes: sed volen
tes eum inducere ad hoc qd dixi. vn
de ioãnes ad mentem et non ad in=
terrogationẽ eis respondit. Et con=
fessus est et nõ negauit: et confessus
est: qr non sum ego christus. Et vi=
de sapientiam euãgeliste tertio qua

Cõparatio iesu et ioannis.

si idem dicit: et virtutẽ baptiste indi=
cans: et malitiam et amentiã iudeorũ.
Deuoti enim famuli est: non solum
nõ rapere gloriã dñi: sed oblatam a
multis respuere. Turbe quidem ex
ignorantia ad hãc venerunt suspi=
tionẽ: vt ioannẽ xpm estimarent. hi
vero a maligna mẽte ex qua interro
gabãt eum: estimantes per blandi=
tias attrahere ad hoc qd volebant:
nisi enim excogitassent hoc respon=
denti. Non sum ego christus dixis=
sent. Nõ hoc suspicati sumus: non
hoc venimus interrogaturi: sed ca=
pti et manifesti effecti ad aliud ve=
niunt. vnde sequitur. Et interroga=
uerunt eum. Quid ergo? helias es
tu? Augu. Nouerant enim qd pre=
cessurus erat helias xpm: nõ enim
alicui ignotũ erat nomẽ christi apud
hebreos: sed nõ putabant illũ esse
xpm: nec tñ omnino putauerũt xpm
nõ esse venturũ: et cũ sperarent ven=
turũ: offenderũt eũ presentẽ. Sequi=
tur. Et dixit nõ sum. Greg. in omi.
Ex his verbis nobis questio valde
implexa generat. Alio quippe in lo
co inquisitus a discipulis dñs de he
lie aduentu rñdit. Si vultis scire. ioã
nes ipse est helias. Requisitus aũt
ioãnes dicit. Nõ sum helias. Quõ
ergo ppheta veritatis est: si eiusdẽ
veritatis sermonibus concors nõ est? Ori.
Dicet autẽ aliquis qd se ignorabat
ioãnes esse helyam: et hoc nimirum
dicent documẽto qui assistũt iterate
incorporationis rõni tanqz anima
denuo induente corpora. Querunt
enim iudei per leuitas ac sacerdo=
tes an esset helias cũ iterate corpo=
ris assumptiõis documentũ verax
arbitrant quasi paternũ existẽs: nec
alienũ ab arcanorũ suorũ doctrina:
ob hoc itaqz dicit ioannes. helias
nõ sum. nã nescit primeuã vitã pro=
priã: qualiter aũt videt rõnabile si
tanqz ppheta spiritu illuminatus est:
et de deo et vnigenito tãta narrauit:
ignorasse de seipso an vnqz eius aia
fuerit in helia? Grego. in omi. Sz

Sententia origenis obscura.

si subtiliter veritas ipsa requiratur:
hoc quidē qđ inter septrariū sonuit:
quō cōtrariū nō sit inueniť. Ad za=
chariā nāq de ioanne angelus di=
xit. Ipse precedet ante illū in spiri=
tu ꝛ v̄tute helye: q̄ꝛ .s. sicut helias se
cundū dn̄i aduentū p̄ueniet: ita ioā=
nes preuenit primū. Sicut ille p̄cur
sor venturus est iudicis: ita iste p̄cur=
sor factus est redēptoris. Joannes
igitur in spiritu helias erat: in per=
sona helias nō erat. Qđ aūt dn̄s fa
tetur de spiritu: hoc ioannes dene=
gat de psona: q̄ꝛ ꝛ iustum sic erat vt
discipulis dn̄s spiritualem de ioan=
ne sententiā diceret: ꝛ ioannes tur=
bis carnalibus nō de suo spiritu: sꝫ
de corpore rn̄deret. Orige. Rn̄dit
ergo leuitis ꝛ sacerdotib⁹. Nō sum.
cōiectans p̄positū questionis eorū.
nō enim latebat premissa examina
tio si idem spūs esset in vtroq: sed si
ioānes esset ipse helias qui assum=
ptus est: nunc apparens s̄m q a iu
deis expectabať absq natiuitate.
primus aūt arbitrans resumptionē
corporū dicet: q incōsequens est fi=
liū zacharie tanti sacerdotis in se=
nio natū: super oēm humanā expe=
ctationē ignorari a sacerdotib⁹ ꝛ le
uitis ipsum natū fuisse: maxime lu=
ca testāte q factus est timor in om=
nibus habitantib⁹ circa eos. Sed
forsan qm̄ p̄pe finē heliam expecta
bāt antichristū quasi tropice sciscita
ri videnť: an es tu qui prenuncias
christū venturū? ꝛ caute rn̄dit. Non
sum. Sed ꝛ nihil mirabile: sicut in
saluatore plurib⁹ scientibus ex Ma
ris natiuitatē eius: quidā fallebanť
putantes eū ioānem baptistam vel
heliā aut aliquē p̄phetaꝝ: sic ꝛ in
ioanne quosdā ortus eius ex zacha
ria nō latebat: ꝛ quidā dubitabant:
si forsan q̄ expectabať helias appa
ruit in ioāne. Qm̄ vero cum plures
in israel editi fuerint p̄phete vnus
de quo moyses p̄phetauerat p̄ser=
tim expectabatur: iuxta illud. Pro=
phetā vobis suscitabit deus ex fra= *Christus*

trib⁹ vestris: sicut mihi illi parebi= *moysi cō*
tis. Tertio sciscitanť: nō si foret pro *paratio.*
pheta simpliciter: sed cum articulo
in greco poniť. vn̄ sequiť. Prophe=
ta es tu? Per singulos enim p̄phe=
tas nouerat populus israel neminē
eoꝝ fore, hunc quē moyses p̄phe=
tauerat: qui sicut moyses medi⁹ sta
ret inter deū ꝛ homines: ꝛ accepto
testamēto a deo traderet discipulis
Hoc autem illis nomen non christo
attribuentib⁹: sed arbitrantib⁹ aliū
a christo ipsuꝫ fore. Joannes sciuit
quoniā ꝛ christus ille p̄pheta esset
vnde subdiť. Et respondit: nō. Au=
gu. Uel q̄ꝛ ioānes maior erat q̄ p̄=
pheta: q̄ꝛ p̄phete longe prenuncia
uerunt: ioānes presentē demonstra
bat. Sequiť. Dixerunt ergo ei quis
es: vt responsum demus his qui mi
serūt nos: qđ dicis de teipso? Chry.
Uides hic vehemētius insistentes
ꝛ interrogantes. Hunc aūt cū man=
suetudine eas que non erāt vere su
spitiones destruentē ꝛ eam que est
vera ponentem. vn̄ sequiť. Ait. Ego
vox clamātis i deserto. Au. Isaias
illud dixit. In ioāne prophetia ista
completa est. Grego. Scitis autē
q vnigenitus filius verbum patris
vocatur. Ex ipsa autem nostra locu
tione cognoscimus: quia prius vox
sonat vt verbum possit audiri. Joā=
nes ergo vocem se asserit esse: quia
verbum precedit: ꝛ per eius mini=
sterium: patris verbum ab homini=
bus auditur. Orige. Ineleganter
autem heraclion de ioanne ꝛ pro=
phetis considerans ait. Quoniam
verbum quidē saluator est: vox au
tem per ioānem intelligitur. Solus
enim sonus est omnis gradus p̄phe *Error he*
ticus. Cui dicendū q si nō significa= *raclionis.*
tiuā vocē dederit tuba: nemo se ac=
cinget ad p̄liū. Si ergo nil aliđ q̄ so
nus ē vox p̄phetica: quō trāsmittit
nos ad illā saluatorꝭ? Scrutamini in
quit scripturas. Dicit aūt ioānes se
eē vocē nō clamātē i deserto: sꝫ cla=
mātis in deserto: ei⁹ .s. q stabat ꝛ cla

respondebat. Sequitur enim. Respondit iesus et dixit ei: priusque te philippus vocaret cum esses sub ficu vidi te. Non vt homo eum intuens: sed vt deus desuper cognoscens. Vidi inquit te .i. morum tuorum mansuetudinem. dicit autem. Cum esses sub ficu: quoniam nullus ibi erat: sed solus philippus et nathanael singulariter loquebantur: et propter hoc dictum est quod videns eum a longe dixit. Ecce vere israelita. vt scires quoniam antequam appropinquaret philippus hec loquebatur christus et insuspicabile fiat christi testimonium. Noluit autem christus dicere. Non sum ex nazareth. vt annunciauit tibi philippus: sed ex bethleem: vt non faceret alterabilem sermonem: neque etiam per hoc dedisset argumentum sufficiens quod ipse esset christus: sed ostendit se christum per hoc quod presens erat loquentibus illis. Augu. Querendum est enim an aliquid significet arbor fici. Inuenimus arborem fici maledictam: quia sola folia habuit: et fructu caruit. In origine humani generis adam et eua cum peccauissent: de folijs ficus succinctoria sibi fecerunt. Folia ergo ficulnee intelligunt peccata. Erat autem nathanael sub arbore fici: tanquam sub vmbra mortis: ac si dominus ei dicat. O israel sine dolo quisquis es. O popule iudeus ex fide: antequam te per apostolos meos vocarem: et cum esses sub vmbra mortis: et tu me non videres: ego te vidi. Grego. xviij. mora. Vel cum esses sub ficu vidi te .i. positum te sub vmbra legis elegi. Augu. de verbis domini. Recordatus est autem nathanael se fuisse sub ficu: vbi non erat iesus presentia corporali: sed scientia spirituali: et quia sciebat se solum fuisse sub ficu agnouit in illo diuinitatem. Chry. Sic ergo ab hac predicatione: et ab eo quod mentem scrutatus est eius: et quia cum aduersus eum dicere videretur non culpauit: sed laudauit: cognouit quoniam hic est christus. vnde sequitur. Respondit ei nathanael et ait. Rabbi. Tu es filius dei: tu es rex israel. q.d. Tu es qui expectabaris: tu es quem querebaris: quia enim argumentum inaltercabile suscepit venit ad confessionem: et in morarum priori diligentiam ostendens: et in posteriori confessione deuotionem. Multi autem legentium sermonem hunc anxiantur. Petrus enim qui post miracula et doctrinam confessus est quoniam filius est dei beatificatur: vt a patre reuelationem iam suscipiens. Nathanael autem ante signa et doctrinam hoc dicens nihil tale audiuit. Est igitur huius causa quoniam verba quidem eadem locutus est petrus et nathanael: non autem eadem mente: sed petrus quidem confessus est filium dei vt deum verum: hic autem vt hominem nudum dicens ei. Tu es filius dei: induxit. Tu es rex israel. Dei autem filius non israelitis est rex solum: sed et orbis terrarum vniuersi. Hoc etiam manifestum est ex his que consequuntur. nam petro nihil postea addidit christus: sed quasi perfecta eius existente fide ecclesiam se dixit in confessione illius fabricaturum esse. Nathanael autem quasi multa parte et maiori confessionis deficiente ad maiora educitur. nam sequitur. Et dixit ei: quia dixi tibi: vidi te sub ficu credis: maius his videbis. q.d. Magnum tibi visum est hoc esse quod dixi: et propter ea me regem israelis confessus es: quid igitur dices cum maius videbis. et quid sit istud maius: ostendit subdens: et dicit eis. Amen dico vobis: videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. Vide qualiter paulatim eum a terra abducit: et facit quod non vltra estimet christum esse hominem solum. cui enim angeli ministrant: qualiter hic homo purus esset? per hoc igitur suadet angelorum se esse dominatorem: sicut enim in proprium regis filium descenderunt et ascenderunt in eum ministri regales: hoc quidem in tempore crucis: hoc vero in tempore resurrectionis et ascensionis: sed et ante hoc quoniam accesserunt et ministrabant ei: et quoniam euangelizabant eius natiuitatem,

Fici significatio.

Nota differentiam.

Mira sapientia in verbis.

Futurū do a pterito pbauit: qui em̄ in pteritis virtutē ei⁹ agnouerat: et de futuris audiēs facilius suscepit. Aug. de ver. dn̄i. Recolamus autē veterē hystoriā qñ iacob in somnis vidit scalā a terra pertingentē vsq; in celū: et dn̄s incūbebat super eā: et angeli ascendebāt et descendebant per eā. Deniq; ipse iacob qz intellexit quid viderit: posuit lapidē et fudit oleū. dum vnxit lapidem iacob: nunquid idolum fecit? significauit: non adorauit: agnoscitis chrisma: agnoscite et christum. Ipse est lapis quē reprobauerunt edificātes. Si ergo iacob vidit scalā qui est israel appellatus et nathanael iste vere israelita erat cōuenienter somniū iacob dominus dixit ei. q. d. cuius nomine te appellaui ipsius somniū in te apparuit. Uidebis em̄ celū aptū: et angelos dei ascēdētes et descēdētes sup filiū hoīs. Si aūt ad illū descēdūt et ad illum ascendūt: et sursum est: et hic est sursum in se: deorsum in suis.

Aug. super Jo. Sunt aūt angeli dei boni predicatores predicantes christū: hoc est super filiū hominis ascēdunt: sicut paulus q̄ ascēderat vsq; ad tertium celum: descendit vsq; ad lac potum paruulis dandum: dixit autem. Maius his videbis: quia plus est q̄ nos domin⁹ vocatos iustificauit: q̄ꝫ q̄ vidit iacētes sub vmbra mortis. Quid enim nobis proderat si ibi mansissemus: vbi nos vidit? Queritur autem quare nathanael cui tantum testimonium perhibuit filius dexiter. xij. apostolos nō inuenit. Intelligere aūt debemus ipm̄ eruditū fuisse et peritū legis. ppterea noluit illū dn̄s inter discipulos ponere: qz ideotas elegit vnde confunderet mundū. Uolens em̄ supbor frāgere ceruices: nō quesiuit p oratorē piscatorē: sꝫ de piscatore lucrat⁹ est imperatorē. Magn⁹ cyprianus orator: sed prius petrus piscator p quē postea crederet nō tm̄ orator: sed etiam imperator. Cap. ij.

Angelis cōparantur pdicatores.



Et die tertia nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater iesu ibi. Uocatus est aūt iesus et discipuli eius ad nuptias. Et deficiēte vino: dicit mater iesu ad eū. Uinum nō habent. Et dicit ei iesus. Quid mihi et tibi est mulier? Nondum venit hora mea.

¶ Chry. Quoniam in galilea notus erat dominus: vocant eum ad nuptias: vnde sequit. Et die tertia nuptie facte sunt in chana galilee. Alcui. Galilea est prouincia in qua est chana viculus. Chry. Uocant aūt ad nuptias dn̄m non tanq̄ magnificū aliquem: sed simplr tanq̄ notum: et vnum multor. vn̄ hoc euangelista declarās ait. Et erat mater iesu ibi. sicut em̄ matrē vocauerāt ita et filium. vn̄ sequit. Uocatus est aūt iesus et discipuli ei⁹ ad nuptias: et accedit. Neq; em̄ ad dignitatem respiciebat suā: sed ad beneficium nr̄m. Qui em̄ nō dedignat⁹ ē formā serui accipere: neq; dedignat⁹ ē ad nuptias venire seruor. Aug. de v. dn̄i. Erubescat igit homo eē superbus: qm̄ factus est humilis de⁹. Ecce inter cetera filius vginis venit ad nuptias qui cū apud prēm eēt instituit nuptias. Beda. Qđ etiā ad nuptias venire dignat⁹ est: iuxta fidē recte credentiū ꝯfirmat. Porro tatiani et martiōis ceterorūq; q̄ nuptijs detrahunt: pfidia q̄ꝫ sit dānabilis insinuat. Si em̄ thoro inmaculato et nuptijs debita castitate celebratis culpa inesset: nequaq̄ dn̄s ad has venire voluisset. Nūc aūt qz bona ē castitas ꝯiugalis: melior ꝯtinētia vidualis: optia pfectio vginalis Ad pbādā oluꝫ electionē graduū: discernēdū tm̄ meritū singulor ex intemerato marie vginis vtero nasci

Exēplū dignationis ie su.

dignatus est: a pphetico vidue Anne ore mox natus benedicitur: a nuptiarum celebratorib⁹ iam iuuenis inuitatus hos phiia sue virtutis honorat. Augu. Quid autez mirum si in illaz domū ad nuptias venit: q̄ in hunc mundū ad nuptias venit? Habet em̄ hic sponsaz quā redemit sanguine suo: ⁊ cui pignus dedit spiritū sanctū: quā sib: coniunxerat in vtero virginis. Uerbū em̄ ē spōsus ⁊ spōsa caro humana. ⁊ vtrūq; vn⁹ filius dei ⁊ idem filius hominis. Ille vterus virginis marie thalamus eius est: vnde processit tanq̄ sponsus de thalamo suo. Beda. Nec vacat a mysterio q̄ die tertia nuptie facte referuntur: primum quidem seculi tps ante legē patriacharū exēplo secundum sub lege prophetarū scriptis. tertium sub gratia preconijs euangelistarum quasi tertie diei luce mūdo refulsit: in quo dñs in carne nat⁹ apparuit: sed ⁊ hoc quod in chana galilee .i. in zelo transmigrationis eedem nuptie facte perhibētur: typice denunciat eos maxime gratia christi dignos existere: qui de zelo feruere pie deuotionis ac de vitijs ad virtutes: de terrenis ad eterna nouint transmigrare: discumbente autem in nuptijs dño: vinum defecit vt vino melio: e per ipsum facto manifestaretur gloria latētis in homine dei. vñ sequitur. Et deficiente vino: dicit mater iesu ad eum. Uinū non habent. Chry. Dignum autē est querere vnde venit in mentē matri: magnuz quid imaginari de filio: neq; enim ante miraculum fecerat. Sequitur enim. Hoc fecit initium signoz iesus: sed reuelari incipiebat et a ioanne ⁊ ab his q̄ ad discipulos dixerat: sed ante hec oīa ipsa conceptio: ⁊ ea que post natiuitatez facta sunt: maximaz ei de puero imposuerunt estimationez. vnde lucas dicit. Maria conseruabat oīa vba hec cōferens in corde suo. Cuius igit gratia non ante miraculum eum incita

uit: quaz antea vt vnus multoz illa conseruabatur. vñ non presumebat ei mater tale quid dicere: q: vo autdiuit q̄ ioannes ei testificatus est: ⁊ q̄ discipulos iā haberet: de reliquo confidēter rogat. Alcu. Significat etiā in hoc loco synagogam q̄ christum prouocat ad faciendum miraculum: familiare enim est iudeis: miracula inquirere. Sequitur. Et dicit ei iesus: quid mihi ⁊ tibi mulier? Aug. Quidā derogātes euāgelio ⁊ dicentes q̄ iesus non fuit natus de maria virgine: hinc argumentum sumere conantur erroris sui vt dicāt: quō erat mater ei⁹ cui dixit. Quid mihi ⁊ tibi mulier? Sed quis hoc narrauit vt credamus q: hoc dñs dixit? Nēpe ioannes euangelista. Et ipse dixit. Et erat ibi mr̄ iesu: quare hoc. nisi q: vtrunq; verum est? Sed nūquid ideo venit ad nuptias: vt doceret matres contemni? Chry. Sed q̄ valde venerabat matrem: Audi lucam enarrantē: qualiter subdit⁹ parentibus erat. Nam vbi quidem parentes nihil impediūt eoz que sunt fm deum: debitū est subijci eis. Qñ aūt non tpe debito aliquid querūt: ⁊ abscindūt nos a spiritualibus: nō ex hoc fallaris. Augu. de symbolo. Ut ergo distingueret inter deū ⁊ holez q: fm holez minor ⁊ subdit⁹ erat. fm aūt deum supra oēs erat: dixit. Quid mihi ⁊ tibi ē mulier? Chry. Sz ⁊ pter aliam causam vt non suspecta essent miracula que fiebant: ab his enim qui indigebant: rogari oportuerat nō a matre: voluit ostendere qm̄ oīa decenti tempore operatur non simul oīa faciens: quia confusio quedam esset. ⁊ ideo sequitur. Nōdū venit hora mea. i. nondum cognitus sum his qui assunt: sed neq; sciūt qm̄ defecit vinum. sine eos primum hoc sentire. Qui enim necessitatem non presensit: neq; beneficij grādem suscipiet sensum. Augu. Uel ideo q: dñs noster: fm q̄ deus erat: matrem non habebat: fm q̄ homo erat: ha

Tria tēpora mystica.

Refutatio erroris ex euangelio.

Maria quare mulier vocetur

bebat matrem. Miraculum autem qđ facturus era :ſm diuinitatem fa cturus erat:non ſm infirmitatez hu manam. Miraculuz ſi exigebat ma ter. At ille non tanꝗ agnoſcens vi ſcera humana:operaturus facta di uina dixit. Quid mihi ⁊ tibi eſt mu lier? ꝗ̃ſi dicat. Quod in me facit miraculum:non tu genuiſti deitatez meam. Dicitur autem. Mulier ſm fe mineuz ſexum: non ſm corruptionē integritatis. Sed qꝛ genuiſti infirmi tatem meam:tunc te cognoſcaz cum ipſa infirmitas pēdebit in cruce. vñ ſubdit. Nondū venit hora mea: ꝗ̃ſi diceret. ibi te agnoſcam cum pende re in cruce infirmitas ceperit: cuius ⁊ mater es. Commendauit enim ma trem diſcipulo:prius matre moritu rus:⁊ ante mortem matris reſurre cturus. Videte autem ne forte quō inuenerunt manichei occaſionem ꝑ fidie ſue:qꝛ dixit dn̄s. Quid mihi et tibi eſt mulier? ſic inueniant mathe matici occaſionem fallacie:qꝛ dixit: Nondum venit hora mea. Dicunt enim:vides qꝛ ſub fato erat chriſt⁹. quia dixit. Nondū venit hora mea. Credant autem deo dicenti. Pote ſtatem habeo ponendi animā meā: ⁊ iterum ſumendi eā:⁊ querant ꝗ̃re ſit dictum. Nondū venit hora mea. Nec ideo iam ſub fato ponant con ditorem celi:quia ſi eſſet fatum de ſi deribus:non poterat eſſet ſub neceſ ſitate ſiderum conditor ſiderum:qꝛ non ſolum chriſtus non habuit qđ appellas fatum :ſed nec tu aut ille aut quiſquam hominum. quare er go dixit. Nondum venit hora mea? qꝛ in poteſtate habebat quando mo reretur:ſed nondū videbat eſſe op portunuz vt illa poteſtate vteretur. vocandi erant diſcipuli. annuncian dum erat regnum celorum : faciēde erant virtutes:commendanda erat diuinitas domini in miraculis. com mendāda erat humilitas dn̄i in ipſa cōpaſſione mortalitatis. At vbi tan ꝗ̃ fecit ꝗ̃tum ſufficere iudicauit ve

hora christi quō intel ligenda.

nit hora:non neceſſitatis ſed volun tatis:non ꝯditionis:ſed poteſtatis.

¶ Dicit mater eius miniſtris. Quodcunꝗ dixerit vobis fa cite. Erāt autez ibi lapidee hy drie ſex poſite ſcđm purifica tionem iudeorum capiētes ſin gule metretas binas vel ter nas. Dicit eis ieſus. Implete hydrias aqua. Et impleuerūt eas vſꝗ ad ſummum. Et dicit eis ieſus. Haurite nunc ⁊ ferte architriclino:⁊ tulerūt. Vt au tē guſtauit architriclin⁹ aquā vinū factam:⁊ non ſciebat vñ eſſet: miniſtri autē ſciebāt qui hauſerunt aquam:vocat ſpon ſum architriclinus : et dicit ei. Omnis homo primum bonuz vinum ponit:⁊ cum inebriati fuerint:tunc id quod deterius eſt. Tu autem ſeruaſti bonum vinum vſꝗ adhuc. Hoc fecit initium ſignorum ieſus in cha na galilee:⁊ manifeſtauit glo riam ſuam:⁊ crediderūt in eū diſcipuli eius.

¶ Chry. Quāuis dixerit. Nondum venit hora mea:poſtmoduz fecit qđ mater dixerat:vt etiam ex hoc ſuffi ciens eēt demonſtratio ꝙ non ſub diti eſt hore. Si eñ hore ſubijcieba tur:qualiter debita hora nondū fa cta hoc fecit? deinde ⁊ propter ho norem matris:vt nō finaliter ei con tradicere videretur:neꝗ eā tot pre ſentibus erubeſcere faceret. Addu xerat eñ ad eum miniſtros:vt a plu rib⁹ fieret petitio: vñ ſequit. Dicit mater eius miniſtris quecūꝗ dixe rit vobis facite. Beda. q. d. Licet abnegare videat tñ faciet : nouerat eñ mater eū piū ⁊ miſericordez. Se quit. erāt aūt ibi lapidee hydrie ſex poſite ſm purificationē iudeorū:ca

pientes singule metretas binas vel ternas. Hydrie vocantur vasa aquarum receptui parata. grece enim aqua hydor dicitur. Alcui. Uasa autem aquarum receptui parata erant secundum purificationem iudeorum: quia inter alias phariseorum traditiones etiam hoc observabant: vt crebro se lauarent. Chry. Quia vero inaquosa est palestina: et non erat multis in locis fontes et puteos inuenire: replebant hydrias aqua vt non currerent ad flumina: si quando immundi fierent: sed de prope haberent purgationis modum. Ne autem quidam infidelium suspicarentur: quoniam fece intus remanente: deinde aqua immissa vinum subtilissimum factum esset: propterea ait secundum purificationem iudeorum. ostendens quod illa vasa nunquam vini receptacula facta erant. Augu. Metretras enim dicit mensuras quasdam: tanquam si diceret vrnas amphoras vel aliud huiusmodi. Metron enim mensuram dicunt greci: inde appellate metrete. Beda. Quod autem ait. Binas vel ternas: non ita accipiendum est: quod alie binas alie ternas: sed eedem ipse caperent binas: que etiam ternas. Sequitur. Dixit eis Jesus. Implete hydrias aqua: et impleuerunt eas vsque ad summum. Chry. Sed quare antequam impleuissent hydrias aqua: non fecit signum? quod multo mirabilius esset: quia scilicet aliud est substantiam in aliam qualitatem transmutare: et ipsam substantiam ex nihilo facere: quod quidem mirabilius est: sed non ita videtur credibile multis. Propterea enim multotiens a miraculorum magnitudine abstinet: volens magis credibile esse quod fiebat cum hoc et peruersa dogmata euertit: quia enim sunt quidam qui mundi conditorem alium esse dicunt: plura miraculorum ex subiectis substantiis facit: si enim contrarius ei esset qui conditor est mundi: non vtique alienis vteretur ad proprie virtutis demonstrationem. non autem ipse aquam hausit et tunc vinum ostendit: sed hoc iubet ministris vt eos testes haberet eius quod fiebat. vnde sequitur. Et dicit eis iesus. Haurite nunc et ferte architriclino. Alcui. Triclinium ordo trium lectorum. clinen lectum significat. Architriclinus princeps triclinii .i. primus inter conuiuas qui more antiquo in lectis discumbebant. vnde quidam architriclinum intelligi ut aliquem ex sacerdotibus iudeorum qui nuptiis interesse poterant vt illos instrueret qualiter nuptias vti deberent. Chry. Uel aliter. Quia aliqui possent dicere quod conuiue ebrii erant: et sensus iudicantium corruptus vt nescirent vtrum aqua vel vinum esset: hi autem quibus ministratio conuiuarum credita est maxime vigiles sunt vnum opus habentes vt ornate et ordinate omnia disponant: ideo in testimonium eorum que fiebant dixit dominus. Ferte architriclino propter euigilantem eius sensum: et non dixit. Propinate discumbentibus. Hyla. iii. de trini. Aqua igitur hydriis infunditur: vinum calicibus hauritur infundentis scientie: sensus non conuenit haurientis. Qui infuderunt hauriri aquam existimant qui hauriunt vinum infusum arbitrabantur. vnde sequitur. Ut autem gustauit architriclinus aquam vinum factam: et non sciebat vnde esset: ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum architriclinus. Non autem aque simplicitas defecit: et vini sapor natus est: non per transfusionem potioris obtinetur quod infirmius est: sed aboletur quod erat: et quod non erat cepit. Chry. Paulatim autem dominus volebat cognosci suorum signorum virtutem: et ideo neque ipse reuelabat quod factum est: neque ministros architriclinus vocauit. Non esset eis creditum puro homine existimata: tale testimonium reddentibus: sed vocat sponsum qui maxime poterat conspicere quod fiebat. Non simpliciter autem christus vinum sed vinum optimum fecit: vnde sequitur. Et dicit ei. Omnis homo

Hydrie notio.

Uis miraculi.

primum bonum vinũ ponit ⁊c. Talia eñ sunt christi miracula: vt multo his que per naturã fiunt: speciosiora ⁊ vtiliora fiant. igitur aqua vinum facta ministros testes habuit: bonũ ꝓ vinũ facti architriclinum ⁊ sponsum. probabile autẽ est ⁊ sponsum aliquid respondisse: sed euãgelista hoc pretermittit: tangens solũ id qđ necessariũ est scire. s. quoniam vinum aquã fecit. vnde statim subdit. Hoc fecit initiũ signorum suorũ iesus in chana galilee. Tunc eñ signa maxime necessarium erat facere: quãdo discipuli iam congregati erant ⁊ deuoti: ⁊ attendentes his que fiebant: manifeste aderant. Si vero dixerit quis non esse argumentum sufficiens: vt hoc sit principiũ signorum quia additur. In chana galilee: quasi contingat alibi prius esse facta. Dicemus quod ⁊ antea diximus: quia ioannes dicit. Ut manifestetur israeli propterea veni baptizans. Si vero ſm primam etatẽ miracula fecit: nequaq̃ idigebãt israelitate alio manifestante eũ. Qui eñ breui tempore ita per miraculorum multitudinem claruit: vt eius nomen manifestũ fieret omnibus: multomagis si puer existẽs a prima etate miracula fecisset. Nã ⁊ ea que fierent inopinabiliora existimarentur ab infante facta: ⁊ tempus amplius esset. Decẽter aũt non incepit signa facere in prima etate: existimassent eñ phantasiam esse incarnationem: ⁊ ante oportunũ tempus cruci eum tradidissent liuore liquefacti. Augu. Hoc aũt miraculum domini qđ de aqua vinũ fecit: nõ est mirum eis qui nouerunt: q: deus fecit. Ipse eñ fecit vinum illo die in hydrijs qui omni anno hoc facit in vitibus: sed hoc assiduitate amisit admirationẽ. Itaq; seruauit sibi deus inusitata quedam que faceret: vt tanq̃ dormiẽtes homines ad se colendũ mirabiliter excitaret: ꝓpter qđ sequit. Et manifestauit gloriã suã. Aug.

Oportunitas signorum christi.

Quia ipse est rex glorie qui sicut dominus elemẽta mutabat. Chry. Et hoc q̃tũ ex parte sua. Si vero ⁊ tũc multi non cognouerunt: sed tamen omnes postea erãt miraculũ auditiuri. Sequit. Et crediderunt in eum discipuli eius. Hi enim debebant credere: ⁊ facilius ⁊ cum diligentia attendere his que fiebãt. Aug. de cõ. euã. Sed si tũc in eũ crediderũt: nondum erant discipuli cum ad nuptias vocati sunt: sed illo more locutiõis hoc dictum est quo loquimur: cũ dicimus apostolum paulũ in tharso cilicie natũ: neq; eñ tunc iã erat apostolus: ita discipulos christi inuitatos ad nuptias cũ audimus: nõ iam discipulos: sed qui futuri erant discipuli intelligere debemus. Augu. Illa aũt mysteria q̃ in isto miraculo domino latent: videte. oportebat impleri i christo que de illo scripta erant: illa erat aqua. fecit autem de aqua vinum cum aperuit eis sensum: ⁊ exposuit scripturas. sic enim sapit quod non sapiebat: ⁊ inebriat quod nõ inebriabat. Beda. Apparente eñ dño in carne: vinosa legalis sensus suauitas paulatim ceperat ob carnalem phariseorum interpretationẽ a prisca sua ꝟtute deficere. Augu. Si aũt iussisset aquam effundi: ⁊ ipse mitteret vinum ex occultis creature finibus videretur scripturas veteres improbasse. Cũ autem ipsam aquam conuertit in vinum: ostendit nobis qđ ⁊ scriptura vetus ad ipso est: nam iussu ipsius implete sunt hydrie: sed nihil sapit illa scriptura: si nõ ibi christus intelligatur. nouimus autem legẽ ex quibus temporibus narret. i. ab exordio mundi. Inde vsq; ad hoc tẽpus quod nunc agimus sexta etas est. nam prima etas computat ab adã vsq; ad noe: secunda a noe vsq; ad abraam: tertia ab abraã vsq; ad dauid: quarta a dauid vsq; ad trãsmigrationẽ babylonis: quinta vsq; ad ioannem baptistam: sexta inde vsq;

Allegoria expositio.

ad finē seculi. Sex ergo ille hydrie sex etates significāt: quibus non defuit ꝓpheta. Implete sunt prophetie. plene sunt hydrie. Quid est autem. capiebāt metretas binas vel trinas? Si trinas tm̄ diceret: nō curreret animus noster nisi ad mysterium trinitatis. Sed forte nec sic debemus inde sensum auertere: quia dixit binas vel trinas: q: nominato patre et filio consequēter et spiritussanctus intelligendus est. Oportet enim intelligi charitatē inuicem patris et filij qđ est spūssctūs. Sed est et alius intellectus nō pretermittendus: bine enim metrete intelligunt in duobus generibus hominū. s. iudeis et grecis: tres autē ꝓpter Noe tres filios significatos. Alcui. Ministri autē sunt doctores noui testamenti qui scripturas sacras spiritualiter interpretantur. Architriclinus aūt est aliquis legisperitus vt nicodemus: gamaliel: saulus. Dum ergo talibus euāgelij verbū cōmittitur: qđ in littera legis occultabatur: quasi vinū de aqua factū architriclino propinatur. Et bene in domo nuptiarū tres ordines discumbentium describunt: q: ecclesia tribus ordinibus fidelium cōstat: coniugatoꝝ: cōtinentiū et doctorum. Optimū autē vinū christus vsqz adhuc seruauit. i. euangelium vsqz ad sextam etatē distulit.

Metretarum mystica significatio.

¶ Post hec descendit capharnaum ipse et mater eius et fratres eius et discipuli eius: et ibi manserunt nō multis diebus. Et ꝓpe erat pascha iudeoꝝ et ascendit iesus hierosolymā. ¶ Chry. Qm̄ autē paulopost dn̄s hierosolymā ascensurus erat: capharnaū adijt: vt nō vbiqz fratres et matrem secum trahat. vnde dicit. Hoc hec descendit capharnaū ipse et mater eius et fratres illius et discipuli eius: et ibi manserunt non multis diebus. Augu. Hic est aūt dn̄s deus noster excelsus vt nos faceret humilis: vt nos reficeret ambulans inter boles: patiens humana: abscōdēs diuina. Ecce habet matrē: habet fratres habet et discipulos: inde fratres. vñ matrē. Fratres enim scriptura sacra appellare cō. ueuit: non eos solos qui nascunt ex eodē vtero: aut eodē patre: aut ex eodē gradu: vt sūt compatrueles aut cōsobrinos. Unde ergo fratres dn̄o? Non enim Maria iterū peperit: absit. Jn de cepit dignitas virginū. Abraam patruus erat loth et iacob laban syrū habebat auunculū: et vtrique dicti sunt fratres. Alcui. Fratres ergo dn̄i dicuntur cognati Marie vel ioseph nō filij marie vel ioseph: quia nō solū beata virgo: sed etiā ioseph testis castitatis eius ab omni actione coniugali immunis permansit. Augu. de consen. euā. Quia vero dicit. Et discipuli eius: incertum est vtrum iam illi adheserant etiam petrus et andreas et filij zebedei. Mattheus enim primo narrat qđ venerit et habitauerit in capharnaum: et postea qđ eos de nauibus piscantes vocauerit; an forte mattheus qđ pretermiserat recapitulauit: q: si ne vlla consequentis temporis differentia dixit. Ambulans iuxta mare galilee vidit duos fratres: an potius alij discipuli fuerunt. Scriptura enim euāgelica et apostolica: nō solū illos duodenos appellat discipulos eius: sed oēs qui in eū credētes ad regnū celoꝝ magisterio eius erudiebant. Illud etiā requirendū est quō hic dicit. Anteqꝫ ioānes baptista missus esset in carcerē iesum isse in galileā: cū matthe⁹ dicat. Cū aūt audisset qꝛ ioānes tradi⁹ eēt: secessit in galileā. similiter etiā et marcus. Lucas etiā nihil quidē dicit de tradito ioāne: sed post baptismū et tentationē xp̄i dicit eum isse in galileam: sicut illi duo. vnde intelligitur tres euangelistas: non ioanni euangeliste ꝯtraria narrasse: sed ꝑtermisisse primū

Fratres dn̄i q̄ dicuntur.

Concentus euāgelicus.

fisse primū domini aduentū in ga-
lileā posteaq̄ baptizatus est:quā-
do illic aquā cōuertit in vinū. Eu
seb. in ecclesiastica hystoria. Cum
enim triū euāgeliorū ad ioānē euā-
gelistā notitia peruenisset probas-
se quidē dicitur fidē et veritatem di
ctorū deesse tamē vidit aliqua et ea
maxime que primo predicationis
sue tempore dominus gesserat. Cer
tum est enim q̄ in superioribus tri
bus euangelijs hec videntur sola
cōtineri que in eo gesta sunt anno
quo ioannes baptista vel inclusus
est in carcere vel punitus et ideo ro
gatus dicitur ioannes apostolus:
vt ea que preterierant priores ante
traditionem ioānis:saluatoris ge-
sta cōscriberet: vnde si quis diligen
ter cōsideret inueniet euāgelia nō
dissonare sed alterius temporis ge
sta esse que scribit ioannes:alteri9
vero que ceteri. Chrysosto. Neq̄
enim in capharnaū miraculū vllum
tunc operatus est:qui enim ciuita
tē habitabant illam non sane se ha
bebant ad christum sed erant val-
de corrupti ideo tamē accedit et pa
rum ibi trahit tempus propter eū
qui ad matrem erat honorem. Be-
da. Ideo etiā nō multis diebus ibi
manserunt propter festū pasche qd̄
iā appropinquabat vnde sequitur.
Et prope erat pascha iudeorum.
Orige. Sed quid intēdit ibi appo-
sitio iudeorū? nō enim nationis al
terius pasche solennitas fuerat.
Forsan vero quia quoddam est pa
scha humanū:eorū qui procul a pro
posito scripture celebrāt illud. qd̄-
dam vero diuinū et verū qd̄ in spiri
tu et veritate perficitur ad distictio
nem ergo diuini dicitur iudeorum.
Sequitur. Et ascendit hierosoly-
mā. Alcui. Bis in euangelijs legi-
tur iesum ascendisse hierosolymam
semel in p̄mo anno p̄dicatiōis dum
adhuc ioannes non erat missus in
carcerē de hoc ascēsu nūc agitur et
iterum illo anno quo erat passus:de
dit autē nobis exemplum dominus
q̄ta cura diuinis subdi debeam9

Pascha duplex.

imperijs. Si enim ipse dei fili9 de-
creta legis a se data implebat cele
brans solēnitates cum ceteris ho-
minibus:quāto studio bonorū ope
rum serui debent solennitates pre
uenire et celebrare. Orige. Mystice
autem cum facta est nuptiarū pre-
paratio in chana galilee descendit
vna cū matre fratribus et discipu-
lis in capharnaū:que interpretat
ager consolationis. Oportebat enī
post vini alacritatē ad agrū cōsola
tiōis vna cū matre et discipulis ascē
dere saluatorē:consolaturū in fu-
turis fructib9:i agro p̄ multitudine
suscipientes disciplinā eius:et ani-
mā que illū spū scō cōcepit et iuuā-
dos ibi. Sunt enim quidā fructificā
tes ad quos domin9 ipse descēdit
vna cū verbi ministris atq̄ discipu
lis adiuuās hmōi p̄n̄te matre sua.
Uident aūt qui capharnaum ducti
sunt nō capere diuturnā apud seie
sum presentiā:quoniā illuminatio
nem que de pluribus dogmatib9
est inferioris cōsolationis agellus
nō capit cum paucorum capax exi
stat. Alcui. Uel capharnaum villa
pulcherrima est:et significat mūdū
in quē verbū patris descendit. Be-
da. Nō multis aūt diebus ibi man
sit:quia paruo in hoc mūdo tempo
re cū hominibus conuersatus est.
Orige. Est autē hierosolyma ciui-
tas regis magni velut ipse salua-
tor ait:ad quā nullus eorū qui ma
nēt in terris cōscēdit nec ingredit.
Sed quelibet anima que naturalē
obtinet celsitudinē et acumē intelli
gibiliū perspicuū eius ciuitatis ē
incola:ad quam solus iesus ascē-
disse dicitur. Uidentur tamen post
discipuli fore presentes dū recolūt.
zelus domus tue comedit me: sed
quasi in quolibet discipulorū iesus
ascendit.

¶ Et inuenit in templo vendē
tes oues et boues et columbas
et nūmularios sedentes. Et cū
fecisset quasi flagellum de funi
culis:omnes eiecit de templo:

oues quoq; et boues: et num-
mulariorum effudit es: et men-
sas subuertit. Et his qui colū
bas vendebant dixit. Afferte
ista hinc: et nolite facere domū
pris mei domū negociatiōis.
Recordati sūt vo discipli ei9 q:
scptū ē zel9 dom9 tue cōedit me.
Beda. Domin9 hierusalē adue-
niens: cōtinuo templum oraturus
adijt nobis dans exemplū vt quo-
cunq; properamus domū dei pmo
ingrediamur dominū deprecaturi.
vnde dicitur. Et inuenit in tēplo vē
dētes oues et boues et colūbas. Au
gu. Sacrificia enim illi populo p
eius carnalitate talia data sunt: q-
bus teneretur ne ad idola defiue-
ret: immolabant boues et oues et
columbas. Beda. Sed quia de lon
ginquo properātes que iussa sunt
immolari domino secū ferre non
poterant eorū precia deferebāt. vn
de nacta occasione hec animalia in
templo scribe et pharisei vendi in-
stituerūt vt venientes emerēt et offer
rent. Eadēq; oblata ipsi alijs ven-
derēt: et sic sua lucra accumularent.
Unde et nūmularij ad hoc sedeban
ad mēsas: vt inter emptores vendit
toresq; nolli arg prompta esset pecu
nia. vnde subditur. Et nūmularios
sedentes. Dominus autem nolēs
aliquid in domo sua terrene esse ne
gociatōis neq; ei9 q̄ hōesta putaret.
negociatores eos ēxpllit foras. aug.
Et qui flagellādus erat ab eis pos
illos flagellauit. vnde sequitur. Et
cū fecisset quasi flagellū de funicu
lis: omnes eiecit de templo. Theo.
Neq; solū eos eiecit qui vēdebant
et emebāt: sed etiā res eorum. vnde
subditur. Oues quoq; et boues et nū
mulariorū effudit es et mensas euer
tit sc; nūmularias que erāt quasi
vasa denariorū. Orige. Considere-
mus aūt ne forte enorme videatur
q dei filius captis funiculis parat
sibi flagellū ad eijciendū de tēplo.
Unum tamen refugium ad horum
responsionem relinquitur diuina
potestas iesu: vt cū volebat posset
iracūdiam hostiū suffocare: quis
essent innumeri: et sedare mentium
turbines. Dominus enim dissipat
cogitationes gentium. Presens au
tem hystoria in nullo minorem po
testatem pretendit his que ab eo
miraculosius edita sunt. quinimo
constat hanc maiorem demonstra-
re potentiā miraculo: quo aqua cō
uersa est in vinū: eo q illic inanima
ta subsistit materia: hic vero tot mi
lium hominum domatur ingenia.
Augu. de cō. euan. Manifestū est
autem nō semel: sed iterato hoc fa
ctū esse a domino. Sed illud primū
cōmemoratur hic a ioanne: illud vl
timum a ceteris tribus. Orige. Et
ioannes quidē hic dicit q expulit
vēdētes de tēplo. Mattheus autē
ait quoniā expulit vēdētes et emen
tes. Multo autē maior erat nume
rus ementiū q vendentiū: quorū ex-
pulsio trāscendebat dignitatē eius
qui reputabatur filius carpentarij
nisi q diuina ptāte sibi oēs subie-
cit vt dictū est. Beda. Cōmendatur
aūt in hac lectione vtraq; christi na
tura: humana quidem in hoc q ma
trem comitē habuisse perhibetur.
diuina vero in hoc q verus dei fili9
demonstratur. Sequitur enim. Et
his qui vendebant columbas dixit
Auferte ista hinc: et nolite facere do
mum patris mei domū negociatio
nis. Chry. Ecce patrem vocat: et nō
irascuntur. estimant enim simplici
ter eum dicere: sed quia postea ap
tius loquebatur vt solam represen
taret parilitatis intelligentiā pro
pterea seuiebant. Et mattheus q̄-
dē dicit q eijciens eos dicebat. No
lite facere domum meam speluncā
latronum: Illud enim fecit ad pas
sionem veniens: ideo durioribus ser-
monibus vtebatur. Hoc autem in
principio signorum fecit: vnde non
ita aspera: sed remissa quodā mo-
do increpatione vtitur. Augusti-
nus. Ecce templum illud figura
adhuc erat et eiecit inde dominus

[Margin notes: Nō sacrificiorū legalium. — Ritus prauus leuitarum. — Cōcen- sus euangelistarum.]

omnes qui ad nundinas venerant
et que ibi vendebant: que opus ha
bebant homines in sacrificio illius
temporis. Quid si ibi ebriosos inue=
niret: si negociationis nō debet fie
ri dom⁹ dei potationis fieri debet?
Chry. Sed cuius gratia tali vehe=
mentia christus vsus est: quia eniz
in sabbato curaturus erat: et multa
facturus que videbantur ab eis eē
legis trāsgressio: vt nō videat deo
contrarius hoc cum periculo fecit
dans intelligere qꝫ qui periculis se
exponit pro bono ornatu domus do
minum domus non contemnit: et nō
vt ostenderet sui consonantiam ad
deum: non dixit. Domum sanctam:
sed domum patris mei. Et propter
hoc etiam subditur. Recordati vero
sunt discipuli eius: quia scriptum ē
zelus domus tue comedit me. Bed.
Discipuli enim videntes in eo hūc
feruentissimum zelum recordati
sunt: quia zelo domus patris salua
tor eiecit impios de templo. Alcui.
zelus cum in bono accipitur: est q̄=
dam feruor animi quo mens reli=
cto humano timore pro defensione
veritatis accēditur. Augustinus.

Zeli acce ptio.

Comeditur ergo zelo domus dei: q̄
omnia que videt ibi peruersa cu=
pit emendare: et si emendare nō po
test tolerat et gemit: si ergo in domo
tua nequid peruersum fiat sata=
gis: in domo dei vbi salus propoli=
ta ē: debes pati quantuz in te est si
quid peruersi videris? Amicus est:
admoneatur leniter: vxor est: seue
rissime frenetur: ancilla est: etiam
verberibus compescatur: fac quic
quid potes pro persona quam por
tas. Alcui. Mystice autez quotidie
deus spiritaliter suam ecclesiaz in
trat: et qualiter ibi vnusquisqꝫ con=
uersetur attendit. Caueamus ergo
ne in ecclesia dei fabulis vel risib⁹
vel odijs vel cupiditatibus vace=
mus: ne improuisus veniens nos
flagellet et de ecclesia sua eijciat.
Orige. Possibile est enim hierolo=
lymitarum quoqꝫ delicto subiace=
re et capacissimos deuiare: qui nisi
post delictum citissime conuertan=
tur capacitatem amittunt: inuenit
igitur in templo id est in sacris vel
in enunciatione ecclesiastici sermo
nis quosdam qui patris domuz ne
gociationis constituebant: qui scili
cet venales exponunt boues: quos
oportet obseruare ad aratrum: ne
retrocedentes non disponantur ad
regnum dei. Qui etiam preferunt
mammonam iniquitatis ouibus:
ex quibus habent ornatus mate=
riam: qui etiam solertiam colum=
barum priuata qualibet amaritu=
dine vilipendunt. Cum ergo hos
inueniet saluator in domo sacrata
facto de funiculis flagello fugat il
los vna cum venalibus ouibus et
bobus suis. Effuditqꝫ eris pondera
velut indigna in domo dei retineri
subuertitqꝫ constitutas tabulas in
animabus auarorum et mandat ne
vlterius in domo dei colūbe vendā
tur. Arbitror autem et exemplum
ipsum statuisse per predicta secre=
tius vt intelligamus per hoc siquid
agi debet erga sacram illam obla
tionem a sacerdotibus non debere
ritu sensibilium oblationum agi:
nec legem obseruari debere vt car
nales iudei volebant: nam iesu p=
pellente boues et oues: iubente au
ferri columbas: que plurimum of=
ferebantur iuxta consuetudinem
iudeorum et subuertente mensas
materialium nūmorum non expres
se: sed figuraliter continentium di=
uinas impressiones: ea scilicet que
sm legis scripturam videbantur
honesta: et veniente eo in plebem fla=
gellis: dissoluenda et dispergenda
hec erant: translato regno ad eos
qui ex gētibus crediderunt. Augu
stinus. Uel vendentes in ecclesia
qui que sua sunt querunt: non que
iesu christi. Uenale habent totum:
quia volunt redimi. Symon ideo
volebat emere spiritum sanctum:
q̄ vēdere volebat erat enī de illis
qui colūbas vendūt: et enī in colū=
ba apparuit spūssctūs columba autez
nō est venalis gratis datur: q: gra

Tropologica expō.

Symon mag⁹ no taꝫ cū iequacib⁹

tia vocat. Beda. Vendūt igitur colū bas qui acceptā spūssancti gratiā nō gratis vt pceptū est: sed ad premiū dant. Qui manuū impositionē: qua spūssanct⁹ accipit: etsi nō ī questum pecunie: ad vulgi tñ fauorē tribuūt qui sacros ordines non ad vite meritū: sȝ ad fauorē largiuntur. Augu. Boues aūt intelligūtur apostoli ꝛ ꝓphete: qui nobis scripturas sacras dispēsauerūt. Qui ergo ipis scripturis fallunt populos: a quib⁹ querūt honores: vendūt boues: vendant et oues. i. ipsas plebes: et cui vendūt nisi diabolo? Quicquid eñ de vnica ecclesia pcipitur: qs tollit nisi leo rugiēs. Beda. Uel oues sunt opera mūditie ꝛ pietatis. Uendunt ergo oues qui humane gratia laudis opera pietatis exercent. Nummos mutuo dant in tēplo: qui aperte terrenis rebus in ecclesia deseruiūt. domū etiā dñi faciunt domum negociationis non solū hi qui ꝓpter sacros ordines precium pecunie vel laudis vel honores querūt: verum etiā hi qui gradū vel gratiā spūalē quā in ecclesia dño largiente perceperūt: non simplici intentione: sȝ cura humane retributionis exercent. Augu. Signū autē quoddā nobis ostendit domin⁹ ꝙ fecit flagellū de testiculis: ꝛ inde negociationē in tēplo facientes flagellau. t. Etenim vnusquisqȝ in peccatis suis restē sibi texit: dū peccata addit peccatis. Qñ ergo aliquid patiūtur homines ꝓpter iniquitates suas: agnoscāt: qȝ domin⁹ facit flagellū de testiculis: ꝛ adhuc admonet eos vt mutent se. nam si se non mutauerint: audiētur in fine. Ligate illi man⁹ ꝛ pedes. Bed. Facto igitur de funiculis flagello illos eiecit de templo: qȝ de parte sortis sanctorū eijciūtur: qui inter sanctos positi vel ficte vel aperte faciūt opera mala. Oues quoqȝ et boues eiecit: quia taliū vitam pariter et doctrinā ostendit esse reprobā. Nūmulariorū quoqȝ effudit es: ꝛ mensas subuertit: qȝ dānatis in fine reprobis: etiā ipsarū quas dilexerūt

Doctrina pulsherrima.

rerum tollet figurā: venditiones columbarū de tēplo auferri precepit: quia gratia spiritus que gratis accipit: gratis dari debet. Orige. Pōt etiam per templū intelligi anima studiosi: ꝓpter inhabitās verbum dei: in qua ante doctrinā iesu consisterant terrestres et bestiales mot⁹. Signū autē terrestriū motuū bos est: quoniā est agricultor. Insensatorū autē motuū ouis: quod est pluribus animalibus irrationali⁹. Leuiū vero atqȝ inconstantiū mentiū signū est columba. Horū vero ꝙ bona videntur signa sunt era: que christus verbo doctrine expellit: vt non vltra domus patris eius sit forū.

Tropologica expositio.

¶ Responderunt ergo iudei: ꝛ dixerunt ei. Quod signum ostēdis nobis: quia hec facis? Respondit iesus et dixit eis. Soluite templum hoc: et in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo iudei. Quadraginta ꝛ sex annis edificatum est templum hoc: et tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autē dicebat de templo corporis sui. Cū ergo resurrexisset a mortuis recordati sunt discipuli ei⁹: quia hoc dicebat de corpore suo: et crediderūt scripture et sermoni quem dixit iesus.

¶ Theophi. Quia iudei videbāt iesum talia facere cū potestate multa et dicentē. Nolite facere domū patris mei domū negociationis: signū ab eo petunt. vnde dicitur. Responderunt ergo iudei ꝛ dixerunt ei. Qd signū ostendis nobis: quia hec facis? Chrysosto. Sed nunquid signa opus erat: vt ea que male fiebāt cessare faceret? Nonne zelum talē accipere. pro domo dei maximū signū virtutis erat? Non autem illius ꝓphetie meminerant: sed signum petebant: simul quidem de suo turpi lucro impedito dolentes: simul aūt

et per hoc prohibere eum volentes.
opinantur em̄ eum : aut prouocare
ad miracula : aut cessare ab his q̄
fiebant: propterea nō dat eis signū
sicut et post petentibus signū respō
dit dicens. Generatio mala et adul
tera signū querit: et signum non da
bitur ei nisi signum ione prophete.
Sed tunc quidem manifestius: nūc
autem obscurius respondet idem.
Non autem vtiqꝫ qui non petentes
preoccupat et signa dat: hic petētes
auertisset nisi mentem eorū cogno
uisset dolosam. Sequitur enim. Et
dixit eis. Soluite templum hoc ꝛ in
tribus diebus excitabo illud. Beð.
Quia enim signum querebāt a do-
mino quare solita commercia proij
cere debuerit ex templo. Respōdit.
Quia ipsum templum significabat
templum corporis sui : in quo nulla
prorsus esset alicuius macula pecca
ti. q. d. Sicut inanimatū templum a (Allegorica expositio.)
vestris cōmercijs sceleribusqꝫ mea
expio potestate : ita et hoc corporis
mei templū cuius istud gestat figu
ram: vestris manibus dissolutū: ter
tia die resuscitabo. Theophi. Ne-
quaqꝫ tamen illos ad homicidium
prouocat dicens soluite : sed hoc eis
affectantibus : non sibi esse abscon-
ditum demonstrat. Audiant autem
arriani quomodo dominꝰ mortis de
structor dixit. Excitabo virtute vide
licet propria. Augusti. Resuscitauit
eum quidē ꝛ pater cui dicit in psal
mis. Excita me et reddā illis. Sed
quid fecit pater sine verbo? quomo
do ergo eū pater resuscitat: sic et fi-
lius resuscitauit : qꝛ filiꝰ dixit. Ego
et pater vnū sumus. Chrysost. Pro
pter quid aūt signū resurrectionis
dat eis? quoniā: scilꝫ hoc maxie erat
qꝫ ostendebat eum nō esse hominē
purū: posse aduersus mortē statue-
re triumphū ꝛ tyrānidē eius longā
velociter dissoluere. Orige. Utraqꝫ
aūt scꝫ et corpus iesu ꝛ templū exem
plar mihi fore videtur ecclesie: eo qꝫ
ex viuis lapidibꝰ ꝯstruit in domū
spiritualē in sacerdotiū sanctū: et p
pter illud. Uos estis corpus christi

et mēbra de mēbro. Quāuis autem
dissolui lapidū videatur structura:
ac dissipari oia ossa xp̄i aduersitati
bus tribulationū instaurabit tamē
ac resuscitabitur die tertia : que in
nouo celo ꝛ noua terra presens erit.
Sicut enim illud xp̄i corpus sensi-
bile crucifixū est ac sepultū ꝛ post-
ea resurrexit sic et totale sanctorū
christi corpus concrucifixū est xp̄o.
Quilibet em̄ eorū in nullo alio glo (Anagogica expositio.)
riatur nisi in cruce xp̄i: per quā ip̄e
crucifixus est mūdo: sed ꝛ consepul
tus est xp̄o et resurrexit cū eo: qꝛ in
quadā nouitate vite ambulat. sꝫ sm
beatā resurrectionē nōdū surrexit.
vnde non scriptū est. Tertia die re-
staurabo illud: sed in tribus diebꝰ:
perficitur em̄ eius erectio in omni-
bus tribus diebus Theophi. Ju-
dei em̄ de inanimato templo putan
tes eum hoc dicere deridebant eū.
vnde sequitur. Dixerūt ergo iudei.
Quadraginta ꝛ sex annis edificatū
est templū hoc et tu in tribus diebꝰ
excitabis illud? Alcui. Et notandū
qꝫ nō de prima edificatiōe: que a sa-
lomone septē annis perfecta est : sꝫ
de reedificatione que facta est sub
zorobabel per quadraginta ꝛ sex an
nos impedientibꝰ inimicis: respon
debant. Orige. Uel dicit aliqͣs: qua
draginta ꝛ sex annorū exurgere tem
plum. ex quo dauid allocutus ē na-
than pphetā consulens de constru-
ctione templi: extunc satagēs ad cō
gregādā materiā templi. Animad-
uerte vero si possibile est quadra-
genariū numerū statui erga tēplū
ppter quattuor elemēta mundi : ac
senariū ppter hoc qꝫ homo sexto die
creatus est. Augusti. iiij. de tri. Uel
hic numerus perfectioni dominici
corporis apte congruit : quadrage-
sies em̄ sexies seni : fiunt ducēta se-
xaginta sex: qui numerus dierū cō
plet nouē mēses et sex dies. Ipsa au
tē perfectio corporis domini tot die
bus ad partum producta comperit
sicut a maioribus traditū suscipiēs
ecclesie custodit auctoritas. Octa-
uo em̄ kalēdas aprilis conceptꝰ cre

Allegoria subtilis.

ditur: quo et passus. Natus autem traditur octauo kalēdas ianuarii. Ab illo ergo die vsq ad istum cōputati ducenti sexagintasex reperiuntur dies: qui senarium numerum quadragesies sexies habent. Augusti. octuaginta triū questionū. Dicitur etiam conceptio humana sic pcedere ⁊ pfici primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinē: sequētibus nouē diebus cōuertatur in sanguinem: deinde duodecim dieb⁹ solidetur: reliquis decē et octo diebus formetur vsq ad perfecta lineamēta omniū mēbrorum: ⁊ in reliquo tpe vsq ad tēpus partus magnitudine augetur. Sex autē ⁊ nouem ⁊ duodecim ⁊ .xviij. in vnū coacti fiunt .xlv. addito ergo vno fiunt quadraginta sex qui si fuerint multiplicati p ipsum senarium numerū: qui huius ordinationis caput tenet: fiunt ducenti ⁊ septuagintasex .i. nouē menses ⁊ sex dies. Nō ergo absurde quadragintasex annis dicit fabricatū esse templum qd corpus eius significabat: vt quot anni fuerint in fabricatione tēpli: tot dies fuerūt in corporis dominici pfectione. Augu. sup Joan. Vel aliter. qz domin⁹ noster de adā corpus accepit non de adā pctm traxit: templū corporeum inde sumpsit: nō iniquitatē que de tēplo pellenda est. Si autē facias qtuor nois greca. Anatole qd est oriens. Disis qd est occidēs. Arthos quod est septētrio. Messembris: qd est meridies: capita vborū adam habēt. A quattuor enim vētis domin⁹ collecturum se, dicit electos suos cum venerit ad iudiciū. Habēt autē littere nominis adam numerū fm grecos: vbi inuenitur quadragintasex annis edificatum tēplum. Habet enī adam alpha qd est vnū: ⁊ delta quod quattuor et alpha qd est vnū ⁊ .m. qd est quadraginta: ⁊ sic habes quadragintasex. Sed iudei qz caro erant: carnalia sapiebant: ille spūaliter loquebatur: et de quo templo diceret per euangelistā nobis aperuit. Sequitur enī. Ille autē dicebat de templo corporis sui. Theophi. Ex hoc autē apollinarius contradictionem sumit: volens ostendere q caro christi esset inanimata: eo q tēplum sit inanimatū. ergo carnē christi ⁊ lapidem ⁊ lignū facies: qz ex his tēplum consistit. Si autē quod dicitur. Anima mea turbata est: ⁊ pot[est]atē habeo ponēdi animā meam: nequaq dici dixeris: vbi pones illud. In manus tuas domine cōmendo spiritū meum? non enim hoc de anima irrationali intelligere poteris. Neq qd dicitur. Non derelinques animam meam in inferno. Orige. Ideo autem corpus domini templum intelligitur: quia sicut templum gloriam dei continebat habitantē in ipso: sic corpus christi representās ecclesiā: vnigenitum continet: qui est imago dei ⁊ gloria. Chryso. Duo autē erāt que obstabant discipulis ne interim intelligerēt: vnum ipsa resurrectio: alterum vero: quod maius erat scz q deus erat qui in illo corpore habitabat: quod domin⁹ occulte ostēderat di. Soluite tēplum hoc ⁊c. Et idō subditur. Cū er. sur. a mor. re. sunt dis. eius: qz hoc dicebat de cor. suo: ⁊ cre. scri. ⁊ ser. quē dixit iesus. Alcui. Ante resurrectionē enī intelligebāt scripturas: quia nondū acceperant spm sanctū. Sed in die resurrectiōis apparens domin⁹ aperuit discipulis sensum: vt intelligerent q̄ de ipso scripta erant in lege et prophetis: ⁊ tunc crediderunt scripture prophetarum: qui predixerunt christum tertia die resurrecturum: et sermoni quem dixit iesus. Soluite templum hoc. Origenes. Scdm anagogem vero complementum fidei attingemus in magna corporum resurrectione totius corporis Jesu id est ecclesie eius: cum fides que est ex specie multum differat ab ea que est p speculum in enigmate.

Mysterium nois adam.

Anagogica expositio.

Cum autem esset hierosolymis in pascha in die festo: multi crediderunt in nomine eius videntes signa que faciebat.

Ipse autem iesus non credebat semetipsum eis: eo q ipse nosset omnes: et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homie. Ipse eni sciebat quid esset in homine.

¶Beda. Superius euãgelista narrauit quid dominus hierusalē adueniens gesserit: nunc vero eodem hierosolymis commorante quid ab alijs erga eum actum fuerit refert. vnde dicitur. Cum autē esset hierosolymis in pascha i die fe. mul. cre. in nomi. eius viden. signa que faci. Orige. Respiciēdū autē quomodo ex signis eius plerique vidētes credebant in eum. Non eni dicitur prodigia fecisse hierosolymis: nisi forte cum facta sint in scripturis non habētur. Animaduerte vero si possibile est in miraculis deputari q fecerit flagellū ex funiculis et cunctos ex templo propulerit. Chrys. Prudētiores aūt fuerāt discipuli q ad xp̄m accesserāt: nō propter signa: sz ppt doctrinā: nam grossiores quidem p signa trahūtur: rationabiliores vo p prophetias seu doctrinā. vnde subditur. Ipse autē iesus non credebat semetipsum eis. August. Quid sibi vult hoc? Illi credebant in nomine eius: et ipse iesus non credebat semetipsum eis? An forte non credebant ei et fingebant se credidisse? Sed non diceret euangelista. Multi crediderunt in nomine eius. Magna ergo res et mira. Credunt homines in christum: et christus nō se credit hominibus: presertim quia filius dei est. et vtique volēs passus est: et si nollet nunque pateretur: sed tales sunt omnes cathecumini. Si dixerimus cathecumino: credis christo? respondet: credo et signat se. Si interrogemus eum. Mãducas carnem filij hominis? nescit quid di. mus: quia iesus non se credidit ei. Origenes. Uel dicendū q iesus nō se credidit credētib⁹ in nomine ei⁹: et non in illum. In illum enim credunt qui angustam viam vadūt ducentem ad vitam. qui autem credūt signis non in eū: sed in nomine ei⁹ credunt. Chryso. Uel hoc dicit: quia non confidebat in eis vt in discipulis perfectis. neque committebat eis omnia dogmata vt iam firmiter fidelibus fratribus. Non enim intēdebat exterioribus verbis: ad mentem eorum intrās et tempus opportunū manifeste sciēs. vnde seqtur. Eo q ipse nosset omnes: et qr opus non erat vt quis testimoniū perhiberet de homine: ipse eni sciebat qd esset in hoie. Scire eni ea que sunt in corde hominū est dei: q solus corda plasmauit. nō indigebat ergo testibus vt pprioꝝ plasmatū mentē addiscat. Augu. Plus eniā nouerat artifex quid esset in ope suo q̄ ipsum opus quid esset in semetipso. Nā et petrus nouerat quid in ipo esset qn dixit. Tecū ero vsque ad mortem. sed domin⁹ nouerat quid esset in homine dicens: priusque gallus cantet ter me negabis. Beda. Quapropter monemur vt nunque de conscientia nostra securi simus: sed semp soliciti formidemus: qr qd nos latet eternū arbitriū latere nō valet. Cap. iij.

Intellectus subtilis verborum.



Erat autem homo ex phariseis nicodemus nomine princeps iudeoꝝ. Hic venit ad iesum nocte et dixit ei. Rabbi scimus qr a deo venisti magister. Nemo enim potest hec signa facere q tu facis nisi fuerit deus cū eo. Respōdit iesus et dixit ei. Amē amē dico tibi: nisi quis renat⁹ fuerit denuo non potest videre regnum dei.

¶Augusti. Superius dixerat q cū esset hierosolymis multi crediderūt in noie eius videntes signa et prodigia q faciebat. Ex his aūt erat nicodem⁹: de q dr. Erat aūt hō ex pha.

nicodemus nole. Beda. Cuius ēt
Nicodemus fidelis effectus dignitatis officiū ōndit: cū subdit̄.
Prin. iu. Deinde quid egerit cū sub
iecit. Hic ve. ad ie. no. cupiens. s. se=
creta eius allocutiōe plenius disce=
re mysteria fidei: cuius aperta ostē
sione signorū iam rudimenta perce
perat. Chryso. Adhuc tamē a iudai
ca detinebat̄ infirmitate: propterea
audiuit? imo fili⁹ patris verbū est.
Augusti. Quādo concipis verbū qđ
pferas: rem vis dicere: ⁊ ipsa rei cō
ceptio in corde tuo iam verbum est.
Quomodo ergo tu verbū qđ loque
ris in corde habes: ⁊ apud te est: sic
deus edidit verbū: hoc est genuit fi
lium. Cum ergo verbū dei filius sit.
filius autē locut⁹ est nobis: non ver
bum suum: sed verbuз patris se no
bis loqui voluit: qui verbū patris
loquebatur. hoc ergo quomodo de
cuit: et oportuit dixit ioannes.

¶ Et testimonium eius nemo accipit. Qui autem acceperit eius testimonium signauit: qꝛ

deus verax est. Quem enim misit deus verba dei loquitur. Nõ enim ad mensuram dat deus spiritum. Pater diligit filium: omnia dedit in manu eius. Qui credit in filiũ habet vitã eternam: qui autem incredulus est filio: non videbit vitam: sed ira dei manet super eum.

Chrysosto. Dixerat qꝫ vidit ꝛ audiuit hoc testatur quasi excusans: quia pauci interim credituri erãt: ne estimarentur esse que dicunt. Propter hoc subdit. Et testimoniũ eius nemo accipit. i. pauci. habebat enim discipulos qui accipiebant testimonium eius: ꝛ in his que dicebant. In hoc eos discipulos tãgit nõ credentes in eum: simul etiam iudeorum ostendit insensibilitatez: sicut et in principio euangelij dictũ est. In propria venit: ꝛ sui eũ non receperunt. Augu. Uel aliter. Est quidam populus preparatꝰ ad irã dei damnandus cum diabolo: horuz nemo accipit testimoniũ christi. Attendit ergo in spiritu diuisionem: in genere autem humano cõmixtionem. et quod nondũ locis separatum est: separauit cordis aspectu: ꝛ vidit duos populos infideliũ ꝛ fidelium. Attendit infideles et ait. Et testimo. eius ne. accipit. deinde tulit se a sinistra ꝛ aspexit ad dextraz: ꝛ secutꝰ ait. Qui autẽ accepe. eiꝰ testi. signa. Chryso. id est monstrauit. et adhuc augens timorem addit. Quoniã deus verax est: ostendẽs quoniã nõ aliter quis discredet huic nisi falsi arguerit deũ qui misit illũ: qꝛ nihil extra ea que sunt patris loquit. Et hoc est quod subdit. Quem eñ misit deus: verba dei loquit. Alcui. Uel aliter. Signauit. i. signũ posuit i corde suo: quasi singulare et speciale aliquid: hunc esse verum deum: qui passus est ad salutem humani generis. Augusti. Quid est? qꝛ deꝰ verax est nisi qꝛ hõ mendax est: ꝛ deus verax est: qꝛ nemo hominũ potest dicere quid veritas est: nisi illuminet ab eo qui mentiri non põt. Deus ergo verax: xp̃s autẽ deus. Uis pbare? accipe testimoniũ eius ꝛ inuenies. sed si nõdũ intelligis deũ: nondũ accepisti testimoniũ eius. Ipse ergo xp̃s est deus verax: ꝛ misit illuz deus: deus misit deũ. iunge ambos vnus deꝰ. hoc eñ quem misit deus de xp̃o dicebat vt se ab ipso distingueret. quid autem ipsum ioannẽ nõne deus misit? sꝫ vide quid adiũgat. nõ eñ ad mensuram dat deus spiritũ. hominibꝰ ad mensurã dat: vnico filio non dat ad mensurã. Alij quidẽ datur per spm̃ sermo sapientie. alij sermo scientie. aliud habet ille: ꝛ aliud iste habet. Mẽsura diuisio quedã donoruz est: sed xp̃s que dat nõ ad mensurã accepit. Chryso. Spiritũ aũt hic actionez spiritussancti dicit. vult eñ ostẽdere qm̃ oẽs q̃dem nos in mensura spũs actiones suscipimꝰ. xp̃s autem omnẽ spũs suscipit actionẽ. qualiter igit erit dignꝰ suspectꝰ hri? nihil eñ dicis qꝺ nõ dei ẽ: neqꝫ qꝺ nõ spũs ẽ. ꝛ interim de deo vo nihil loquit: sꝫ a p̃re et spiritu dignã fide facit doctrinam. Nã qm̃ deus est sciuerãt: ꝛ qm̃ spũs est nouerãt: ꝛ si nõ decentez de eo opinionẽ habebãt: qm̃ aũt filiꝰ est nesciuerãt. Augu. Quia ergo de filio dixerat. Nõ ad mensurã dat deꝰ spm̃: subiungit. Pater dili. fi. ꝛ adiecit. Et oĩa dedit in manu eiꝰ. vt nosses et hic distincte qm̃ dictũ est. Pater dili. fi. Pater eñ diligit ioannez aut paulũ: et tamẽ non oĩa dedit in manu eorũ. Pater dili. fi. sed q̃uo filiũ. nõ q̃uo dñs seruũ: q̃uo vnicũ: nõ q̃uo adoptatũ. Itaqꝫ oĩa dedit i manu eius: vt tãtus sit filius q̃tus est pater. ergo cum ad nos dignatꝰ est mittere filiũ: non putemꝰ nobis aliquid minꝰ missuz q̃ ẽ pater. Theo. Sic ergo ƒm diuinitatẽ oĩa dedit pater filio: natura nõ gratia. vel dedit omnia in manu eius ƒm humanitatem: dominat eñ omniũ eorꝫ et q̃ in celo ꝛ que in terra sunt. Alcui. Et qꝛ omnia sunt in manu eius. ergo ꝛ vita eterna. vnde subdit. Qui credit

Xp̃s deꝰ verax.

Dilectõ p̃ris ad filium.

Hic pone: luc. 3. multa quidem et alia [illegible] euangelizabat populum; Herodes autem [illegible] [illegible]. et postea cap. 4. Joannis.

in filium habet vitam eternā. Bed. Non debet hic intelligi fides q̄ verbotenus tenetur: sed que operibus adimpletur. Chrysost. Non eīm hic dicit ꝙ credere in filium sufficiat ad vitam habendam perpetuam: cum ipse alibi dicat. Non omnis qui dicit mihi domine dñe intrabit in regnum celorum. sed et que in spiritū est blasphemia sufficit sola mittere in gehennā. sed et si in patrē et filiū et spm̄ sanctū quis crediderit: ne esti memus sufficere ad salutem. opus est eīm nobis vita et conuersatione recta. deinde sciens nō ita pmissione bonorū multos adduci vt terribilibus minis: in hoc sermonē concludit. Qui autē incre. est fi. nō vi. vi. ira dei ma. super eū. Unde qualiter hic ad patrē reducit eū qui est supplicū sermonē. nō enim dixit ira filii quis ipse sit iudex: sed patrē eius instituit magis terrere volens. Et non dicit manebit in eo. Sed super eum: ostendēs qm̄ nunq̄ ab eo desistet. vt eīm nō estimet quis mortē esse temporaneam dixit. Non videbit vitam. Augusti. Et non dixit. Ira dei venit ad eum: sed manet super eū: quia omnes qui nascūtur mortales habent secum irā dei: quā accepit primus adam: venit filius dei non habens pctm̄: et indutus est mortalitate: mortu9 est vt viuas. Qui ergo nō vult credere in filium ira dei manet sup eū: de qua dicit apostolus. Eramus natura filij ire. Cap. iiij.

Oēs fi- lij ire.



Ut ergo cognouit iesus: quia audierunt pharisei ꝙ iesus plures discipulos facit et baptizat q̄ ioannes: q̄q̄ iesus non baptizaret: sed discipuli eius: reliquit iudeam: et abijt iterum in galileam. Oportebat autem eum trāsire per mediam samariam. Uenit ergo in ciuitatē samarie que dicitur sichar iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons iacob. Jesus autē fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem: hora autem erat quasi sexta.

¶ Glo. Postq̄ ostendit euangelista qualiter ioānes repressit discipulos: ū inuidiā quā de pfectu domine christi cōceperāt: hic ostēdit modo xp̄s declinauit phariseorū litiā: qui cōtra ipsum ex eadē zelo inuidie mouebātur. vn̄ di-

Ut ergo cog. ie. q: au. phari. J Utiq̄ dñs si sciret phariseos se cognouisse ꝙ plures discipulos faceret: et ꝙ plures baptizaret: hoc ad salutē valeret sequē non relinqueret iudeā terrā pter illos; maneret ibi. q: ... ut eorū factiā simul et inuid. q: nō hoc ppterea didicerāt: ut rentur: sed vt persequerent: abijt inde. Poterat quidē et p̄sens ab his nō teneri si nollet: sed in omī re quā gessit et homo hel... in se credituris prebeat exēplū: q: vnusquisq; seruus dei nō peccat si secesserit in alium locū: videns furorē se p... tium. Fecit ergo hoc ille magister bonus vt doceret: nō q: timeret. Chry. Hoc etiā fecit mitigās eorū inuidiā. cōueniēs est etiā eum hoc fecisse: vt nec discrederet carnis dispēsatio. si eī retētus effugisset suspitionē inuenisset veritas ... Augusti. Fortassis autem ... quod actū est. Baptizab... q̄ ioānes: et postea subie... q̄q̄ iesus nō baptizaret: quid ... rectum ... Chryso. Non autem ipse christus baptizabat: sed relatores volentes erigere eos qui audiebāt inuidiam ita annūciabat scilicet ꝙ christus plures baptizaret q̄ ioannes: sed cui9 gratia ipse nō baptizaret: ioannes p̄dixit dicens. Ipse vos baptizabit in spūsancto et igne. nōdū aūt sp̄s ... dabat. Decenter igit nō b...

discipuli vero id agebant volentes multos adducere ad salutarem doctrinã: vt eñ nõ semper circũeũtes cõgregarẽt eos qui credituri erãt. vt in simone ꝛ fratre fecit: ideo baptizare instituerunt. Nihil eñ amplius habebat discipulorũ baptisma ãnis baptismate: vtrũqꝫ eñ expers at ea que ex spiritu est gratia: et ... vna causa erat. s. adducere ... christũ eos qui baptizabantur. ... ug. Uel aliter. Utrũqꝫ verũ est: q ... s et baptizabat: et nõ baptizabat. Baptizabat eñ q ipse mundabat. ... nõ baptizabat: q ipse nõ tinge... prebebãt discipuli ministeriũ ... s. pbebat ille adiutoriũ ma... ... de quo dictũ est. Hic est qui ... zat. Alcui. Solet aũt queri si ... tismo discipulorum xpi spiritus daret: cum dicat spiritus nõdũ erat dat: q iesus nõdũ glorificatus. Sed sciẽdũ quia ... spiritus: licet non ea manifestatione: qua post ascensionẽ in linguis igneis datus est: q sicut ipse xps in hoie quẽ gerebat: tempꝰ habebat spiritũ: sed tñ postea sup ipm baptizatũ visibiliter descendit spiritus in specie colũbe: sic aute manifestũ ... visibilẽ aduentũ spiritussancti quicũqꝫ sancti eũ latẽter habere potuerunt. Augu. ad Seleucianũ. Intelligimus ... discipulos xpi iã fuisse baptizatos ... siue baptismo ioannis: sicut nõnulli arbitrant: siue qd magis credibile est baptismo xpi. neqꝫ enim ministerio baptizandi defuit: vt haberet ... tizatos seruos: p quos ceteros baptizaret: q nõ dedit ... illius ... ministerio qñ eis lauit pedes ... Secedens autem christus de iudea rursus eisdẽ adheret ... puius. vñ subdit. Et abijt iterũ in galileã. Sic ẽt apostoli expulsi a iudeis ad gentes venerunt: ita ... xps ad samaritanos accedit: sed ... oẽm auferens a iudeis excusationẽ: nõ pricipaliter ad eos vadit: sed quasi transiens: qd euan... occulte ondit dicens. Oportebat trãsire per samariam.

Accepit aũt hanc nominationẽ: q mons samarie somer dicebatur: ab eo qui possedit: sed q ibi habitabãt olim nõ samaritani: sed israelite vocabantur. Tempore autẽ pcedente offenderũt deũ: ꝛ rex assyriorũ vltra eos ibi manere nõ permisit: sed in babylonẽ ꝛ medos duxit: i samaria vero gẽtes ex diuersis locis ductas habitare fecit. Uolens aũt deus ondere q nõ pter ibecillitatẽ iudeos tradidit: sed pter peccata eorũ q traditi fũt: imisit barbaris leones: qui eos ledebant. Annunciata sunt hec regi. et mittit sacerdotẽ quẽdã traditurũ eis dei leges: sed tñ neqꝫ ita ex toto ab impietate destiterũt: sed ex media parte. Etenim tẽpore procedente rursus ad idola quidaz resuerunt: venerabantur tamẽ deũ qui a mõte samaritanos seipsos vocabant. Beda. Ideo aũt oportebat ipsun transire per samariã: q sita est iner iudeã ꝛ galileã. Est aũt samaria insignis ꝑuicie palestine ciuitas adeo vt tota regio ei sociata samaria dicat. Ad quẽ igit ipsius regionis locũ dominus verterit euã gelistꝛ ostendit. vnde dicitur. Uenit ergo in ciuitatem samarie que dicitur sichar. Chryso. Locus ille erat vbi p dyna leui ꝛ simeon graue occasione fecerũt. Theophi. Postqꝫ aũt filij iacob illaz ciuitatẽ desertã fecerunt occidentes sichimitas: hãc ciuitatẽ desertã tempore procedente dedit iacob in sortẽ ioseph. vnde dicit in genesi. Do tibi partẽ vnam extra fratres tuos: quam tuli de manu amorrei in gladio ꝛ arcu meo: ꝛ hoc est quod subditur. Iuxta pdium qd dedit iacob ioseph filio suo. Sequitur. Erat autem ibi fons iacob. Augu. Puteus erat: sed omnis puteus fons: nõ omnis fons puteus: vbi enim aqua de terra manat: et vsum prebet haurientibus fons dicitur: sed si in promptũ ꝛ superficie sit: fons tantũ dicitur. Si autem in alto et in profundo sit: ita puteꝰ vocatur vt nomen fontis non amittat. Theophilus. Quare autem cum ... ge

Hystorica expositio.

lista de predio et fonte facit mentionem: primo quidē vt cum audieris mulierem dicentē quod pater noster iacob dedit nobis hunc fontem: non admireris. secūdo ex cōmemoratione fontis et predij edocemur: quod ea quę patriarche propter fidem quam in deo habebant adepti sunt: iudei propter eorum impietatem perdiderūt et eorum loca gētibus tradita sunt: quare nihil noui nūc accidit quod gentiles pro iudeis regnum celorum cōsecuti sunt. Chryso. Christus igitur in samariā accedens facilem et delitiosam vitam abijciens. laboriosam vero sequēs: nō subiugalib' vtitur: sed ita difficulter incedit vt ex itinere fatigetur: erudiens nos ita a superfluis alienos eē: vt multa necessaria abscindamus a nobis: et hoc euangelista ostendit dicens. Jesus ergo fatigatus ex itinere. Augusti. Inuenimus iesum fortē et infirmū. fortem quia in principio erat verbū. infirmū quia verbum caro factum est. Sic ergo infirmus iesus ab itinere fatigatus sedebat sic super fontem. Chry quasi dicat. Nō in throno aut puluinari: sed simpliciter vt contingebat super terram. Sessio autem propter laborem facta est: et vt expectaret discipulos: et propter estum refrigerans corpus apud fontem. vnde sequitur. Hora autem erat quasi sexta. Theophi. Et ne quis incusaret dominū: quare ipse in samariā venerit: cum hoc discipulis suis prohibuerit: propter hoc dicit quod circa illum locum sedebat scilicet ab itinere fessus. Alcuinus. Mystice autem dominus reliquit iudeam id est infidelitatem eorum qui eum reprobauerunt: et per apostolos abijt in galileam id est in volubilitatem huius mundi: docens suos trāsmigrare de vitijs ad virtutes. Prediū aūt non tam ioseph quam christo arbitror derelictum et cuius figuram ioseph portauerit: quem vere sol adorat et luna et omnes stelle. Ad hoc prediū venit dominus: vt samaritani qui hereditatem sibi patriarche israel

Christus est verus heres israel.

vendicare cupiebant agnoscerent et conuerterentur ad christum: qui est patriarche legitimus heres factus. Augustinus. Iter autem ipsius est caro: pro nobis assumpta. qui enim vbique est: quo it: nisi quia non ad nos veniret: nisi formam visibilis carnis assumeret: ideo fatigatus ab itinere quid est aliud quam fatigatus in carne: Quare ergo hora sexta: quia etate seculi sexta. Cōputa tanquam vnam horam vnam: etatem ab adam vsque ad noe: secūdam a noe vsque ad abraam. tertiam ab abraam vsque ad dauid: quartam ad dauid vsque ad trāsmigrationem babylonis. quintam vsque ad baptismū ioannis. inde sexta agitur. Augu. libro octuagesimo tertio quest. Hora igitur sexta venit ad puteum dominus noster. Uideo in puteo tenebrosam profunditatem. Admoneor ergo intelligere mūdi huius infimas partes id est terrenas: quo venit dominus iesus hora sexta. i. sexta etate generis hūani: tanquam senectute veteris hominis: quo iubemur exui vt induamur nouo. nam sexta etas senectus est: quoniam prima est infantia. secunda pueritia. tertia adolescētia. quarta iuuētus. quinta grauitas. Hora etiam sexta venit dominus ad puteum id est media die: vnde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum: quoniam nobis vocatis a christo visibilium delectatio minuitur: vt inuisibilium amore homo interior recreatus ad interiorem lucem: que nunquam excidit: reuertatur. Quod autem sedit humilitatem significat: vel quia solēt sedere doctores. magistri denūciat personam.

Allegoria pulchra.

¶ Uenit mulier de samaria haurire aquam. Dicit ei iesus. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cū sis bibere a me poscis quę sum mulier samaritana: Nō

enim coutunt iudei samarita=
nis. Rñdit iesus et dixit ei. Si
scires donũ dei: et quis est qui
dicit tibi da mihi bibere: tu for=
sitam petisses ab eo: et dedisset
tibi aquã viuã. Dicit ei mulier:
dñe neq̃ i quo haurias habes
et puteus altus est: vnde ergo
habes aquã viuã? Nunquid tu
maior es patre nostro iacob q̃
dedit nobis puteũ? et ipse ex eo
bibit et filij ei⁹ et pecora eius.

¶ Chrys. Ne quis dicat: quoniam
aduersatur suo precepto samarita=
nis loquens: posuit euãgelista mul
tas causas eius que ad mulierem
locutionis. non eñ ad hoc venit an=
tecedenter vt samaritanis loquere
tur: nõ tamẽ quia propter hoc nõ ve
nit: aduenictẽ ad se expellere opor=
tebat. dicitur enim. Uenit mulier
de samaria haurire aquam: vide q̃
et mulierem ostẽdit propter estum
exeuntem ad aquam. Augu. Hec
autem mulier forma est ecclesie nõ
iustificate: sed iam iustificãde. Per
tinet autẽ ad imaginẽ rei q̃ ab alie
nis venit. Samaritani eñ alienige
ne fuerunt quãuis vicinas terras in=
colerẽt. ventura enim erat ecclesia
de gentibus ⁊ aliena a genere iu=
deorum. Theophi. Congrue autẽ
disputatio ad mulierem a siti sum=
psit occasionem. Sequitur eñ. Di=
cit ei iesus. Da mihi bibere. q̃ secũ
dum humanitatem sitiebat: et pro=
pter laborem ⁊ estum. Augu. libro
octuagesimo tertio. q. Sitiebat etiã
iesus mulieris illius fidem: eorum
eñ fidẽ sitit pro q̃bus sanguinẽ fu=
dit. Chryso. Discimus autem dñi nõ
solum circa itinera validum robur:
sed etiam circa cibaria negligentiã
non enim discipuli eius deferebãt
viacula. propter hoc enim subdit.
Discipuli autem eius abie. in ciui.
vt ciui. emerent. Hinc etiam euan=
gelista ostendit christum humilem
in eo q̃ solus relinquebatur: et ni=
mirum poterat si vellet aut nõ om=
nes emittere: aut abeuntibus illis
alios ministros habere: sed noluit.
Etenim ita discipulos assuefecit om=
nem superbiam cõculcare. Sed for
talse dicet aliquis. Quid magnum
est si humiles erant discipuli: pisca
tores existentes et tabernaculorum
factores: sed repente facti sunt om=
nibus regibus reuerentiores: collo
catores ⁊ secutores dñi orbis terra=
rum. Maxime aũt q̃ ex humilibus
sunt: quando dignitates quandoq̃
assumpserint facilius ad superbiã
eleuantur. velut inexperte se habẽ
tes ad tantum honorẽ. Detinẽs igi
tur discipulos dñs in eadẽ humili=
tate erudiebat eos: vt per oĩa se re
stringerent. Mulier ergo audiens.
Da mihi bibere: valde sapiẽter ad
formandã interrogationẽ: eã quem
a christo accepit smonẽ. vnde prose
quitur. Dicit ergo illi mulier. Quo
tu cũ iu. sis a me bi. pos. q̃ sum mu.
samaritana? Judeũ q̃dem eum esse
estimauit a figura ⁊ a locutiõe. In=
tuere vero qualiter mulier incuisi
tiua erat. Et si eñ oportebat custo=
dire iesum vt non couteretur illi:
nõ tñ oportebat illã custodire. Non
dixit euangelista q̃ samaritani iu=
deis non couterentur: sed subdit.
Non enim contũtur iudei samarita
nis. Judei igit̃ a captiuitate reuer
tentes zelotipe se ad samaritanos
habebãt sicut ad alienigenas ⁊ im
pugnatores. Neq̃ etiam scripturis
omnibus vtebantur. solum eñ ea q̃
moysi sunt suscipientes: ꝓphetarũ
nõ multã curã habebant. Contẽde
bant etiã se in nobilitatẽ iudaicam
immittere: vñ ⁊ iudei eos cũ omnib⁹
gentibus abominabant̃. Augu. Et
olno eorũ vasculis nõ vtebãt̃ iudei
Et q̃ ferebat secũ mulier vasculum.
vnde aquã hauriret: eo mirata est:
quia iudeus petebat ab ea bibere:
qd nõ solebãt facere iudei. Chryso.
Sed qualiter christus q̃siuit ab ea
bibere lege nõ cõcedente. Si autem Questio pulchra
quis dixerit: q̃ presciebat eã nõ da
turã: immo propter hoc neq̃ petere

Figura ecclesie.

Frugalitas dñi iesu.

oportebat. Est igit̃ dicendũ q̃ ideo petijt: q: indifferēs erat de reliquo tales obseruātias preterire. Augu. Ille aũt qui bibere q̄rebat sitiebat fidē ipsius mulieris. vnde seq̃tur. Respōdit iesus et di. ei: si scires do. dei: ⁊ quis est q̃ dicit ti. da mihi bi. tu for. petis. ab eo ⁊ de. ti. aquā viuā. Orige. Naʒ quasi dogma q̃dā est neminē accipere diuinũ donũ ex nō querētibus illud. ipsum autē salua torē iubet pater poscere vt det illi sm̃ illud. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatē tuā. Et ip̃e salua tor dicit. Petite et dabitur vobis. et ideo signāter dicit. Petisses ⁊ dedis set tibi. Augu. octuagesima tertia. q̃ō. Hinc aũt ostēdit nō se talē aquā petisse qualeʒ ipsa intellexerat: sed q: ipse sciebat fidē eius: eidē sitiēti spiritũsanctũ dare cupiebat. Hanc em̃ recte intelligimus aquā viuam quod est donum dei: sicut ipse ait. Si scires donũ. Augu. sup Jo. Dici tur em̃ vulgo aqua viua illa que de fonte exit. illa eniʒ q̃ colligit̃ de plu uia in lacunas: aut cisternas aqua viua non dicitur. Et si de fonte ma nauerit ⁊ in loco aliquo collecta ste terit: nec ad se illud vnde manabat admiserit: sed in rupto meatu tāq̃ a fontis tramite sep̃ata fuerit: non dicitur aqua viua. Chrysostomus. Spiritus enim sancti gratiam qñq̃ scriptura ignem quandoq̃ aquam vocat ostendens: quoniam non sub stantie sunt hec nomina representa tiua. sed actionis: Per ignis quideʒ appellationem erectiuum et calr̃m gratie ⁊ consumptiuum peccatoruʒ enigmatice insinuat. per aque vero nuncupationem purgamentum q̃d est ex spiritu ⁊ multum refrigeriuʒ recipientibus eum mentibus osten dit. Theophilus. Gratiam ergo spi ritussancti dixit aquam viuaʒ id est viuificatiuam: refrigeratiuaʒ. ⁊ mo tiuam. Nam gratia spiritussancti semper mouet illum qui bona ope ratur: ascensiōes in corde suo dispo nens. Chry. Iterum autem domi nus eam ab humili suspitione ere xit: qua estimabat eũ vnum multo rũ esse. multum em̃ honorē tribuēs dñm vocat. Sequitur enim. Dicit ei mulier. dñe neq̃ in quo hau. ha. et pu. altus est. vñ ergo habes aquam viuā? Augu. Uidete q̃ũo intellexit aquā viuam sciʒ aquā que erat in illo fonte q̄si dicat. Tu mihi vis da re aquā viuā: ⁊ ego fero vñ hauriā et tu nō fers. de hac ergo aqua viua mihi dare nō potes: q̃m hauritoriũ non habes: forte alium fontem pro mittis? Sed nunquid tu ma. es pa. no. ia. q̃ de. no. pu. istũ et ipse ex eo bi. et fi. eius ⁊ pec. eius. Chrysosto. quasi dicat nō potes dicere q̃ iacob dedit nobis hunc fontem ⁊ alio ip̃e vsus est: etenim ipse ⁊ sui ex eo bibe bant: quod nō eēt: si meliorem aliũ habuissent: de hoc igitur fonte dare non potes: alium autem meliorem non est te habere nisi cōfitearis te ipsum maiorem esse iacob. vnde igi tur habes aquā quā p̃mittis te da turũ se nobis? Theophilus. Quod autem dicit. Et pecora eius: osten siuum est abundātie aquarũ quasi diceret. Non soluʒ suauis est aqua vt iacob ex ea biberet et filij eius: sʒ etiam intantum est abũdans: vt tā te multitudini pecorum patriar che sufficiat. Chrysostomus. Uide autem qualiter seipsam impulit in nobilitatem iudaicam. Samarita ni enim abraam progenitorem suũ dicebant: quasi a chaldea existētē: sed et iacob patrem vocabant quasi ipsius existentem nepotem. Beda. Uel patrem suum iacob vocat: quia ipsa sub lege moysi vixerat et pre diũ quod iacob filio suo ioseph de derat possidebat. Origenes. My stice autē fons iacob scripture sunt. siquidem instructi in scripturis bi bũt: vt iacob ⁊ filij eius. Simplices aũt et rudes bibũt more pecorũ iacob.

Gratie spũssancti nomina plura.

Mysticus intellectus.

Rñdit iesus et dixit ei. Omis qui biberit ex aqua hac sitiet iterũ. Qui aũt biberit ex aqua quam ego dabo ei: non sitiet in eternuʒ: sed aqua quā ego da=

bo ei: fiet in eo fons aque saliē tis in vitā eternam. Dicit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquam: vt non sitiam neq veniam huc haurire. Dicit ei iesus. Uade voca virum tuū et veni huc. Respondit mulier ꝛ dixit: nō hēo virū. Dicit ei ies⁹ bñ dixisti qꝛ nō hēo virū. Quinq enī viros hūisti: et hūc quē habes nō ē tuus vir. Hoc vere dixisti.

Chry. Cū mulier quesiuisset: nūquid tu maior es patre nostro iacob: non dixit maior sum: ne videretur gloriari: sed per ea que subdit hoc ostendit. Sequitur. n. Respondit ie. et di. ei. Ois qui bi. ex aqua hac sitiet iterum. q̄ aūt bi. ex aqua quā ego dabo ei non sitiet in eter. q. d. Si mirabilis fuit iacob: quia hanc aquā dedit: si dabo tibi mul to hac potiorem: quid dices? nō aūt ab hac excusatione: sꝫ ex supeminētia cōparationē facit: non enim dicit: quoniam hec aqua vilis est et cōtemptibilis: sed id quod natura testatur hoc ponit. s. ois qui bibit ex aqua hac sitiet iterum. Augu. Qd quidem verum est et de aqua sensibili. et de ea quā significat illa aqua: et enim aq̄ in puteo voluptas est seculi in profunditate tenebrosa: hic eam hauriūt homines hydria cupiditatum. nā qui premiserit cupiditatem: peruenire nō pōt ad voluptatē. Cū peruenerit quisq ad voluptatem seculi huius nūquid non iterum sitiet? ergo de hac aq̄ q̄ biberit sitiet iterū. Si aūt acceperit a me aquā nō sitiet ieternū. nā quomodo sitiēt q̄ inebriabūtur ab vbertate dom⁹ dei? promittebat ergo venā quādam vbertate spiritussā cti. Chry. Hāc āt excellentiā huius aq̄ vt scꝫ q̄ ex ea biberit nō sitiat i eternū per ea q̄ cōsequuntur ostendit. Sequitur ei. Sꝫ aqua quā ego dabo ei fiet in eo fons aque salientis in vitam eternā. q. d. Sicut qui fontem habet intra se positum nequaq̄ afficietur siti. ita et qui hanc aquā habet: scꝫ quam ego ei dabo. Theophil⁹. Nā aqua quā ego tribuo sp̄ multiplicatur. semina' enī et principiū boni sancti sumūt per gratiam. ipsi vero negociant ꝛ operantur ad ei⁹ augmētū. Chry. Uide autem qualiter mulier paulatim ad dogmatū altitudinem ducitur. nā primū quidem estimauit eū iniquū quēdā eē iudeū: deinde audiens aquā viuam suspicata ē de sensibili hoc dici. postea discēs: qm̄ spiritualia erāt que dicebātur credidit quidem qm̄ pōt aqua sitis necessitatem tollere. nondū autē sciebat que esset hec aqua: sed querebat eam superiorem sensibilibus estimās. vñ subdit. Dic ad eū mulier. Domine da mihi hāc aquā vt non sitiaꝫ neq veniā huc haurire. Et sic eum patriarche iacob preponit. de quo tā magnā opinionē habebat. Augustinus. Uel aliter. Adhuc illa mulier carnē sapit: delectata est non sitire: et putabat hoc sm carnē sibi promissum esse a dño: nouerat autem de⁹ aliqn̄ seruo suo helie vt per dies. xl. nec esuriret nec sitiret: qui hoc potuit dare p. xl. dies nō poterat dare semp: delectata āt tali munere rogat vt ei aquā viuā daret. vnde sequitur. Dicit ad eū mulier. Dñe da mihi hāc aquā vt non sitiam: nec veniam huc haurire. Ad laborē ei indigentia cogebat: et laborē infirmitas recusabat vtinā audiret. Uenite ad me oēs q̄ laborat⁹ et onerati estis: ꝛ ego vos reficiam. hoc eni dicebat iesus vt iā non laboraret: sed illa nondū intelligebat: deniq voluit dominus vt intelligeret. vnde sequit. Dicit ei ie. va. vo. virum tuū et veni huc. Quid est hoc per virum suum ei vo lebat aquā illā dare? an qꝛ nō itelligebat p virū suū volebat docere: sic aplꝯ dic de mulierib⁹. Si q volūt discere domi viros suos iterrogēt: sꝫ ibi dicitur: vbi non est iesus qui doceat. cum vero ipse dñs aderat q̄d

Tropologia pulchra

Tropologica expositio.

opus erat vt per virū ei loqueret: nunquid per virū loquebatur marie que sedit ad pedes eius. Chry. Qr igitur istabat mulier accipere aquam promissaz querens: dicit ei iesus. Uoca virum tuum: quasi ostendens quoniam et illuz oportet his cōicare. hoc autem festinās accipere et rei turpitudinē occultans adhuc estimabat se ad hominē loqui. vnde sequitur. R̄ndit mu. et di. nō ha. virum: hoc audiēs xp̄s opportune de reliquo redargutionem inducit. nam et priores viros enumerat et eum qui nunc occultabatur redarguit. vnde sequitur. Dicit ei ie. bene dixisti: q: non habeo viruz. Augu. Intelligas reuera istā mulierem non habuisse tunc virū: sed vtebatur nescio quo non legitimo viro: vnde ei conuenienter mysteria loquitur dicens. Quinq3 viros habuisti. Orige. Uide autem si possibile est fontem iacob mystice totas esse scripturas. aquam vero iesu ea pro quibus edite sunt: que nō est licituz omnib⁹ perscrutari: eo q̄ que scripta sunt dictauerūt homines. Que vero oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascēderūt: in scriptis non pōnt redigi: s3 ex fonte aque salientis in vitam eternam. i. ex spiritusancto discipline patefiunt his qui nedum huma nū cor gestāt sed possūt dicere. Nos sensum xp̄i habem⁹. Qui ergo non suscipit profunditatem verborum et si ad modicū quieuerit denuo insistens dubitabit. qui autē bibit de aqua xp̄i ad hoc promouet: vt fons omnium quesitorū prorūpat in eo: sursum scaturizantib⁹ aq̄s et prouo lāte eius mentē ad consequētiā huius aq̄ ad vitā eternā. Uolebat autē mulier sine aqua iacob angelicā et super hominem discere veritatē: neq3 ei angeli indigent fonte iacob vt bibant: sed quilibet in se habet fonte3 aque scaturiētis in vitā eternā ab ipso verbo. Et hoc est quod subditur. Dicit ei mulier. Domine da mihi hāc aquā: sed impossibile

Anagogica expositio.

est hic absq3 ea que hauritur ex fōte iacob aquā capere que datur a verbo: vnde petenti samaritane aquā videtur dicere iesus se illā pbere non alibi q̄3 in fonte iacob. vn̄ sequitur. Dicit ei iesus: vade voca virum tuum et veni huc. Si eni sitiamus: idoneum est primo pocula sumere ex fōte iacob. ſm autē apostolum vir anime lex est. Augu. libro. lxxxiij. q. Quicq3 aūt viros. q̄nq3 libros qui per moysen ministrati sunt nonnulli accipiunt: quod autē dictum est. Et hunc quē habes non est tuus vir: de seipso dominū dixisse intelligunt vt iste sit sensus: primo q̄nq3 libris moysi q̄si q̄nq3 viri seruisti. nunc autez quē habes id est quem audis non est tuus vir: q: nondū in eum credidisti. s3 quoniam nōdū credens xp̄o adhuc illorum quinq3 virorum. i. q̄nq3 librorum copulatione tenebatur: potest mouere quomodo dici potuerit: q̄nq3 viros habuisti: quasi nunc eos iā nō haberet. deinde q̄ō potest intelligi a q̄nq3 illis libris recedere hominē vt ad xp̄m transeat: cum ille qui credit in xp̄3: non relinquēdos illos q̄nq3 libros: sed spiritualiter intelligendos multo auidius āplectatur. Est ergo alius intellectus. Augusti. super Joā. Uidens enim iesus quia mulier non intelligebat et volens ea3 intelligere. Uoca inq̄t virum tuu3. i. p̄nta intellectu3 tuū: cū enim ordinata fuerit vita: intellectus animam regit: ad ipsam animā pertinens. nō eni aliud aliud est q̄3 anima: s3 aliq̄d anime est intellectus. hoc ipsu3 anime quod intellectus et mens dr̄ illuminatur luce superiore. Talis lux cum muliere loquebatur: et in illa itellect⁹ nō aderat. ergo dominus tanq̄3 diceret illustrare volo. 7 nō adest quē. voca inq̄t virum tuum. i. adhibe intellectum per quē docearis: quo regaris: et adhuc illa nōdum voca to illo viro non intelligit. Uidetur autem mihi q̄nq3 viros priores anime nos posse accipe q̄nq3 sensus cor-

Allegoria curiosa.

Tropologic⁹ intellect⁹.

poris. ante enim q̃ quisq̃ possit uti ratione nō regit̃ nisi sensib⁹ carnis. sed cū ceperit anima capax esse rōnis: aut a sapiente mēte regit̃: aut ab errore: sed error non regit sed perdit. Post illos ergo quinq̃ sensus mulier illa adhuc errabat: error autē ille non erat legitim⁹ vir: sed adulter. Dicit ẽ domin⁹. Tolle istum adulterū qui te corrumpit: et voca virum tuum vt intelligas me. Orige. Ubi autez decebat confutari a iesu putatum samaritane virū non eē virū nisi apō fōtē iacob? Pōt etiā intelligi sivir ale lex est: q̃ samaritana ꝑm congruā acceptionez verborū legis ritui infideliū tāq̃ viro illegitimo se subijciebat. Reuocatur autē ad verbum veritatis quod resurrecturū erat a mortuis non deinceps moriturū.

¶ Dicit ei mulier. Domine video q͛ propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis q͛ hyerosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei iesus. Mulier crede mihi: q͛ venit hora quando neq̃ in monte hoc neq̃ in hierosolymis adorabitis patrē. Uos adoratis quod nescitis: nos adoram⁹ qđ scimus q͛ salus ex iudeis est. Sed venit hora et nūc est: qñ veri adoratores adorabūt patrē in spiritu et veritate. Nā et pater tales querit qui adorent eū. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum: in spiritu ⁊ veritate oportet adorare.

¶ Chry. Mulier autē a xp̃o rephēsa nō cōtristata ē: neq̃ dimittēs fugit: sꝫ admirat̃ magis et immorat̃. vñ dr̃. Dicit ei mulier. dñe vi. q͛ ꝓpha es tu. q. d. In hoc q͛ mihi occulta dicis: ondens ꝓpheta eē. Aug. Et sic cepit ad eā venire vir: nondū plene venit. Prophetaꝫ dñꝫ putabat, erat quidē et ꝓpheta. nā de seipso ait. Nō est propheta sine honore nisi in pr̃ia sua. Chr. Deinde quia hoc suspicata est nihil mundanum eum interrogauit: non de corporis sanitate non de vitijs: non molestatur sitiendo pro doctrinis sollicita. Augu. Et incipit querere qđ illam solet mouere dicēs. Patres no. in monte hoc ado. et vos di. q͛ hierosolymis est locus vbi ado opꝫ. Cōtentio quippe fuerat inter samaritanos et iudeos: q͛ iudei in templo a salomōe fabricato adorabāt deū. et ideo meliores se esse iactabant. Quibus samaritani dicebant: quo iactatis vos: q͛ tēplum habetis qđ nos nō habem⁹: nūqd patres nostri qui deo placuerunt in illo tēplo adorauerunt? Melius ergo nos in hoc monte deū rogam⁹ vbi patres nostri deū adorauerunt. Chry. Qđ autem dicit. Patres nostri eos qui circa abraā sunt intelligit. etenim illic aiunt filium suū obtulisse. Orig. Uel samaritani montē qui dr̃ garizim: iuxta quē iacob habitauit sanctum reputantes in eo deū adorāt. Sed iudei mōtē syon sacrum quid arbitrantes illū locū putāt esse electū a deo: verū q͛ iudei a quib⁹ salus processit exēplū sunt opinātiū sanos sermones. Samaritani vero diuersimode opinātiū congrue garizim quidem samaritani significant: qđ vocat̃ distinctio seu diuisio: at iudei syon quod est specula. Chry. Christus autē nō soluit questionem cōfestim: sꝫ ad altiora mulierē trahit: de quib⁹ nō p͛i⁹ ei locutus est: donec confessa est: qm̄ propheta est. vt cuꝫ multa certitudine audiat de cetero q̃ dñr. vnde sequit̃. Dicit ei ie. Mu. cre. mi. q͛ ve. ho. qñ ne. in mō. hoc neq̃ in hier. ado. patrē. Dicit aūt. Crede mihi. quia vbiq̃ nobis op⁹ est fide matre bonorū: que salutis est medicamētū sine qua nihil magnoꝝ est possidere: sed qui tentant assimilāt̃ his q̃ sine naui pelag⁹ tentāt transire: q̃ parū quidē natare sufficiunt. vltra

Dissensio inter iudeos et samaritanos

vero procedētes cito mergūt. Aug. Merito āt iā p̄sente viro audit mu lier. Crede mihi. Jam eni ē in te q̄ credat: cepisti adesse itellectu: sed nisi credideritis non intelligetis. Alcui. Qd autē dicit. Venit hora: tempus euangelice doctrine qd iā instabat dicit qn ablata olvmbra fi gurarum veritas pura luce mētes credentiū illustratura erat. Chry. Super uacuum autē erat xp̄o doce re propter quid patres i mōte z iu dei in hierosolymis adorabant: iō hoc tacuit: verūtñ reuerentiores iu deos iudicauit: nō a loco sed a mē te. vñ subdit. Vos ado. qd nes. nos ado. qd sci. q: sal⁹ ex iudeis est. Ori ge. Qd dico vos: s̄m̄ tuni advocē: sa maritani s̄m̄ tuz ad anagogē: q̄ erga scripturas alienē sūt opionis. Non quoq3 quo ad verbū iudei quo ad allegoriam p̄o ego verbū: qui vere s̄m me conformati sunt obtinentes salutē ex dictis iudaicis. Chry. Sa maritani quidē qd nesciebāt ado rabant qm̄ localē et particularem deū estimabāt: nihil de eo pl⁹ ima ginātes q̄ de idolis. Et iccirco cul tuz dei cū cultu demonū miscuerūt. Judei vero ab hac eruti erant su spitione: eteni orbis terrarū eū no uerant esse deum: propterea dixit. Nos ado. quod sci. Judeis āt seip sum cōnumerat s3 opionem mulie ris: loquēs q̄si propheta iude⁹ ex his ideo dixit. Adoram⁹: cū tñ manife stum sit q ipse est qui ab olb⁹ ado ratur. Per hoc autem qd dicit. Q: sa. ex iu. est: nihil aliud ōndit q̄ q orbi terrarum inde salutaria facta sunt. Scire eni deum et idola dete stari illinc principiuz habuit z alia dogmata: sed ipsuz quod est apud nos a iudeis orationis principium habuit. Presentiam etiā suā salutē vocat quā dicit ex iudeis esse: s̄m il lud apostoli. Ex quibus christus s3 carnem. Uide qualiter et plaudit veteri testamēto quod radicē3 ōn dit bonoruz: per oia seipsuz nō esse contrarium legi demonstrans. Aug. Multum igitur dedit iudeis

Error samaritanorum

et quoq3 p̄sona dixerat. Nos ado. quod sci. Sed nō ex persona iudeo rum reproborum: s3 ex qualib⁹ fue rant apostoli. quales fuerāt pphe te: quales fuerant oēs illi sancti q̄ precia rerum suarū ad pedes apo stolorum posuerunt. Chry. Se igit superabundanti⁹ vobis habent iu dei o mulier in mō odorationis: ve runtamē et hic adorationis mod⁹ de reliquo finez habebit. vnde sub dit. Sed ve. ho. et nunc est qñ veri ado. ado. pa. in spiritu et ve. Q: et prophete ante longa tempora mul ta predixerunt. Jdeo dixit. Et nunc est. Ne estimes hanc talē esse pro phetiā que post multum temporis impleatur: res iam instat. et in ia nuis est. Dixit autē. Veros adora tores ad distinctionē falsorū: quo niam quidā3 sunt falsi adoratores qui temporalia et caduca querunt in oratione: siue q̄ contra hoc quod orant agere non cessant. Chry. Uel dicens. Veros excludit cū samari tanis iudeos. Et si eni iudeis illis meliores essent: tñ futuris m̄lto mi nores sunt tanq̄ figura v̄itate. Sūt igitur veri adoratores qui neq3 lo co circuncludūt dei culturā: et deū i spiritu colunt. Orige. Unde et pau lus dic̄. Cui seruio in spiritu meo. Bis autem scribitur. Venit hora. z primo q̄dē non adest et nūc est. Jn secundo vero, di. Et nunc est: et pu to primū quidē annotare adoratio nem preter corpus futuram in per fectione. Secundum vero eam que fit in vita presenti perfecta s̄m̄ tium licet humanam procedere naturā. Cum ergo venerit hora quā dicit dominus: euitandus est mons sa maritanorum: et in syon. vbi est hie rosolyma adorādus est deus: que ciuitas esse dicitur a christo celsi principis. Et hec est ecclesia vbi sa cra oblatio: sp̄uales victime diui nis aspectib⁹ offeruntur ab his qui legē spiritualē intellexerūt. Cū aūt venerit tēporis complementū: tunc nequaq̄ pensandum verum cultuz hierosolymis idest i presenti eccl̄ia

Adoratores veri qui sint.

Anagogica expositio.

amplius pertractari. Neqz enim angeli apud hierosolymã colūt patrē sic & qui similitudinē nacti sunt iudeorū melius ꝙ hi qui sunt hierosolymis colunt patrē. Cum aūt hec hora euenerit: patri aliquis in filiū deputatur. Ea ꝓpter nō dictū ē. Adorabitis deū: sed adorabitis patrez. Sed in presenti colunt patrē in spiritu & veritate veri adoratores. Chry. Dicit ergo hoc de ecclesia in qua ē vera adoratio & deo cōgrua. vñ subdit. Nā & pater tales querit q̄ adorant eū. Et si olim volebat eos veteribus immorari cōcessit eis figuram. hoc tñ fecit eis cōdescendens vt per hoc ad veritatē inducantur. Orige. Si aūt pater querit. ꝑ iesuz querit: qui venit querere & saluare qđ perierat: quos erudiens veros cultores effecit. Qđ aūt subdit. Spiritus est deus: inde abstractū esse suspicor qđ ad vitā verā nos ꝑducit. nā & corporali vita viuificamur a spiritu. Chry. Uel indicat ꝙ deus incorporeus est: opz igit incorporeā eius culturā esse: hoc est ꝑ animaz & intellectus puritatē nos ei offerre. vñ subdit. Et eos qui adorāt eū in spiritu & veritate opz adorare. Quia enim iudei animam quidez negligebant. multum aūt circa corpus studium faciebant id omnifariam purgantes: ideo ait: qz non corporis mundatione: sed incorporeo qđ est in nobis hoc est intellectu: quem dicit spiritum deus incorporeus colitur. hyla. ij. d trinitate. Uel cum in spiritu deum spiritum docuit adorandum & libertatem ac scientiam adorantiū & adorādi infinitatem ostēdit: fm illud apostoli. Ubi spiritus domini: ibi libertas. Chry. In veritate aūt opz adorare: qz priora figura erant. s. circūcisio holocausta & thymiamata: nūc aūt totū est veritas. Theophi. Uel qz multi putāt se deū fm spiritū. i. animā adorare non rectā opinionē de eo habentes vt heretici: ꝓpter hoc addidit. Et veritate. Forte etiam dicet aliquis ꝙ duas partes philosophie que fm nos sunt insinuat in ꝑdictis: actionem scz & contemplationem: per spiritum namqz actiuam insinuat: fm illud apostoli. Qui spiritu dei aguntur &c. per veritatē vero contemplatiuā. Uel aliter samaritanoꝝ erat opinio ꝙ deus loco concluderetur: & ꝙ in hoc loco deū adorari oporteat. Cōtra quos dicit ꝙ veri adoratores nō localiter: sed spiritualiter adorant iudeis vero omnia sub figura & vmbra erant: & ideo dicit ꝙ veri adoratores nō in figura adorabunt: sed in veritate quia enim deus spiritus est. spirituales adoratores querit: quia vero veritas: veros. Aug. Querebas montem forte ad adorandum vt deo esses propinquior: sed ipse qui in altis habitat humilibus approፀquat. ergo descēde vt ascēdas ascēsiones inquit in corde eius in cōualle plorationis que humilitatē habet in templo. Uis orare: in te ora: sed prius esto templū dei.

Deus incorporeus ꝑbatur.

¶ Dicit ei mulier. Scio quia messias venit qui dicitur christus. Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei iesus. Ego sum q̄ loquor tecum.

¶ Chrysosto. Mulier eorū que dicta sunt altitudine fatigata obstupuit. vnde sequit. Dicit ei mu. scio. quia mes. ve. qui dicit christus. Aug. Unctus latine grece christus est: hebraice messias est. Sciebat ergo qs eū posset docere sed iā docentē nōdum agnoscebat. vnde subdit. Cū ergo vene. ille nobis annunciabit omnia. q. d. modo iudei de tēplo contendūt: nos de mōte. cum ergo ille venerit & montē spernet: & templū euertet: & docebit nos: vt in spiritu & veritate nouerimus adorare. Chry. Sed vnde erat samaritanis expectare christi aduentū? Moysi quidez suscipientes legē ab ipsis moysi literis hoc nouerant. Jacob enim de christo prophetizās dixit. Nō deficiet

ciet princeps de iuda nec dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Sed et moyses dicit propheta nobis suscitabit deus de fratrib⁹ vestris. Orige. Siquidē nō est ignorādū φ sicut ex iudeis surrexit ihs christū se esse nō solū dicēs sed ostēdēs: sic ex samaritanis quidā dositheus nomine asserebat se fore xp̄m qui predicabatur. Augustin⁹ lib. lxxxiij.q. Fortasse autē vt intelligētibus indicaret quinq3 corporis sensus quinq3 virorum nole significari post quinq3 carnales responsiones que supra in littera patent: sexta responsione nominat christū. Chrysosto. Christ⁹ autē de reliquo mulieri reuelat seipsū. vnde seq̄tur. Dicit ei iesus. Ego sū qui loquor tecū. Et quidē si circa principiū hoc mulieri dixisset: videretur ex vanitate loqui. nunc autē paulatī in memoriā christi eā reducēs oportune reuelauit seipsū: et q̄dē iudeis querentib⁹. Si tu es christ⁹ dic nobis palam: non manifeste se ipsum reuelauit: quia non pro discendo querebant. sed pro iniuriādo. Hec vero ex simplici mente loquebatur.

Sensus quinq3 notātur.

¶ Et continuo venerunt discipuli eius: et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier: et abijt in ciuitatem et dicit illis hominibus. Venite et videte hominem qui dixit mihi omnia quecūq3 feci. Nūquid ipse est christus? Exierunt ergo de ciuitate et veniebant ad eum.

¶ Chryso. Expleta doctrina conuenienter ad tempus discipuli occurrerunt. vnde dicitur. Et continuo ve. discipuli eius et mira. quia cum mulie. loque. Admirabantur quidem superabundantem christi mā suetudinē et humilitatē: quoniā ita perspicu⁹ existēs: sustinuit loqui cū tāta humilitate mulieri inopi et samaritane. Aug. q: scilicet querebat perduā qui venerat querere qḋ perierat: hoc illi mirabatur: bonū eī mirabātur et nō malū suspicabant. Chry. Sed tamen admirātes nō interrogauerūt eūm. vnde subditur. Nemo tñ dixit ei q̄d q̄ris āt q̄d loq̄ris cū ea? Erāt eruditi discipulorū ordinē obseruare: ita eū timebāt et venerabant: et nimirū alibi videntur cōsidēter interrogare: q: ad eos ptinētia necesse habebāt scrutari: h̄ autē nihil ad eos pertinebat quod fiebat. Orige. Et fere quasi quodā apostolo ad ciues vtitur hac muliere: adeo eā inflāmās per verba vt amphora dimissa iret in ciuitatem relatura cōciuib⁹. vnde seqtur. Reliqt ergo mulier hydriā suā. Non curās de corpore ac vilio: propter vtilitatē pluriū. Interest quoq3 nostra omissis corporeis et neglectis satagere ad impartiēdum alijs de cōmodis acquisitis. Aug. Hydria autē greco nomine appellat tāq̄ si aquariū diceret. quoniā grece aqua hydor vocat. Chry. Et sicut aposto li vocati dimiserūt rhetia: ita hec dimittit hydriā et euāgelistarū op⁹ facit: et nō vnū tantū vocat: sed ciuitatē integrā. vnde sequit. Et abijt in ciui. et dicit illis ho. venite et videte hominē qui dixit mihi omnia q̄cūq3 feci. Orige. Cōuocat q̄dem illos ad vidēdū hominē cōtinētē verbū supra hominē. Quecūq3 autem fecit mulier: erat cōtuberniū quinq3 cōiugū: et post illos cōuersatio cum sexto nō proprio viro quē de sereno et septimo adherens: lagenā dereliquit iā pudica. Chry. Nō verecūdata autem est hoc dicere.: Anima enim cum ignita fuerit igne diuino. ad nihil eorū que sunt in terra de reliq̄ aspicit neq3 ad gl'iam nec ad verecūdiā: s3 ad vnā solā q̄ detinet eam flaminam. Volebat autē nō ex p̄pa annūciatione eos inducere: sed ex auditu proprio eos fa

Modestia xp̄i mirabilis.

Vis diuini amoris.

cere communicatores doctrine christi. vnde dixit. Uenite et videte homi nem non dixit. Uenite et credite: sed venite et videte: quod leuius erat. Nouerat enim manifeste quoniam solum gustantes de illo fonte eadem paterentur que et ipsa. Alcui. Paulatim autem venit ad predicandum christum: primo vocat hominem: ne si diceret christum: auditores irascerentur et nollent exire. Chrysosto. Unde etiam neque manifeste annunciauit christum: neque tamen totaliter siluit: sed dixit. Nunquid ipse est christus? et ideo sermonem eius acceperunt. vnde sequitur. Exierunt de ciuitate et veniebant ad eum. Aug. in libro. lxxxiij. questio. Quod autem relicta hydria discessit mulier non negligenter pretereundum est. hydria enim amorem huius seculi significat. i. d est cupiditatem qua homines de tenebrosa profunditate cuius imaginem puteus gerit: hoc est de terrena conuersatione: hauriunt voluptatem. Oportebat autem vt christo credentes seculo renunciaret et relicta hydria cupiditatem secularem se reliquisse demonstraret. Augu. super ioannem. Proiecit ergo cupiditatem et properauit annunciare veritatem. discant qui volunt euangelizare vt prius hydriam ad puteum proijciant. Orige. Fecit etiam mulier receptaculum honeste discipline: ea que que primus sapiebat: parui pendens deposuit.

Tropologica expo.

¶ Interea rogabant eum discipuli eius dicentes. Rabbi: manduca. Ille autem dixit eis. ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis iesus. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me: ut perficiam opus eius.

¶ Augustinus. Ierant discipuli eius emere cibos: et venerant quos christo offerebant. vnde dicitur. Interea rogabant eum eius discipuli dicentes. Rabbi. manduca. Chrys. Uidentes enim eum fatigatum ex itinere et estu qui erat: rogabant eum vulgari eorum voce. Neque enim erat hoc temeritatis: sed amoris cura circa magistrum. Orige. Arbitrantur aptum fore tempus ad prandium quod erat inter recessum mulieris ad ciuitatem et aduentum samaritanorum ad ipsum: non enim coram aliquo aduena sibi propinquabant escas. Ob hoc bene positum est. Interea. Theophi. Dominus vero sciens quod samaritana totam ciuitatem ad eum traheret: hoc discipulis significauit. vnde sequitur. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Chrys. Dominum salutem hic cibum vocauit. ostendens quantum desiderium habet nostre salutis: sicut enim nobis concupiscibile est comedere: ita ei saluare nos. Tu vero intuere quod non statim reuelat: sed vbique in questionem immittit auditorem vt incipiens querere quod dicitur: et laborans cum ampliori suscipiat desiderio. Theo. Dicit autem quem vos nescitis id est nescitis quod cibum voco salutem hominum: vel nescitis quod samaritani credituri sunt et salui fient. Discipuli autem adhuc dubitabant. vnde sequitur. Dicebant ergo dis. ad inuicem. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Augustinus. Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam ecce discipuli non intelligunt escam. Chrysostomus. Et quidem assuetam reuerentiam et honorem magistro prebent ad se inuicem quidem loquentes ipsum vero non presumentes interrogare. Theo. In hoc ait quod dicunt discipuli. Nunquid aliquis attulit ei manducare? Considerandum est quod cibos ab alijs oblatos dominus suscipere solebat: non quod alieno ministerio indigeret: qui dat escam omni carni: sed vt deferentes meritum consequerentur: simulque formam tradens non erubescere paupertatem neque graue putare ab alijs nutriri. proprium enim et ne-

Desiderium spiritualis.

Exemplum paupertatis in christo.

cessariū est doctoribus: alios ha=
bere procuratores ciborū: vt ipsi de
nullo curantes verbi ministrationē
procurent sollicite. Augu. Audiuit
dominus cogitationes discipulorū
et instruit eos vt magister non per
circuitū sicut mulierem sed apte. vñ
seq̄r. Dic̄ eis ihs: me⁹ cib⁹ ē vt fa. vo.
ei⁹ q̄ mi. me. Ori. Idone⁹ cib⁹ filio dei
cum actor paterne voluntatis effi=
citur. hoc velle in semetipso prote=
stans qđ erat in patre. Solus autē
filius perfecti operis paterne volū
tatis est capax: ceteri vero sancti nil p̄
ter diuinam peragunt voluntatez.
Plenam autem et integram facit
dei voluntatem qui dixit. Meus ci
bus et c. proprius enim cibus eius
ostenditur. Quid autez sit velle pa
tris innuit sermo sequens. Ut perfi
ciāt opus eius. Siquidē simplicior
quis assereret quoniam opus est ius
sum mandantis. puta si dicant edi
ficātes vel fodiētes se perficere op⁹
eius qui conduxit eos: sed si p chri
stum perficitur opus dei restat vt
prius q̄ perficeretur erat diminutū.
Qualiter autem diminutum erat
opus cum esset dei perfectio quidē
operis rōnalis nature pfectio. ad
hui⁹ei opis perfectionē cū esset im
perfectum: verbum caro factum ac
cessit. Cum enim quodam modo
homo perfectus fieret ob transgres
sionem factus est imperfectus. et iō
missus est saluator: primo quidem
Op⁹ xp̄i quod sit — vt perficiat voluntatē eius q̄ misit
eum. secundo vero vt consummet
opus dei. vt quilibet perfectus fiat
ad solidi cibi vsum. Theo. opus ēt
dei perfecit scilicet hominem dei fi
lius nostram naturam in seipso si
ne peccato ostendens in omni ope
re perfectam: et incorruptam. Op⁹
etiam dei scz legem perfecit: quia
finis legis christus eam cessare fa
ciens omnibus que in ea erant per
fectis: et a corporali cultu i spiritalē
reduxit. Orige. Mystice autez post
populi negocium: ac disciplinaz di
stinctionis aquarum: consequens
erat de cibo disceptare. Samarita
na quidem petita potum non habe
bat: prebere Iesu dignum po=
culum. Discipuli vero inuenientes
humilia pulmenta apud alienige
nas ei obtulerunt rogantes eum vt
manducaret. Et attende si forsan
verentur ne verbum dei propriis
non vigoratum escis in eis deficiat
Quecunq̄ ergo reperiunt discipuli
his iugiter proponunt verbum ale
re: vt corroboratum: perseueret pe
nes eos qui nutriunt ipsam. Que=
admodū autem corpora egentia ci
bo neq̄ eisdem alantur neq̄ ea=
dem q̄titas ciborum cunctis suf
ficiens est: sic intelligendum est
et i his que sunt supra corpus. nā ho
rum hoc quidem plurimi. hoc autē
paucioris indiget nutrimenti:
dissimilis capedinis entia. Sz ne=
q̄ qualitas alentium verborum at
intētionū ɔtēplatiuarū opationum
eadē ɔgruit oib⁹. Nā nup gēiti ifā
tes rōnale appetūt lac: pfectorū aūt — Ex xp̄i si ex naturalibus
est solid⁹ cib⁹. Ueridic⁹ est ergo ihs
dicēs. Ego cibū hēo mādūcare quā
vos nescitis. Sēp. n. q̄ pest ifimis ac
nequeuntibus eadem cuz validis
videre hoc dicere potest.

¶ Nonne vos dicitis q̄ adhuc
quattuor menses sunt et messis
venit? Ecce dico vobis: leuate
oculos vestros et videte regio=
nes: quia albe sunt iam ad mes
sem. Et qui metit mercedem
accipit: et congregat fructum
in vitam eternam. Ut et qui se=
minat simul gaudeat et qui me
tit. In hoc enim est verbum ve
rum: quia alius est qui semi=
nat. alius est qui metit. Ego
misi vos metere quod vos nō
laborastis. Alii laborauerunt:
et vos in labores eorū itroistis.

¶ Chry. Que sit voluntas patris
de cetero interpretat̄ dicens. Non
ne vos dicitis q̄ adhuc q̄ttuor men
ses sūt et messis venit. Theo. Scz ma
terialis. Ego autem dico vobis q̄

messis intelligibilis adest. hoc eniz
Messis duplex describitur. dicebat ꝓpter samaritanos venien
tes ad ipsum. vnde subdit. Leuate
oculos vestros et videte regiones:
quia albe sunt iã ad messem. Chry.
Rursus consuetis nominib⁹ ad ma
ximorum eos contemplationem re
ducit. Regio enĩ et messis hic indi=
cat multitudinẽ animarũ que para
te sunt ad predicationis susceptio=
nem. oculos autẽ hic dicit ⁊ eos qui
mentis et eos qui corporis. Etenim
videbant de reliquo multitudinem
samaritanorũ venientẽ. Has autez
preparationes hominũ decenter re
giones albatas vocat: sicut eniz spi
ce cum dealbate fuerint ad messem
sunt parate: ita et hi ad salutẽ sunt
parati. Sed propter quid nõ mani=
feste dicit ꝙ preparati sunt homi=
nes ad susceptionẽ verbi? Duarum
quidem occasionuz gratia: vni⁹ qui
dem vt manifestior fiat sermo ⁊ ma
ius sub visum ducat que dicuntur:
alterius vt dulcior sit narratio: ⁊ ꝑ=
manentior eorum que dicuntur me
moria. Augusti. In opus autem fer
uebat et operarios mittere festina
bat. vnde subdit. Et qui metit mer=
cedem accipit et congregat fructuz
in vitam eternam: vt et qui seminat
simul gaudeat et qui metit. Chryso
stomus. Per ea que hic dicit: diui=
dit terrena a celestibus: sicut enim
supra dixerat de aqua ꝙ qui bibit
hanc aquaz non sitiet: ita hic dicit.
Qui metit congregat fructum in vi
tam eternam: et iterum. Qui semi=
nat simul gaudeat ⁊ qui metit. Pro
phete enim sunt qui seminant: sed
non illi messuerunt. sed apostoli: qr
enim infra dicet ꝙ alius seminat et
alius metit: nequis estimet ꝙ ꝓphe
te seminantes mercede priuentur:
extraneum quiddã inducit: ⁊ a sensi
bilibus alienum. nam in rebus qui
Merces ꝓpharũ aplorꝝ dem sensibilibus: si contingat aliuz
seminare et aliũ metere: non simul
letantur: sed dolent qui seminant
quasi.alijs laborantes: letantur au
tem soli qui metunt: hic autem non
ita. Sed et qui non metunt seminan

tes: simul cum metentibus letantur
quoniam in mercede cõmunicant.
Augustinus. Disparis enim tem=
poris labores habuerunt apostoli ⁊
prophete: sed gaudio pariter per=
fruentur mercedem simul acceptu=
ri sunt vitam eternam. Chrysosto.
Ad hoc autem quod dixerat sermo
nem prouerbialẽ inducit. vnde sub
dit. In hoc enim est verbum veruz:
quia alius est qui seminat: et alius
qui metit. Hoc quidem vulgariter
dicebatur: siquando alij labores su
stinuerunt: et alij fructus metebãt.
Sed ⁊ hic sermo iste maxime habet
veritatem: quia prophete laboraue
runt: sed vos fructus ex illorum la=
boribus metitis. vnde subdit. Ego
misi vos metere quod vos non labo
rastis. Augustinus. Quid ergo mes
sores misit non seminatores? Ibi er
go messores mittendi: vbi iam pro=
phete predicauerant. legite labo=
res illorum. et non in omnibus eo=
rum laboribus est prophetia chri= Allegoria mysterium.
sti. ergo iam in iudea messis para=
ta erat quando tot milia hominum
precia rerum suarum offerebant: et
ad pedes apostolorum ponentes ex
peditis humeris a sarcinis secula=
ribus: christum dominũ sequeban=
tur. de ipsa messe eiecta sunt pauca
grana: et seminauerunt orbem ter=
rarum: et surgit alia messis que in
fine seculi metẽda est: ad quam me=
tendaz non apostoli: sed angeli mit
tentur. Messores inquit sunt ange=
li. Chrysostomus. Dicit ergo. Ego
misi vos metere quod vos non labo
rastis. q.d. Ubi minor labor est: ma
ior autem delectatio ad hoc vos re=
seruaui: et quod laboriosius erat:
hoc fuit prophetaruz scilicet mitte=
re semina. vnde subdit. Alij labora=
uerunt et vos in labores eorꝫ introi
stis. Per hec omnia vult ostendere
ꝙ prophetarum voluntas erat vt
homines ad eum accederẽt. Et hoc
lex ordinabat. et propterea illi semi
nauerunt vt hunc facerent fructũ.
Ostendit etiam ꝙ ipse illos misit ⁊ Notabilis.
ꝙ multa est cognatio noui ad ver⁹

testamentum. Origenes. Uel aliter
totum. Qualiter quidez non est in=
conueniens hoc qd est. Leuate ocu=
los vestros rc. allegorizare. Quod
autem dicitur. Nonne vos dicitis:
quoniam quattuor menses sunt et
messis venit: non fm allegoriaz tra
ctare? Putamus ergo talia quedaz
esse in hoc q dicunt discipuli. Quat
tuor mēses sunt et messis venit. plu
rimi enim discipulorum verbi ani=
maduertentes veritatem incompre
hensibilē fore humane nature: quā
do coniecerunt aliam esse vitam a
presente que corruptioni quattuor
elementorum quasi quattuor men=
sium subijcitur: putant solum post
hanc vitam cognitionem esse veri=
tatis. Dicūt igitur discipuli de mes
sibus que sunt terminus operū ad
veritatem conducentium: quia post
instantē quaternitatem contingūt.
huiusmodi autez opinionē arguēs
velut non sanam: inquit verbuz in=
carnatum his qui talia suspicātur.
Nōne vos dicitis quia adhuc quat
tuor menses sunt et messis venit?
Ego autem hoc dico. Leuate ocu=
los vestros. In pluribus locis scri=
pture diuine hoc legitur: iubēte no
bis verbo diuino extollere: ac subli
mare considerationes et cogitatio=
nes deorsum cōsitas: nec valent eri
gi nisi eleuāte illas iesu. Nemo em̄
consistens in passionibus et viuens
carnaliter hoc propositū seruat mā
datum. quapropter qui talis est nō
videbit regiōes si albe sunt ad mes
sem. Albescunt quidez regiones ad
messem: cum adest verbum dei illu
strans: singulas regiones scripture
fecundās in eius aduentu: et etiam
omnia sensibilia sunt quasi regio=
nes albe parate ad messem: presto
existente leuantibus oculos ratio=
ne que de quolibet est: vt quisquis
fulgorem prospiciat profuse vbili=
bet veritatis. Qui autem mittit pre
dictas messes duplex habet in me=
tendo emolumentum: vnum quidē
dum accipit premiuz. vnde dicitur.
Et qui metit: mercedem accipit: qd
arbitror dictum: causa futurarum
remunerationuz. Alterum quod se
quitur. Et congregat fructum in vi
tam eternam. Bonum habitū quod
dam denotat intellectus qui est fru
ctus ex ipsa speculatiōe prouenieñs.
Arbitror autem q in qualibet do=
ctrina seminat quidem qui princi= *Princi=pia scien=tiaꝝ sūt semina.*
pia excogitat: que suscipientes alij
ac perpetrantes siquid noui potue
runt exprimere coniungentes fiunt
sue inuentionis gratia: posteris cau
sa: vt metendo quasi maturos fru=
ctus aggregent. Quanto autez ma
gis hoc in arte artium expedit con=
templari. Siquidem seminantes
sunt moyses et prophete preuenien
tes aduentum christi. Metentes au
tem sunt apostoli qui christum su=
sceperunt et gloriam eius perspexe
runt. Semen autem erat tota ratio
fm reuelationem mysterij tempori=
bus preteritis obfuscati silentio: re
giones autem id est legales ac pro
phetice scripture nonduz albuerāt
his qui aduentus verbi nequaq̄ ex
titerunt capaces. Quod autem si=
mul serens r metens gaudeat: erit *Anago=gica ex=positio.*
cum priuatio meroris r angustie in
futuro fiet seculo: dum etiam iesus
transfiguraretur in gloria: simul cū
messoribus Petro Jacobo et Joan
ne Moyses et Helyas satores pari
ter gaudent in videndo filij dei glo
riam. Attende tamen si hoc quod
dico alias et alias intelligi potest:
propter aliam et aliam vite conuer
sationem in qua homines iustifi=
cati sunt vt liceat dicere alium qui=
dem legis cultorem: aliuz vero euā
gelij: et tamen exultant simul dum
idem finis ab vno deo per vnuz chri
stum in vno spiritusancto reponi=
tur. Ad labores autem propheta=
rum et moysi aduenerunt aposto=
li instruente Jesu: metentes ac in
horrea colligentes anime sue intel=
lectum in scripturis illorum recon=
ditum: r semper qui debite capiunt
disciplinam prioruz labores ad ma
iorem euidentiam trahunt: non tan
tum laborantes sunt hi qui semina

condiderunt.

¶ Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimonium perhibētis: quia dixit mihi omnia quecunqꝫ feci. Cum venissent ergo ad illum samaritani rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant: quia iam non propter tuam loquelam credimus. Ipsi eniꝫ audiuimus et scimus: quia hic est vere saluator mundi.

¶ Origenes. Postqꝫ dicta sunt discipulis que tractata sunt. resumit scriptura de his qui venerant de ciuitate ad iesum: et crediderant per testimonium mulieris. Chrysostomus. Sicut autem in messe cum facilitate fructus congregantur: et in momento vno area manipulis repletur: ita et nunc fit. vnde dicitur. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum samaritanorum propter verbum mulieris testimoniuꝫ perhibentis: quia dixit mihi omnia quecunqꝫ feci. Considerabant enim ꝙ nequaqꝫ mulier gratanter eum admirata esset: qui eius delicta redarguerat: nisi magnus quis esset et excellens qui predicabatur ab illa. Sic ergo solo mulieris testimonio credentes et nullum signum videntes exierunt deprecantes christum vt apud eos maneret: et hoc est quod sequitur. Cum ergo venissent ad illum samaritani rogauerunt eum vt ibi maneret. Iudei vero miracula videntes non detinuerunt eum apud seipsos: sed omnia egerunt vt a regione eorū eum abijcerent: nihil enim liuore et inuidia deterius: nihil inani gloria difficilius: que infinita corrumpere con-

Liuoris detestatio.

fueuit bona. Et quidem samaritani volebant eum semper secum detinere: ipse auteꝫ hoc non sustinuit: sed solū mansit ibi duobus diebus. et post hec quod subditur. Et mansit ibi duos dies. Origenes. Non incongrue autem aliquis illud obijciet: quomodo rogatus saluator cū samaritanis manet: qui iussit ciuitatem samaritanorum non ingredi. Palam enim quoniam et discipuli eius cum eo ingressi sunt. Ad quod dicendum ꝙ in viam gentium pergere est imbui gentili dogmate et in illo ambulare. Ciuitatem vero samaritanorum intrare est acceptare falsam doctrinam recipientium legales: propheticos: et euangelicos: et apostolicos sermones. Cum autē deseruerint propriam doctrinam et venerint ad iesum licet cum eis manere. Chrysostomus. Et iudei quideꝫ etiam signis visis incorrecti manserunt. hi autem et sine signis multam circa eum fidem demonstrauerunt: solum enim verba audierunt. vnde sequitur. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Cuius igitur gratia hec verba non dicit euangelista: vt discas quoniaꝫ multa magnorum transcurrerunt: a fine vero totum ostenderunt: suasit enim toti ciuitati per ea que dicta sunt. Ubi autem auditores non persuadentur: tunc euangeliste coguntur dicere ea que dicta sunt: ne quod est ex indeuotione auditoruꝫ: imputet quis defectui predicantis: ipsi autẽ discipuli christi iam facti magistram repulerunt. vnde sequitur. Et mulieri dicebant: quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi eniꝫ audiuimus et scimus: quia hic est vere saluator mundi. Uide autem qualiter confestim intellexerunt ꝙ orbem terrarum liberare venerat: et ꝙ ad cōmunem salutē veniens non debebat in iudeis suam concludere prouidentiam: sed vbiqꝫ seminare sermonem. Dicentes etiaꝫ ꝙ est saluator mundi: ostēderunt ꝙ mundus perditus erat:

Xps orbi aduenit salutifer.

in magnis malis existens: et quidē venerunt saluare prophete et angeli: sed hic est vere saluator: qui salutem tribuit non solum temporaneam sed eternam. Unde etiam qualiter audientes mulierem dubitanter dicentem. Nunquid hic est christus? non dixerunt hi. Quoniā nos suspicamur: sed quoniam scimus: et non simpliciter: sed quoniam hic est vere saluator mundi: non quasi vnū ex multis christum confitentes: solum verba audierūt et hoc dixerūt. quod dicere habebant si miracula multa et magna vidissent. Origenes. Ceterum si meminimus predictorū: non difficile est conijcere quomodo cum repererint verbum syncerum alias disciplinas relinquunt quasi dogmatum ciuitatem: de qua egredientes salutifere credunt: et puto studiose protulisse ioannem: cum nō dixit. Rogabant eum samaritani intrare tm̄ samariam vel ingredi ciuitatem: sed etiam ibi manere. Manet namq iesus penes deprecantes: et presertim quotiens qui precantur exeunt ciuitatem et versus eum veniunt. Augusti. Manet apud eos biduo: hoc est dat illis duo precepta charitatis. Origenes. Nec enim capaces erant tertie diei eius: non eñ erant auidi miraculosum quid cernere: quale qui fuerāt in chana galilee post triduum cum iesu conuiuātes. Initium autem credendi multis fuit mulieris verbum. non enim sic per seipsum verbum conficitur illuminans capientem: velut cum alterius dicto sibi testimonium perhibetur. Augusti. Sic ergo christum cognouerūt. primo per famā. postea per presentiam: sicut agitur hodie cum eis qui foris sunt: et nondū sunt christiani: christus nunciatur p christianos amicos: tāq̄ illa muliere hoc est ecclesia nunciante ad christum veniunt: credunt per istam feminam: et multo plures et firmius in eo credunt: quoniam vere ipse est saluator mundi. Origenes. Impossibile est namq eandem circa intellectum fieri passionem videnti: et ei qui per videntem instruitur: magisq est per spem ambulare q̄ per fidem. vnde hi non solum testimonio hominis: sed ob ipsam quoq veritatem credunt.

Allegoric⁹ intellectus.

¶ Post duos autem dies exiit inde: et abiit in galileam. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit: quia propheta in sua patria honorem non habet. Cum ergo venisset in galileam exceperunt eum galilei: cum omnia vidissent que fecerat hierosolymis in die festo. Et ipsi enim venerant ad diem festum.

¶ Alcuin⁹. Post biduum quod fecit in samaria: abijt in galileam vbi nutritus fuerat. vnde dicitur. Post duos autem dies exijt inde et abijt in galileam. Augustinus. Mouet autem nos: cur euangelista dixerit consequenter. Ipse enim Iesus testimonium perhibuit: quia propheta in sua patria honorem non habet. Magis enim videtur attestari potuisse q propheta in sua patria sua honorem non habet si contemneret pergere in galileam et in samariam remansisset. Hoc ego sentio: in samaria biduum fecit et crediderunt in eum samaritani: tot dies fecit in galilea: et non crediderunt in eum galilei: et propter hoc dixit q propheta in patria sua honorem non habet. Chrysostomus. Uel aliter. Ideo hoc adiectum est quia non in capharnaum abijt: sed in galileam et in chana: vt infra dicetur: ego enim patriam eum hic estimo dicere capharnaum: quoniam autem non potitus est illic honore audi eum dicentem. Et tu capharnaum que vsq ad celum exaltata es: vsq ad infernum descendens. Dicit autem hic patriam propriam in qua videtur plus conuersatus. Theophilus. Uel aliter. Quia dominus exiens de samaria

Galileorū obstinatio.

venit in galileā: ne aliquis dubita=
ret ꝛ quereret: qua de causa nō sem
per in galilea maneret: dicit ꝙ pro=
pter hoc nō manebat in galilea: q̄r
nullū ibidem recipiebat honorē. qḋ
ipse testatus est dicēs: quia prophe
ta in sua patria nō habet honorem.
Orige. Perscrutanda est aūt huius
dicti sententia. Patria siquidē pro=
phetarū in iudea erat: ꝛ est nō igno
tū ꝙ honorē a iudeis nequaꝙ̄ sunt
consecuti. iuxta illud. Quē nam pro
phetarū nō persecuti sunt patres ve
stri? Miranda etiā occurrit huius
decreti veracitas: cū peruenerit nō
tantū ad sanctos ꝓphetas vilipen=
sos a propriꝭ: ꝛ ipsuꝫ dn̄m nostrum
sed protensa sit etiā in quosdā pro=
phetie seq̄ces ꝯtēptos a suis ciuib⁹
et ad mortē deductos. Chry. Quid
igit? nō ne videm⁹ ꝛ apud suos mul
tos in admirationeꝫ deductos? ita
quidē: sed ab his q̄ raro contingūt
nō oportet talia ꝓnunciari. Sed et
si in propria patria aliq̄ honorātur:
multo magis in aliena. Cōsuetudo
enī facile hoīes contēptibiles face=
re consueuit. quādo igitur venit in
galileā: susceperūt eū galilei. vnde
seq̄tur. Cū ergo venisset in galileaꝫ
exceperunt eū galilei. Uides quo=
niam qui mali dicebantur: hi maxi
me ad christum accedere inueniun
tur. Nam propter galileos dicitur.
Interroga et vide quoniam prophe
ta ex galilea nō surrexit: propter sa
maritanos autem improperabant
ei. Samaritanus es ꝛ demoniū ha=
bes. Sed ecce samaritani ꝛ galilei
credunt in confusionem iudeorum.
Inueniuntur autē ꝛ galilei sama=
ritanis meliores. naꝫ illi quidem a
mulieris crediderunt verbis. hi ꝟo
videntes signa q̄ faciebat. vnde seq̄
tur. Cuꝫ o[m]ia vidissent q̄ fe. hiero. in
die festo. Orige. Quod eniꝫ dn̄s eij
cit de tēplo vendentes oues ꝛ boues
tam grande reperitur: vt his moti
galilei reciperent dn̄m: cōsiderātes
mirantesq̄ꝫ maiestatē eius: nō enim
minor potentia eius ostendit in his
q̄ vt non videant: audiantq̄ꝫ surdi.

Consue tudo a pud gen tiles.

Estimo vero nec hec sola ipsum tūc
fecisse: sed ꝛ alia signa. Beda. Sed
vnde data est eis videndi occasio.
ostendit subdens.. Et ipsi enim ve=
nerant ad diem festū. Mystice autē
intimatur ꝙ gentib⁹ in fide a duo=
bus preceptis charitatis consolida
tis: christus circa fines mūdi reuer
tetur ad patriā id est ad iudeos.
Ori. Expedit autē galileum id est
transmigrātē festare hierosolymis
vbi est tēplum dei: ꝛ videre singula
que peragit ibi iesus. Hoc enim est
principium vt galilei recipiant dei
filiū euntem ad ipsos: alioquin vel
nō recepissent illū: vel etiā ipse nō=
dū ipsis ꝓparatis ad eius receptio
nem adeo prope venisset ad eos.

Allego rica ex positio.

¶ Uenit ergo iterum in chana
galilee vbi fecit aquā vinū. Et
erat quidā regul⁹ cuius filius
infirmabatur capharnaū. Hic
cū audisset q[uod] Jesus adueniret
a iudea in galileā: abijt ad euꝫ
et rogabat eū vt descenderet et
sanaret filiū eius. Incipiebat
enim mori. Dixit ergo iesus ad
eum. Nisi signa et prodigia vi=
deritis nō creditis. Dicit ad eū
regulus. Dn̄e descende priusq̄ꝫ
moriatur filius meus. Dicit ei
iesus. Uade filius tuus viuit.
Credidit homo sermoni: quem
dixit ei iesus. et ibat. Jam autē
eo descendente serui occurre=
runt ei: et nunciauerūt dicētes
quia filius eius viueret. Inter=
rogabat ergo horam ab eis in
qua melius habuerat. Et dixe
runt ei: quia heri hora septima
reliquit eū febris. Cognouit er
go pater quia illa hora erat in
qua dixit ei iesus filius tuus vi
uit: et credidit ipse et dom⁹ ei⁹
tota. Hoc iterum secundum si=
gnum fecit iesus. cuꝫ venisset a

iudea in galileam.
Chry. Primo quidē dñs vt supra dictū est i chana galile e venerat vocatus ad nuptias. Nūc aūt ad eos vadit vt magis eos attrahat spōte ad eos veniēs ppria patria dimissa: et vt fidē a priori miraculo in eis initiatā fortiorē faceret propter suā presentiam. Augu. Ibi enim quādo aquā in vinū cōuertit crediderūt in eum discipuli eius. et vtiq3 plena domus erat turbis cōuiuantiū et factū est tam magnū miraculū et nō crediderūt nisi discipuli eius: et ideo hāc ciuitatē modo repetiuit .s. vt q̄ per priora nō crediderant mō credant. Theophi. Rememorat autē nobis euangelista miraculū perpetratum in chana galilee de aqua cuersa in vinūvt augeret christi preconiū: q2 galilei nō solū pp̄ter miracula hierosolymis facta: sed et propter ea que apud ipsos facta erant receperunt iesum: simulq3 vt ostenderet q2 regulus credidit propter miraculū in chana perpetratum: q̄uis eius non perfecte cognouerit dignitatē: vnde sequitur. Et erat quidā regulus cuius filius infirmabat caphar naū. Orige. Putabit autem aliquis regis herodis hunc esse regulum: et aliquis asserit hunc esse de familia cesaris exercentem tūc tēporis aliquid in iudea: neq3 enim dicitur q2 iudeus fuerit. Chry. Regulus aūt dicitur. aut q2 si generis exīns regalis: aut dignitatē aliquā principatus habens: aut q2 sic vocabat. Igitur quidā hūc eundē esse existimant cēturionē: q̄ est apud mattheū. Ostenditur autē alius esse ab eo. nam ille quidē xp̄m volentē ire ad suam domum rogat remanere: hic autem et nihil tale promittentem ad domum trahit. Et ille quidem ad iesum de monte descendentem capharnaum intrauit: hic autem ad iesum in chana venientem accessit. Et illius quidē puer a paralysi detinebatur: huius autem filius a febre. De hoc ergo regulo subditur. Hic cum audisset quia ie. adue. a iu. in gali. abijt ad eum et roga. eum vt descen. et sa. fi. eius incipie. enim mori. Augusti. Qui rogabat nōne credebat? Quid a me expectas audire? dominum interroga quid de illo senserit. Sequitur enim. Dixit ergo iesus ad eū Nisi signa et prodigia vide. non cre. Arguit hominē in fide tepidum: aut frigidum: aut omnino nullius fidei: sed tentare cupientem de sanitate filij sui qualis esset christus: quid esset: quantum posset. Prodigium quidem appellatum est quasi porro dicium quod porro dicat: porro significet et futurum aliquid portendat. Augustinus. de con. euā. Adeo autem dominus supra omnia mutabilia vult mentem credentis attollere: vt nec ipsa miracula: que q̄uis diuinitus de mutabilitate corporum fiunt a fidelibus querivelit. Grego. Sz memētote etiā que petijt et apte cognoscetis: quia i fide dubitauit. Poposcit namq3 vt descenderet et sanaret filium eius. vnde seq̄tur. Dicit ad eum regulus. Domine descēde priusq̄ moriat filius meus. Minus itaq3 in illum credidit: quez nō putauit posse salutem dare nisi presens esset et corpore. Chrysosto. Audi etiā qualiter adhuc terrene christum trahit quasi non posset eū post mortem suscitare: si autem non credens venit et rogauit nil mirabile. Consueuerunt enim patres ex multo amore non solum medicis loqui de quibus confidunt: sed de quibus non confidunt nihil volētes pretermittere eorum que ad salutem pertinent filiorum: si tamen valde crederet christi virtutem non neglexisset etiam in iudeam ire. Grego. Sz dominus qui rogatur vt vadat: q2 non desit vbi inuitatur: indicat. solo iussu salutem reddidit: qui voluntate omnia creauit. vnde sequitur. Dicit ei iesus. Uade filius tuus viuit. Hic superbia nostra retunditur qui in hominibus non naturā qua ad imaginem dei facti sunt: sed honores et diuitias veneramur. Redēptor vero noster vt ostēderet quoniā

Regulus q̄s fuerit.

Prodigiū nō tio.

Ex ple iesu docemur.

que alta sunt hominibus: sanctis despicieda sunt: et que despicienda sunt hominibus: despicieda nō sunt sanctis. Ad filium reguli ire noluit: ad seruum centurionis ire paratus fuit. Chryso. Uel aliter. Illic quidē fides confirmata erat: iccirco et ꝓmisit ire vt discamus viri deuotionē hic autem adhuc imperfectus erat: et nondū nouerat manifeste ꝙ absens curare poterat. vnde ex hoc ꝙ non accedit iesus: hoc ꝗ addiscit. Sequitur enim Credidit homo sermoni quē dixit ei iesus et ibat. Nō tamē integre neqꝫ sane. Origenes. Ostenditur autem eius dignitas et officium ex hoc ꝙ seruientes illi occurrūt. vnde sequitur. Iam autem eo descendente serui occurrerūt ei: et nun. ei. di. quia fi. eius vi. Chry. Qui quidē obuiauerunt: non vt annunciarent solum sed quasi estimātes de reliquo superfluam esse christi penitentiam quem credebant accedere. Quod autē regulus nō integre credidit: neqꝫ sane. ostenditur ex hoc: qđ sequitur. Interrogabat ergo horā ab eis in qua melius habuerat. Uolebat enim scire vtrum casu vel ex precepto christi hoc factū esset. Sequitur. Et dixerunt ei quia heri hora septima reliqt eū febris: Uide qualiter miraculum manifestum est. non enim simpliciter neqꝫ vt cōtingit a periculo liberatus est: sed repente ⁊ simul vt appareat nō esse ex nature consequentia qđ fiebat: sed actione christi. vnde sequit. Cogno. ergo pater qꝛ illa hora erat in qua dixit ei iesus. Fi. tu. vi. ⁊ cre. ipse et do. eius to. Augu. Si ergo ꝓpterea credidit: quia nunciatum est ei ꝙ filius eius esset sanus: et comparauit horam nunciantium hore pnūciantis: quando rogabat nōdum credebat. Beda. Unde datur intelligi et in fide gradus esse: sicut et in alijs virtutibus quibus est initium incrementum atqꝫ perfectio. Huius ergo fides initium habuit cum filij salutem petijt: incrementū dum credidit sermoni domini dicentis. Filius tuus viuit. Deinde perfectionem obtinuit nunciantibus seruis. Augustinus. Ad solum sermonem crediderunt plures samaritani. At illō miraculū sola illa domꝰ credidit vbi ē factū. vñ subdit euāgelista. Hoc iterū secūdū signū fecit iesus: cū venisset a iudea in galileā. Chrysostomus. Non sine causa hoc adiecit: sed ostendens quoniam secundo signo facto: nondum ad altitudinem samaritanorum nullum signum videntiū iudei peruenerūt. Origenes. Amphibologiam autē continet presens dictum. vno enim modo denotat ꝙ iesus veniendo a iudea in galileam: duo fecit miracula: quorum secundum est factum erga filiū reguli. alio modo sic. Duobus existentibus signis que iesus in galilea exercuit: secundum egit veniēs a iudea in galileam. et hic sensus verus est. Mystice autem ꝑ hoc ꝙ iesus bis in galileam accedit: binus saluatoris aduentus in mundum ostenditur. primꝰ quidem misericordie: vt vino facto conuiuas exhylaret. secundus vero vt filium reguli ad mortem pene deductum suscitet. id est populum iudeorum qui post plenitudinem gentium accedet saluandus in fine. Magnus autē rex regum est qui constitutus esse a deo in mōte syon sancto eius: huius qui viderunt diem et gauisi sunt: reguli dinoscuntur. Arbitramur igitur regulum esse abraam: egrotum vero filium eius israeliticū genꝰ debilitatū erga cultū diuinū et ideo incaluit ignitis spiculis inimici: vt proinde febrire censeatur. Apparet autem ꝙ precedentibus sanctis postꝗ carnis exuerunt amictum populus fuit cure. vnde legitur in machabeis post mortem hieremie. Hic est hieremias propheta dei: qui plurimum orat pro populo. Abraam igitur obsecrat adiuuari a saluatore populum infirmum: et quidem potestatis verbum de chana prodit: vbi dictum est. Filiꝰ tuus viuit. Sꝫ vbi efficacia ꝉ capharnaū

Cēturionis dignitas

Gradus in fide sunt.

Aduētꝰ iesu duplex.

agitur. nam ibi filius reguli curatus est quasi in agro consolationis morãs: qđ significat genus quoddã debilium: nõ tamen omnino fructibus priuatorũ. Illud autem. Nisi signa et prodigia vi. non cre. dictum illi refertur ad multitudinem filiorum suorum: et ad ipsum quodam modo: sicut enim ioannes expectabat datum sibi signuʒ scilicet super quem videris spiritum descendẽtẽ: sic et premortui sancti aduentũ christi in carnem et signis et prodigijs manifestandum expectabãt. Habebat aũt hic regulus non soluʒ filiũ: sed etiam seruos per quos significatur maneries quedam minus bene: et infirma credentium nec a casu hora septima deserit filiũ febris. nam septenarius numerus est dei. Alcuinus. Uel quia per septiformem spiritum est omnis remissio peccatorum. Septenarius enim in tria ꝛ quattuor diuisus significat sanctã trinitatẽ in q̃ttuor anni tẽporib⁹: l q̃ttuor mũdi ptib⁹ in q̃ttuor elementis. Ori. Possunt quoqꝫ significari duo aduentus christi verbi ad animam: primus quidem ex facto vino prebens anime gaudium spiritualis conuiuij. secundus vero omnes lãguores ac mortis reliq̃as amputans. Theophi. Regulus autem est omnis homo non solum qui regi vniuersorum propinquus existit secundum animam: sed quia et ipse super omnia principatum sumpsit: cuius filius id est mens febricitat voluptatibus prauis et desiderijs. Accedit autem ad iesum et deprecatur vt descendat id est vt condescensu misericordie vtatur et parcat peccatis priusq̃ȝ a voluptatum infirmitate mortificetur. Sed dominus dicit. Uade id est profectum cõtinuum circa bonum ostendas: et tũc filius tuus viuet. Si autem ambulare cessaueris mortificabitur tibi intellectus circa boni operationem.

Remissio pctõrũ signatur septenario.

Capitu. v.



Ost hec erat dies festus iudeorum: et ascendit iesus hierosolymam. Erat autẽ hierosolymis pbatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida q̃nqꝫ porticus habens. In his iacebat multitudo magna languẽtium: cecorum: claudorum: aridorũ: expectãtiũ aque motum. Angelus autem domini descẽdebat secundum tempus in piscinam: et mouebat aqua. Et qui prior descẽdisset in piscinaʒ post motionem aque sanus fiebat a quacũqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta et octo annos habens in infirmitate sua. Hunc cum vidisset Jesus iacentem: ꝛ cognouisset quia iam multum tempus haberet: dicit ei. Uis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine hominẽ non habeo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me i piscinam. Dum venio enim ego: alius ante me descendit. Dicit ei Jesus. Surge: tolle grabatuʒ tuũ et ambula. Et statim sanus factus est homo ille. ꝛ sustulit grabatum suum et ãbulabat. Erat autem sabbatũ in die illo. Dicebant ergo iudei illi qui sanatus fuerat, Sabbatũ est. non licet tibi tollere grabatũ tuũ. Respondit eis. Qui me sanũ fecit ille mihi dixit: tolle grabatum tuũ ꝛ ambula. Interrogauerũt ergo eum. Quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatũ tuũ et ambula? Is autẽ qui sanus

fuerat effectus nesciebat quis
esset. Jesus enim declinauit a
turba constituta in loco.

¶ Aug. de con. euang. Post mira=
culum in galilea factum: inde Hie
rosolymā redit. vnde dicitur. Post
hec erat dies fest⁹ iudeorū et ascē=
dit Jesus hyerosolymā. Chry. Ui=
bi videt ꝙ erat dies fest⁹ pentheco
stes: ascendit aūt Jesus hierosoly
mā semp in festis diebus: vt cū eis
dies festos faciens nō videat legi
contrarius: et ob hoc multitudinē
simplicē p signa et doctrinā attra=
hat: maxime ei in dieb⁹ festis hi q̄
iuxta positi erāt cōcurrebāt. Seq̄t
Erat autem hiero. p. pisci. que co=
Jesus interest festis diebus.
gno. hebra. bethsa. quinq̧ por. ha=
bens. Alcui. Probato grece ouis di
citur. probatica ergo piscina pecu=
liaris dicit: vbi sacerdotes cadaue
ra hostiarū abluebāt. Chry. Dece
bat quidem baptisma dari pecca'a
purgans: cuius imago prescripta
fuit in piscina et in alijs plurib⁹: e
primū quidē dedit de⁹ aquā expur
gantē corpoꝝ sordes et inquinatio=
nes non existētes: sed opinatas: pu
ta eas que a funere et que a lepra
et que ab alijs talib⁹. deinde infir=
Figure baptismi.
mitates diuersas per aquas facit
solui. vnde sequit. In his iace. mul
titudo mag. languen. ceco. clau. et
ari. expe. aque. mo. Uolens ei deus
propiquius adducere ad baptismi
donū. non adhuc inq̄namēta solū
mundat: sed etiā egritudines sa=
nat: sicut enī ministri qui prope re
gem sunt: his qui sunt a longe cla=
riores sūt ita et in figuris fit. Non
autē simpliciter sanabat aquarū
natura: semper enim hoc fieret: sed
in angeli descensiōe. vñ seq̄tur. An
gelus autem domini descen. s; tps
in pisci. et mo. aqua. Sic enim et in
baptizatis nō simpliciter aqua ope
ratur: sed cū spiritussancti suscepe=
rit grām tunc omnia soluit pecca=
ta. Angelus enim descendens tur=
babat aquam et sanatiuā impone
bat virtutem: vt discant iudei: q̄m
multo magis angelorum dominus
omnes egritudines anime sanare
potest. sed tunc quidem infirmitas
impedimentū volenti curari fiebat
Subditur enī. Et qui prior descen.
in pisci. post mo. aque: san⁹ fiebat.
a quacunq̧ detinebatur infirmita=
te. Nunc autem vnusquisq̧ accede
re potest: non enim angelus est qui
turbat aquā: sed angelorum domi=
nus qui omnia operat. sed et si or=
bis terrarū vniuersus veniat: gra=
tia non consumitur sed similis ma
net. Sicut enim solares radij vnā=
quanq̧ illuminant diē et non cō=
sumūtur: neq̧ a multa largitione
minor fit solis lux: ita et multo am
plius spiritussancti actio in nullo
minuitur a multitudine eorū qui
potiuntur ea. Hoc autem fiebat s.
vt vnus tm̄ post motionem aque sa
naretur; vt qui didicerant quoniā
in aqua egritudines corporis sana
bantur: in hoc per multum tēp⁹ ex
ercitati facile crederēt ꝙ et egritu
dines anime aqua sanare potest.
Augu. Plus est autē ꝙ xp̄s vitia sa
nauit animaꝝ: q̄ȝ ꝙ sanauit lāguo
res corporum moriturorū. sed qr ip
sa anima non eum nouerat a quo
sananda erat: et oculos habebat i
carne vñ facta corporalia videret;
et nōdū habebat in corde vnde deū
latētem cognosceret: fecit qđ videri
poterat vt sanaretur vnde videri
non poterat. Ingressus est locū vbi
iacebat multitudo languētium: de
quibus elegit vnum vt sanaret: de
quo subditur. Erat autem quidā
homo ibi trigita et octo annos ha
bens in infirmitate sua. Chry. Nō
autē confestim eū a principio sana
uit sed primū eū familiarē sibi fa=
cit. per interrogationem future fi=
dei faciens viam. Non autem expe
tit fidem vt in cecis fecit dicēs. Cre
ditis quia possum hoc facere: quia
hic nondum nouerat eum manife=
ste quis esset. Nam illi quidem ex
alijs eius virtutem cognoscentes;
conuenienter hec audierant. Alij
vero nondum eum cognoscentes:

Gratia spiritus sancti largissima.

sed per signa eum cogniturі post miracula requiruntur de fide. vnde sequitur. Hunc cum vidisset Iesus iacentem et cognouisset quia multū iā tēp' haberet dicit ei. Uis san' fieri? Nō hoc querit vt discat: hoc enim superfluū eēt: sed vt ōnderet istius patientiam qui triginta et octo ānos habens: per vnūquēqꝫ annū eripi ab egritudine expectās assidebat et nō desistebat. Et vt cognoscamus propter quā cāz dimittens alios ad hunc venit non dicit. Uis te curabo? nōdū ei aliquid magnum imaginabatur ille de christo non autem turbatus est ad interrogationez: neqꝫ dixit iniuriari mihi venisti quādo interrogas si volo sanus fieri sed mansuete respondet. Sequitur enim. Respondit ei lāg. Domine hominē nō hēo: vt cū tur. fu. aqua mit. me in pisci. dū venio enim ego: alius ante me descē. Nō nouerat quis esset: qui interrogabat: neqꝫ ꝙ curaturus esset eū. Opinabatur autem fortasse vtilem sibi fore christum ad mittendum eū in aquā: sed christus ostēdit ꝙ verbo omnia potest facere. vnde seqtur. Dicit ei iesus: surge tolle grabatuz tuum et ābula. Augu. Tria dixit. sz surge nō operis imperiū fuit sz operatio sanitatis. Sano autē duo imperauit. Tolle grabatū tuum et ambula. Chry. Intuere diuine sapientie superabundantiam: non solum sanat sed et lectum portare iubet vt et credibile faceret miraculū et nullus existimet phantasiam eē quod factum est. Nō enim nisi certissime et vehemēter cōpacta eēnt membra lectulū ferre possent. Audiens aūt languidus qm cū potestate et velut iubens dixit. Surge tolle grabatū tuum non derisit dicens. Angelus descendit et turbat aquam et solum vnum curat. Tu autem hō existens ex solo precepto speras te magis angelis posse: sed audiuit et non discredidit ei quiuis fit et sanus fact' est. vnde sequitur. Et statim sanus factus ē homo: et sustulit grabatuz suū et ambulabat.

Interrogatio dis spēsati = ua.

Clarito do miraculi.

Beda. Multum quippe inter sanationem domini et que a medicis infertur distare probatur. Hec videlicet voce iubentis et mox impletur. Illa vero per multa tēporis intervalla aliquotiens perficitur. Chrysostom'. Igitur mirabile quidem est hoc: que autez sequentur multo maiora erunt. Naz in initio quidē nullo molestāte suaderi non ita mirabile est sicut quod post insanientibus iudeis et accusantibus christo obediuit: vt ostendit euangelista consequenter dicens. Erat autē sabbatum in illo die: dice. ergo iudei illi qui sanus fuerat factus sabbatum est non li. ti. tol. graba. tuū. Augustinus. Non calumniabātur domino: quia sanum fecerat sabbato: qꝫ eis respondere posset: quia si cuiusqꝫ iumentum in puteum cecidisset vtiqꝫ die sabbati erueret illō et saluaret. sz qui portabat grabatum suuz: quasi dicat: si sanitas nō erat differenda nunquid et opus fuerat imperandū? sed ille auctorē sanitatis sue obijciebat calūniatoribus. vnde sequitur. Respōdit eis qui me sanum fecit ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum et ambula. q. d. quare non acciperem iussionez a quo acceperam sanitatez? Chry. Nimirum si maligna ri vellet poterat dicere. Si crimen est accusa te eum qui iussit et deponam lectulū. sed et curationem vtiqꝫ occultasset. Etenim sciebat non ita eos esse motos ex sabbati solutione: sicut ex infirmitatis sanatione: sed neqꝫ hoc occultauit: neqꝫ veniam petijt: sed clara voce beneficium confessus ē. illi vero maligne interrogauerunt. vnde subditur. Interrogauerunt ergo eum quis est ille homo qui dixit tibi. Tolle grabatuz tuuz et ambula? Non dicunt: quis est qui fecit te sanum: sed in medium inducunt id quod transgressio estimabatur. Sequitur. Is autez qui sanus fuerat effectus nesciebat quis esset. Iesus autem declinauit a tur. consti-

in loco. Et primum quidez vt eo absente testimoniuz insuspicabile fieret. Qui enim adeptus fuerat sanitatez idoneus erat beneficiji estis. Demũ vt nõ plus faceret furorem illorum accendi. Solus enim visus eius cui inuidetur: non paruaz inuidentibus immittit scintillam: propterea discedens: permisit ab ipsis suum factũ examinari. Quidã estimant hunc paralyticum esse eum qui i mattheo posit' est: sed non ẽ. Ille eniz multos habebat sui curã habentes et eum ferentes: hic autem nullum. Sed et locus vtrobiqꝫ diuersus est. Augu. Siquidem mediocri corde et humano ingenio cõsideremus hoc miraculum facientem quod ad potestatem pertinet: non magnuz aliquid fecit: et quod ad benignitatem parum fecit. Tot iacebant et vnus curatus est cum posset vno verbo oẽs erigere. Quid ergo intelligendum est: nisi qꝛ potestas illa et bonitas magis agebat quid anime in factis eius pro salute sempiterna intelligeret: q̃ quid pro temporali salute corporis mererentur. In illis eni factis quicq̃d temporaliter sanatuz est in mẽbris mortalibus in fine defecit anima q̃ credidit ad vitam eternam transitum fecit. Piscina illa et aqua illa populum mihi videtur significasse iudeorum: significari eniz populus nomine aquarum: aperte nobis indicat apocalypsis ioannis. Beda. Bene autem piscina probatica fuisse describitur. Ille enim populus ouis nomine significatur: ẽm illud psalmi. Nos populus tuus ꝛ oues gregis tui. Augustinus. Aqua ergo illa idest popul' ille quinqꝫ libris moysi tanq̃ quinqꝫ porticibus claudebatur: sed illi libri prodebãt languidos non sanabant. Lex eniz peccatores conuincebat: non absoluebat. Beda. Deniqꝫ multa genera languentium in eadem iacuerunt: ceci scilicet qui scientie luminecarent. claudi qui ad ea que iubentur implenda: vires nõ habẽt.

Inuidie eua sio.

Allegoria pulcherria

Aridi qui superne dilection is pinguedine caret. Augustinus. Uenit autez c hristus ad populum iudeorum et faciendo magna docẽdo vtilia turbauit peccatores id est aquã presentia sua et excitauit ad passionem suam: sed latens turbauit. Si enim cognouissent: nunq̃ dominuz glorie crucifixissent subito ei' videbatur aqua turbata ꝛ a quo turbabatur non videbatur. Descendere ergo in aquaz turbataz: hoc est humiliter credere in domini passionem. Ibi sanabatur vn' significãs ecclesie vnitatem: postea quisq̃s venerit non sanabatur: qꝛ quisquis p̃ter vnitatem fuerit: sanari non poterit. veq̃ illis qui oderunt vnitatẽ et partes sibi faciunt in hominibus. Habebat autem. xxxviij. annos in infirmitate: qui sanatus est hic enim numerus ad languorẽ ptinet magis q̃ ad sanitatẽ. Quadragenarius enim numerus sacratus: nobis in quadam perfectione commendatur: qꝛ lex in decẽ preceptis data est: et predicanda erat per totum mundum: qui quattuor partibus commendatur. Denari' autez per quattuor multiplicatus ad quadragenarium peruenit. vel quia per euangelium quod quattuor libros habet impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus hꝫ perfectionez legis: et lex nõ impletur nisi in gemino precepto charitatis: quid miraris quia languebat qui. xl. minus duos habebat? necessarius erat illi homo ad sanitatem. Sed homo ille qui ꝛ deus ẽ: et quia illũ iacentem duobus min' inuenit quia duo quedam iubendo quod minus erat impleuit. In duobus enim domini iussis duo precepta significata sunt charitatis. Dei dilectio priore ordine precipiendi. proximi autem dilectio: prior est ordine faciendi. Dicit ergo. Tolle grabatum tuum: quasi diceret. Cuz esses languidus portabat te proximus tuus sanus factus es porta proximũ tuũ. Dic etiã. Ambula. Sꝫ quo

Subtilissima expositio.

iter agis nisi ad dominum deum tuum? Bed. Quid enim est dicere. Surge et ambula? nisi a torpore et ignauia in quibus prius iacebas erigere: et in bonis operibus profi cere stude. Tolle grabatum tuuz. id est proximum tuum a quo porta ris et ipse patienter tolera. Augu stinus. Porta ergo eum cum quo ambulas: vt ad eum peruenias cu quo manere desideras. Ille autem nondum Jesum nouerat: qr et nos credim us in eum: quem non vide mus et vt non videatur declinata turba. Quadam solitudine inten tionis videtur deus: turba strepi tum habet visio illa secretum desi derat.

¶ Postea inuenit eum Jesus in templo et dixit illi. Ecce sa nus factus es: iam noli am plius peccare ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo et nunciauit iudeis: qr iesus esset qui fecit eum sanuz Propterea persequebãtur iu dei iesuz: quia hec faciebat in sabbato: Jesus autem respõ dit eis. Pater meus vsqz modo operatur et ego operor. Pro ptérea ergo magis querebant euz iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum: sed et patrem suum dicebat deũ equalem se faciens deo.

¶ Chrysostomus. Curatus homo non secessit ad nũdinas neqz volu ptati aut vane glorie dedit seipsũ: sz in tẽplo conuersabatur: quod maxi me religionis est signuz. vnde dici tur. Postea inuenit euz Jesus in tẽ plo. Augustinus. Domin' quidez Jesus et in turba euz videbat et in templo. Ille autem languidus Je sũ i turba nõ agnoscit i tẽplo agno scit i loco sacrato. Alcui. Qr si grãz conditoris cognoscere volumus: et ad eius visionem venire fugienda est turba cogitationum et affectuũ prauorum: declinanda sunt prauorũ conuenticula. fugiendum est ad tẽ plum vt nosipsos templum dei stu deamus facere quos deus inuisere et in quibus manere dignetur. Se quitur. Et dixit illi. Ecce sanus fa ctus es iam noli amplius peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Chrysostomus. Ubi prius discim' qr ex peccatis ei nata est hec egritu do. qr enim sepius animam in no bis egrotantem insensibiliter ha bemus: corpus autem et si paruam susceperit lesionem: omne facimus studiũ vt ab infirmitate liberemur. Propterea deus punit corp' pro his que anima deliquit. secundo ve ro qr verus est gehenne sermo. ter tio qr longum est et infinitum sup plicium. Dicunt enim quidaz. Ne quid quia in breui temporis momẽ to adulteratus sum immortaliter crucior? vide qr hic tanto tempore pro peccatis cruciabatur. non eniz temporis mensura peccata iudicã tur: sed ipsa delictoruz natura. Cũ his autez et illud discimus: qr si gra uem sustineamus penam pro prio ribus peccatis. deinde in eadem inciderimus grauiora patiemur. et hoc decenter. qui enim neqz sup plicijs factus est melior vt insensi bilis de reliquo et contemptor: ad maius ducetur tormentum. si autez hic non omnes pro peccatis torquẽ tur: non confidamus. Nihil enim nos hic pati pro peccatis signum est maioris illic futuri supplicij: non autez omnes egritudines sunt ex peccatis sed plures. Quedam enim et a pigritia fiunt quedam propter probationem: sicut in iob. Sed propter quid paralytico huic christus de peccatis mentionem fa cit? Quidaz huic paralytico detra hentes dicunt eum christi: fuisse accusatorem: et propter hoc hec au disse. quid igitur dicent de para lytico qui est apud mattheum? etenim et illi dictum est. Di

Doctrina salubris et aurea chrisostomi.

mittantur tibi peccata tua neqꝫ ēt christus hunc incusat de preteritis: sed ad futurū eū munit solū. Alios igitur curās: peccatorū nō meminit qꝛ his paralyticis ex peccatis egritudines sunt facte: alijs autē ex infirmitate naturali vel per hos reliquos oēs admonet. Cū his aūt ꝛ illud est dicere quoniā multā vidit mēsse anime huius patiētiā: ꝛ vt valentez suscipere admonitionē eum admoet. Tribuit autē signū euꝫ proprie deitatis: dicēdo enīz. Nō amplius pecces: ostēndit se scire omnia que ab eo facta erāt delicta. Aug. Nūc autē ille postea ꝙ̄ vidit Jesuz: ꝛ cognouit euz auctorē salutis sue non fuit piger in euāgelizādo quē viderat. vnde sequitur. Abijt ille homo ꝛ nūciauit eis: quia Jesus erat qui fecit eū sanū. Chry. Nō ita insensibilis erat. vt post tantū beneficium ꝛ admonitionē maligna mente hoc diceret. Si enīz detrahere vellet: sanitatē tacēs trāsgressionē dixisset: sed hoc nō fecit. nō enīz dixit quoniā Jesus est qui dixit. Tolle grabatū tuum quod videbatur iudeis crimen esse sed dixit Quoniam Jesus est qui me sanū fecit. Aug. Sic igitur ille annunciabat: ꝛ illi insaniebāt. vnde sequitur. Propterea persequebantur iudei iesum quia hoc faciebat in sabbato. Manifestū enīz opus corporale factuz erat ante oculos iudeorū: nō sanitas corporis: sed deportatio grabati que nō videbatur ita necessaria quēadmodū sanitas. Aperte ergo dicit dominus sacramētū sabbati ꝛ signuz obseruādi vnius diei ad tēpus datū esse iudeis. Impletionē vero ipsam sacramenti: in illo venisse cōsequitur. Jesus autē respondit eis. Pater meus vsqꝫ modo operatur: ꝛ ego operor. quasi dicat. Nolite putare qꝛ sabbato ita requieuit pater meus: vt ex illo nō operetur. sꝫ sicut ipse nunc operatur sine labore: operor ꝛ ego: sed ideo dictuz est deum requieuisse: quia iam creaturam nullā cōdebat: postꝙ̄ perfecta sunt omnia. quietē vero propterea appellauit scriptura vt nos admoneret post bona opera quieturos. Et sicut deus postꝙ̄ fecit hominem ad imaginē ꝛ similitudinem suā: ꝛ perfecit omnia opera sua bona valde: requieuit septimo die: sic ꝛ tibi requiē nō speres: nisi cū redieris ad similitudinē in qua factꝰ es quā peccato perdidisti: nisi cū bona fueris operatus. Augustinus quarto super genesim ad literam. Dici ergo probabiliter potest ad seruandum sabbatū iudeis fuisse preceptū in vmbra futuri. que spiritualē requiez significaret: quam deus exemplo quietis sue fidelibꝰ bona opera facientibus archana significatione pollicebatur. Augu. super ioannem. Erit enim sabbatū huius seculi cum transierit sex etates: quasi sex dies seculi tūc enīz ventura est requies que ꝑmittitur sāctis. Augustinus quarto super genesim ad literam. Cuius etiā quietis ipse dominus iesus mysterium sua sepultura confirmauit. Ipso quippe die sabbati requieuit in sepulchro postꝙ̄ sexto die consummauit opera sua quando ait. Consummatum est. Quid ergo miruz si deꝰ illū diez quo erat christus in sepultura quieturus volens etiā hoc modo prenunciare ab operibus suis in vno die requieuit: deinceps operaturus ordinem seculorū? Potest etiā intelligi deū requieuisse a condendis generibus creature qꝛ vltra iā non condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vsqꝫ nunc ꝛ vltra operatur eorundem generum administrationez que tunc instituta sunt: non vt ipso saltem die septimo potentia eius a celi ꝛ terre omniumqꝫ rerum quas condiderat gubernatione cessaret: alioquin continuo dilaberentur. Creatoris nanqꝫ potentia causa est subsistēdi omni creature: que ab eis que creata sunt regendis si aliquando cessaret simul ꝛ eorum cessaret species: omnisqꝫ natura concideret neqꝫ enī

Signuz deitatis christus ostendit

Opatio dei qualis.

Sabbatū qd figurauerit.

Tropologica sententia.

sicut structuram edium cum fabrica uerit quia abscedit: atq; illo cessan te stat opus eius ita mundus vix ictu oculi stare poteit. si ei deus re gimen sui subtraxerit. proinde qui dem dominus ait. Pater meus vsq; modo operatur continuationem quam dam operis eius: que vniuersam creaturam cõtinet atq; administret ostendit. Aliter enim posset intelli gi si diceret. Et nunc operatur: vbi nõ esset necesse vt operis continua tionem acciperemus. Aliter autẽ co git intelligi cum ait. Usq; nunc ex illo scilicet quo cuncta cum conde ret operatus est. Augustinus sup ioannem. Ergo tanq; dicere t iudeis quid expectatis vt nõ operer sab bato? Sabbati dies vobis ad signi ficationem meã preceptus est. opera dei attenditis: per me facta sũt om nia. operatus est pater lucem: sed dixit vt fieret si dixit verbo opera tus est: et verbum eius ego sum. Pa ter meus et nunc operatus est cum fecit mundum: et vsq; nunc operat: cum regit mũdũ. ergo et per me fe cit: cum fecit: et per me regit: cũ re git. Chry. Et quidem christus cum discipulos excusare oportebat: da uid conseruum eorũ in mediũ fere bat. Quãdo vero de seipso erat ac cusatio: ad patrẽ refugit. Conside randũ etiã q neq; vt homo solum excusat sed neque vt deus solũ: sed quãdoq; hoc quandoq; illo modo. Uolebat enim vtrunq; credi et cõde scensionis dispensationẽ et deitatis dignitatem. vnde hic equalitatem sui ad patrem ostendit: et in dicẽdo eum patrem singulariter. Dicit ei pater meus: et in agendo eadem il li. Dicit enim: et ego operor. vnde se quitur. Propterea ergo magis que rebant eum iudei interficere: quia non solum soluebat sabbatum: sed et patrem suum dicebat deum. Au gu. Non quomodocũq;: sed q equa lem se facit deo. nam omnes dicim deo. Pater noster q es in celis. Le gimus et iudeos dixisse. Cum tu sis pater noster. ergo non hinc irasce bantur: quia patrem suum dicebat deum sed q longe alio modo q ho mines. Augu. de con. euan. Dicen do enim pater meus vsq; modo ope ratur: et ego operor. q ei esset equa lis voluit intelligi: consequens esse ostendens: vt quoniam pater ope ratur. et filius operetur. quia pater sine filio non operatur. Chrysosto. Si vero non naturalis esset filius nec eiusdem substantie: hec excusa tio maior accusatione esset. Non enim prefectus regalem legem trãs grediens poterit effugere: si accu satus se excuset dicens. Quoniam et rex soluit legẽ. Sed qr par est di gnitas filij ad patrem propterea p fecta excusatio est sic igit pr opans sabbato absolutus ẽ a crimine: ita et filius. Augustinus. Ecce intelligũt iudei quod non intelligunt arriani. Arriani quippe inequalem dicunt filium patri: et inde heresis pulsat ecclesiam. Chrysostomus. Qui ve ro nolunt cum bona mente hoc su scipere: dicunt q christus non fecit se equalem deo: sed iudei hoc suspi cabantur: sed ad hoc per ea que su pradicta sunt superueniamus. Ma nifestum enim est q iudei perseque bantur christum: et quod soluebat sabbatum et q dicebat patrem suũ deum. vnde et quod cõsequenter ad iungitur. Equalem se faciens deo. adheret premissis in veritate. Hy la. vij. de trini. Expositio enim est euãgeliste cãm demõstrãs cur dñz iudei interficere vellent. Chryso. Et iterum: si ipse hoc ipsum vole bat astruere: sed iudei hoc inaniter suspicabantur: non diuisisset domi nus eorum mentem in errore: sed correxisset neq; enim euangelista hoc tacuisset sicut supra de eo quod dictum est. Soluite templum hoc. Augustinus. Non tamen iudei in tellexerunt christum esse filium dei: sed intellexerunt in verbis christi: q talis commendaretur filius dei: q equalis esset deo quia ergo nescie bant talem tamen predicari agno scebant. Ideo dicit. Equalem se fa

Arrianorũ perfidia.

ciens deo:non autem ipse se facie
bat equalez:sed ille illũ genuerat
equalem.

¶ Respondit itaq̄ iesus ꝛ di
xit eis. Amen amen dico vo=
bis:non potest filius a se face
re quicq̄:nisi quod viderit pa
trem facientem . Quecunq̄
enim ille fecerit :hec ꝛ filius si
militer facit. Pater enim dil i
git filium:ꝛ omnia demõstrat
ei que ipse facit:ꝛ maiora his
demonstrabit ei opera vt vos
miremini.

¶ Hyla.vij.de trinitate. Ad viola=
ti sabbati obiectum sibi reatum di
xerat. Pater meus vsq̄ modo ope=
ratur ꝛ ego operor. vt vsurpasse hoc
ex auctoris intelligeretur exem=
plis significaus tamen hoc quod
ipse ageret patris opus esse intelli
gendum quia ipse in se operaretur
operante ꝛ rursum aduersum eam
inuidiam qḋ se deo equasset pater
ni nominis vsurpatione:volens et
natiuitatem confirmare ꝛ nature
virtutem profiteri:respondit. vnde
dicitur. Respondit itaq̄ iesus ꝛ di=
xit eis. Amen amen dico vobis: nõ
potest filius a se facere quicq̄: nisi
quod viderit patrem facientez. Au
gustinus. Quidam qui christianos
Error refellit. se haberi volunt arriani heretici
dicentes ipsum filium dei qui susce
pit carnem:minorem esse q̄ pater
est . capiunt ex his verbis cau=
sam calumnie ꝛ respondent nobis.
Videtis quia dominus iesus cum
aduerteret iudeos ex hoc moueri:
quia patri deo equalem se faceret
talia verba subiunxit vt se equalez
non esse monstraret:qui enim non
potest inquiunt a se facere: quic=
quam nisi quod viderit patrem fa
cientem vtiq̄ minor est;non equa
lis. Sed si deus erat verbum: ꝛ est
deus maior ꝛ deꝰ minor:duos deos
colimus:non vnũ deuz. Hylariꝰ se=
ptimo de trinitate. Ne igitur exe=
quatio illa p nomẽ naturã natiuita
tis que filij est auferet eidem:ait fi
lium ab se nihil facere posse. Au=
gustinus. Tanq̄ diceret. Quid
scandalizati estis:quia patrẽ meũ
dixi deum ꝛ quia equalem me feci
deo:ita sum equalis:vt ille me ge=
nuerit:nõ vt ille a me sed ego ab il
lo sim filio. Hoc est esse quod posse.
Quia ergo substantia filij de pa=
tre est ideo potentia filij de patre
est:quia vero filius non est a se: ideo
non potest a se. sic ergo non potest
filius a se facere quicq̄ : nisi quod
viderit patrem facientem quia vi=
dere filij:hoc est natum esse de pa=
tre. Non alia visio eius:ꝛ alia sub
stantia eius totum quod est de pa=
tre est. Hylariꝰ septimo de trini. Ut
autem maneret salutaris in patre
ꝛ filio confessionis nostre ordo na=
turam natiuitatis ostendit:que po
testatem efficiendi:nõ per incremẽ
ta indultaruz ad vnumquodq̄ opꝰ
virium sumeret:sed de cognitione
presumeret . p̄sumeret aũt non de
aliquo operis corporalis exemplo
vt quod priꝰ pater faceret:id post=
ea filius facturus esset . sed cum
ex patre filius esset natus per vir=
tutis ac nature in se paterne cõsciẽ
tiã:nihil nisi quod patrẽ facientẽ
vidisset filium facere posse testatꝰ
est. non enim corporalibus modis
deus videt:sed visus ei omnis in
virtute nature est. Augustinus se
cundo de trini. Hoc autem si pro=
pterea dictum acceperimus : quia
in forma accepta ex creatura minor
est filius consequens erit vt prior
pater super aquas ambulauerit:ꝛ
cetera que filius in carne apparẽs
inter hoĩes fecit:vt possit filiꝰ ea fa
cere quis autem vel delirus ista
sentiat? Augustinus super ioan.
Ambulatio tamen illa carnis su=
pra mare:a patre fiebat per filiuz.
Quando enim caro ambulabat et
diuinitas filij gubernabat : pater
absens non erat:cum filius dicat.
Pater in me manens ipse facit ope

ra. Cum ergo dixisset. Non potest filius a se facere quicquam. Ne forte carnalis subreperet intellectus: ut faceret sibi homo quasi duos fabros unum magistrum: alterum discipulum: ut quomodo ille fecit arcam: iste facit alteram secutus ait. Quecunque enim ille fecerit hec et filius similiter facit. Non ait. Quecunque pater facit: et filius talia similia facit: sed hec eadem. Mundum pater: mundum filius: mundum spiritussanctus. Si unus deus pater: et filius et spiritussanctus: unus mundus factus a patre per filium in spiritusancto. Hec ergo eadem facit. Addit autem. Similiter ne alius error in animo nasceretur. Videtur enim corpus hoc idem facere quod animus sed non similiter. animus enim imperat corpori: corpus visibile est animus inuisibilis ut faceret aliquid seruus iubente domino fecit: idem ab utroque factum est: sed nunquid similiter? Non ergo sic pater et filius: sed hec eadem facit et similiter facit: ut intelligamus simili potentia facere filium eadem ipsa que facit pater. Equalis igitur est patri filius. Hyla. septimo de trini. Vel aliter. Omnia et eadem ad ostendendam nature virtutem locutus est. Est igitur natura eadem: cum eadem omnia posse nature sit. Ubi vero similiter per filium omnia eadem fiunt similitudo operum solitudinem operantis exclusit. Hec igitur est vere fidei nostre intelligentia: quia sub una hac significatione testantur: et similiter facta natiuitatem et eadem facta naturam. Chrysosto. Vel aliter totum quod dicitur. A semetipso non potest filius facere quicquam: intelligendum est quod nihil contrarium patri: nihil alienum ab eo facere potest. Quod autem non dicit. Quoniam nihil contrarium facit: sed quoniam non potest facere: ut hinc ostendat indissimilitudinem et certitudinem parilitatis. Non enim imbecillitatem filii: sed multam eius virtutem ostendit hoc verbum. Sicut et cum dicimus. Impossibile est deum peccare: non imbecillitatem eius accusamus: sed ineffabilem quandam virtutem eius testamur: ita cum dicit filius. Non possum a meipso facere quicquam. hoc dicit: quoniam impossibile est eum facere aliquid contrarium patri. Augustinus contra sermo. arrianorum. Hoc autem non deficientis est: sed in eo quod de patre natus est permanentis: tanquam laudabile est omnipotentem non posse mutari: quam laudabile est: quod omnipotens non potest mori. Potest enim filius facere quod non vidisset patrem facientem. si posset facere quod per illum non facit pater: hoc est. Si posset peccare: neque nature immutabiliter bone: que a patre est genita conueniret. hoc autem quia non potest non deficienter non potest: sed potenter. Chrysostomus. His autem que dicta sunt attestatur quod sequitur. Quecunque enim ille fecerit: hec similiter et filius facit. Si enim per seipsum pater omnia facit: et filius per seipsum facit: ut hoc quod dicit: similiter maneat: video qualiter intelligentia est excelsa: humilitatis autem verba. si enim humilius produxit verba quedam non mireris. quia enim persequebantur eum excelsa audientes: et contrarium deo esse estimabant. parumper verba remisit. Augustinus. Cum ergo dixisset et se eadem facere: et similiter que facit pater: subdit. Pater enim diligit filium et omnia demonstrat ei quecunque ipse facit. Ad hoc quod supra dixit. Nisi quod viderit patrem facere: videtur pertinere: et quod omnia demonstrat ei que ipse facit. Sed rursus mortalis cogitatio perturbatur. Dicet enim aliquis. Seorsum facit pater: ut possit filius videre quod facit: velut si faber doceat filium artem suam et demonstret ei quicquid facit. ut possit et ipse facere quod viderit. patrem facientem. Cum ergo pater

Posse peccare est impotentie.

facit filius nõ facit: vt possit videre filius quod pater facit. Porro si fixum atq; incõcussũ tenemus: quia per filiũ oĩa pater facit: itẽq; faciat demonstrat filio. Ubi etiã demonstrat filio pater qđ facit nisi in ipso filio ꝑ quẽ facit? si enĩ pater exempla faciat et filius attendat manus patris queẽadmodũ faciat: vbi est illa inseparabilitas trinitatis? Non ergo faciẽdo demõstrat pater filio: sed demonstrãdo facit per filiũ. Uidet eĩ patrẽ filius demonstrãtem anteq̃ aliquid fiat: ⁊ ex demonstratione patris et visione filij fit quod fit a patre per filiũ. Sed dices: ostẽdo filio meo quod volo facere: et facit ipse atq; ego per ipm̃. Sed verba dicturus es filio tuo: sed ipse filius est verbũ patris. Nũquid ergo per verbũ loqueretur ad verbũ? an qꝛ filius magnũ est verbũ minora verba transitura erunt inter patrẽ et filium: ⁊ sonus aliquis et quasi creatura quedã tẽporalis exitura erat ex ore patris: ⁊ percussura aurẽ filij? Remoue oĩa corporalia: simplicitatẽ vide si simplex es: si nõ potes cõprehendere quid sit deus: vel hoc cõprehende quid nõ sit deus: multũ proficies si non aliud q̃ est senseris de deo. In mẽte tua vide qđ volo dicere: in qua video memoriã et cogitationẽ. demõstrat memoria tua cogitationi tue carthaginẽ: ⁊ quod in illa erat anteq̃ intẽderes conuerse ad se cogitationi ostendit. Ecce facta est a memoria demonstratio facta est in cogitatione visio: ⁊ nulla verba in medio cucurrerũt. Nullũ ex corpore signũ datũ est: sed tamen omnia que in memoria tenes foris secus accepisti. Pater que demonstrat filio nõ accepit extrinsecus. in tua totũ agitur: quia nihil creaturarũ esset extrisecus nisi pater. hoc fecisset per filiũ: et eam pater demõstrando fecit: quia per filiũ videntẽ fecit. Sic ergo demonstrans pater filiũ visionẽ gignit: quẽadmodũ pater filium gignit. Demonstratio q̃ppe generat visionem; non visio de-

Cõparatio verbi diuini ⁊ hũani.

monstrationem. quod si purius et perfectius intueri valeremus: fortassis inueniremus nec aliud esse patrẽ aliud eius demonstrationẽ: nec aliud filiũ aliud eius visionẽ. Hyla. vij. de trinita. Non igitur per ignorationẽ credendus est vnigenitus deus doctrina demonstrationis eguisse. Demonstratio eĩ operum nihil aliud hic nobis preterq̃ natiuitatis fidẽ ingerit: vt subsistentẽ filiũ ex subsistente deo patre credamus. Augustinus. Uidere enim patrem hoc est illi esse filiũ. Sic ergo demõstrat pater omnia que facit filio: vt a patre videat omnia filius. Uidendo eĩ natus est: et ab eo est illi videre: a quo est illi esse: et natus ẽ et permanere. Hyla. vij. de trinita. Neq; autem incircũspectũ se celestis s̃mo egit ne forte diuerse natiure significatio sub occasiõe dicti ambigui subreperet. Demonstrata eĩ potius opera patris esse ait domino q̃ ad operationẽ eorum naturã virtutis adiectam: vt demonstratio ipsa natiuitas esse doceretur: cui ꝓ dilectionem patris operũ paternorum que per eum effici vellet esset cognata cognitio. August. Sed ecce quem diximus patri coeternũ vidẽtem patrẽ et videndo existentẽ rursus nobis tẽpora nominat. Nã seq̃tur. Et maiora his demonstrabit ei opera. Si autem demonstrabit. hoc est demõstraturus est: nondũ demõstrauit: et tunc filio demõstraturus est: quando et istis. Sequitur enĩ. Ut vos miremini. Et hoc difficile ẽ videre: quomodo tanq̃ tẽporaliter filio coeterno aliquando monstret eternus pater. omnia scienti q̃ sunt apud patrem. Que sint autem illa maiora facile est intelligere ex hoc quod subditur. Sicut enĩ pater suscitat mor. ⁊c. Maiora enĩ opera sunt mortuos suscitare q̃ lãguidos sanare. sed qui paulo ante loquebatur vt deus cepit loqui vt homo. Demonstrabit enim quasi temporaliter homini facto in tempore opera maiora id est resurrectionẽ corpoꝝ.

Quid sit filio videre patrẽ.

Uigilanter intellige hec.

Corpora enim resurgent per dispensationem humanã: sed anime resurgent per substantiã dei. participatione enim dei fit anima beata non participatione beate anime. Quomodo enim anima que inferior deo est: id quod ipsa inferius est hoc est corpus viuere facit: sic eandem animam non facit beate viuere nisi ꝙ ipsa anima superius est scilicet deus. vnde et prius dictum est ꝙ pater diligit filium ⁊ demonstrat ei que ipse facit. Demonstrat eniꝫ pater filio vt anime suscitentur: quia per patreꝫ et filium suscitantur: nec possunt viuere nisi earuꝫ vita sit deus: vel nobis pater demonstraturus est non illi. propterea subiungit. Ut vos miremini. In quo exposuit quid voluit dicere. Et maiora his demonstrabit ei opera. Sed quare non dixit. Demonstrabit vobis sed filio? quia et nos membra sumus filij ⁊ ipse discit quodam modo in membris suis quomodo et patitur in nobis. sicut enim dixit. Quod vni ex minimis meis dedistis mihi dedistis. ita si interrogaretur a nobis. Quando eris discens cum tu doceas omnia? Respondet. Cum vnus ex minimis meis discit: ego disco.

Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Neqꝫ enim pater iudicat quẽq̃: sed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui nõ honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illũ.

Augustinus. Quia dixerat ꝙ maiora his opera pater demõstraturus est filio: que sint maiora ꝓsequitur et dicit. Sicut enim pater suscitat mortuos ⁊ viuificat sic ⁊ filius quos vult viuificat. Plane maiora sunt ista: valde enim plus est vt resurgat mortuus q̃ vt conualescat egrotus. Non autem sic hoc intelligamus vt alios a patre suscitari: alios a filio estimemus: sed eosdem quos pater suscitat et viuificat: ipsos et filius suscitat et viuificat. Et nequis diceret. Suscitat pater mortuos per filium: ille tanq̃ potens: iste tanq̃ ex aliena potestate. tanq̃ minister facit aliquid. Potestatem filij signauit dicens. Filius quos vult viuificat. Tenete hic non solum potestatem filij verumetiam et voluntateꝫ. Eadem enim patris ⁊ filij potestas est et voluntas. non enim vult pater aliud q̃ filius: sꝫ sicut illis vna substantia: sic vna voluntas est. Hylarius. vij. de trinitate. Uelle quidem nature libertas est que ad perfecte virtutis beatitudinem cum arbitrij voluntate in libertate subsistat. Augustinus. Sed q̃ sunt isti mortui quos viuificat pater et filius? Uult nobis insinuare resurrectionem mortuorum quam omnes expectamus: non illam quam quidam habuerũt vt ceteri crederent: resurrexit enim lazarus moriturus. Cum ergo dixisset. Sicut enim pater suscitat mortuos et viuificat: ne intelligeremus illam mortuorum resurrectionem quam fecit ad miraculum non ad vitam eternam: secutus ait. Neqꝫ enim pater iudicat quẽquam ⁊c. vt ostendat quia de illa resurrectione mortuorum dixerat que futura est in iudicio. Uel aliter. de resurrectione animarum dictum est. Sicut pater suscitat mortuos ⁊c. De resurrectione autem corporũ sic dicit. Neqꝫ enim pater iudicat quẽquam ⁊c. Resurrectio enim animarũ fit per substantiam patris et filij: et ideo id simul operantur pater et filius. Resurrectio vero corporũ fit per dispẽsationem humanitatis non patri coeternam. Sed vide quomodo verbum christi mentem nostram huc atqꝫ illuc ducit vno carnis loco remanere nõ sinit: vt versando exerceat: exercendo mundet: mundando capaces reddat: capaces factos impleat. Paulo enim ante dicebat: q2 demonstrat pater filio quicquid facit: videbam quasi patrem facien-

Eadem operatio trinitatis.

Duplex resurrectio.

tem et filium expectantes. modo rur sus video filium facientem: patrem vacantem. Augusti. primo de trini. Non enim quod dicitur. Omne iudicium dedit filio: secundum illam locutionem dictum est qua dicitur. Sic dedit filio vitam habere in semetipso vt significaret: quia sic filium genuit. Si enim sic diceretur. non vtique diceretur. Pater non iudicat quenquam. secundum hoc enim quod pater equalem genuit filium iudicat cum illo. secundum hoc ergo dictum est: quod in iudicio non forma dei: sed forma filij hominis apparebit. non quia non iudicabit: qui dedit omne iudicium filio: cum de illo dicat filius. Est qui querat et iudicet: sed ita dictum est. Pater non iudicat quenquam: ac si diceretur. Patrem nemo videbit in iudicio: sed omnes filium: quia filius hominis est: vt possit et ab impijs videri. cum et illi videbunt in quem pupugerunt. Hyla. septimo de trinita. Uel aliter: quia dixerat. Et filius quos vult viuificat: ne non natiuitatis videretur in se habere naturam: sed non innate potius potestatis iure subsistere: continuo subiecit. Neque enim pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio. Et in eo quod omne iudicium datum est nature: natiuitas demonstratur: quia et omnia habere sola natura possit indifferens: neque natiuitas aliquid possit habere nisi datum sit. Chrysosto. Sicut enim dedit vitam id est genuit eum viuentem ita dedit iudicium id est genuit eum iudicem. Dedit enim. hic positum est ne hunc ingenitum suspiceris neque duos patres estimes. Dicit autem. Omne iudicium: quia dominus est et puniendi et honorandi vt voluerit. Hyla. vij. de trinita. Datum est enim et omne iudicium: quia viuificat quos vult: neque adeptum patris iudicium potest videri cum ipse non iudicet: quia filij iudicium ex iudicio est paterno: ab eo enim datum omne iudicium est. Sed dati iudicij causa non tacita est. Sequitur enim. Ut omnes honorificent filium. sicut honorificant patrem. Chrysosto.

Solers ter lege.

Ne enim audiens quoniam patrem habet auctorem: dissimilitudinem substantie estimes et honoris minorationem: complicat honorem filij patris honori: eundem ostendens esse honorem patris et filij. Sed nunquid patrem eum dicemus? absit. qui enim patrem eum dicit: non adhuc filium vt patrem honorat: sed totum confundit. Augustinus. Et prius quidem filius videbatur vt seruus: pater honorabatur vt deus: apparebit filius equalis patri. Ut omnes honorificent filium sicut ho. pa. Sed quid si inueniuntur qui patrem honorificant et non honorificant filium: non potest fieri. vnde sequitur. Qui non hono. filium non hono. patrem qui misit illum. Aliud est enim cum tibi commendatur deus. quia deus est: et aliud cum tibi commendatur deus: quia pater est. Cum tibi commendatur deus creator: tibi commendatur omnipotens. spiritus quidam summus: eternus: inuisibilis: incommutabilis. Cum vero tibi quia pater est commendatur: nihil tibi aliud quam filius commendatur. quia pater dici non potest si filium non habet. Sed si forte patrem quidem honorificas tanquam maiorem: filium tanquam minorem: ibi tollis honorem patris vbi minorem das filio. Quid enim tibi aliud videtur ita sentienti: nisi quia pater equalem sibi filium generare aut noluit aut non potuit? Si noluit inuidit. si non potuit defecit. Uel aliter. Quod dicitur. Ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem redditum est resurrectioni animarum quam sic operatur filius sicut pater. sed propter resurrectionem corporum subditur. Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui misit illum. Non dixit sic. Honoratur enim homo christus: sed non sicut pater deus. Sed dicit aliquis. Missus est filius et maior est pater: quia misit. Recede a carne: missionem audi. non separationem. Res humane fallunt homines: res diuine purgant: quamquam et ipse res humane dicant contra se

Trinitatis assertio pulcherrima.

testimonium: velut si quis vxorē velit petere et per se non posset: amicum maiorē mittit qui eā petat. Et tamē attende quasi aliud in rebus huma nis. Nunquid enim homo pergit cum eo quem mittit? pater autē qui misit filium non recessit a filio cum dicat. Non sum solus quia pater mecū est. Augusti. iiij. de trini. Non autem eo ipso φ de patre natus est missus di citur filius: sed vel eo φ apparuit huic mundo: verbum caro factum. vnde dicit. A patre exiui et veni in hunc mundum. vel eo φ ex tempo re cuiusφ mente percipitur sicut di ctum est. Mitte illam vt mecum sit et mecum laboret. Hyla. vij. de trini ta. Conclusa igitur sunt omnia ad uersum heretici furoris ingenia. Fi lius est: quia a se nil facit. De⁹ est: quia quecunφ pater facit: ꝛ ipse ea dem facit: vnum sunt: quia exequā tur in honore. Non est pater ipse: q missus est.

¶ Amen amen dico vobis: q qui verbum meum audit: ꝛ cre dit ei qui misit me: habet vitam eternam. Et in iudicium nō ve nit: sed transiet a morte in vitā.

¶ Glo. Quia dixerat φ filius quos vult viuificat: consequenter osten dit qualiter per filium perueniatur ad vitam dicens. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meum au dit et credit ei qui misit me: habet vitam eternam. Augustinus. Quā doquidem in audiendo et creden do vita eterna est: multo magis in intelligendo. Sed gradus pietatis est fides: fidei fructus intellectus. Et non dixit: mihi. Sꝫ credit ei qui misit me. Quare verbuꝫ audit tuū: et credit alteri. quid voluit dicere: nisi quia verbum eius est in me. Et quid est: audit verbum meum: non audit me. Credit autem ei qui misit me: quia cum illi credit ver bo eius credit: mihi credit: quia verbum patris ego sum. Chryso stomus. Uel nō dixit. Qui audit ser mones meos et credit mihi: estimas sent enim hoc esse tumorem et glo riationem verborum superfluam. Dicens autem. Credit ei qui misit me: susceptibilem faciebat suuꝫ ser monem. Ex duobus enim suum ser monem susceptibilē facit: et in hoc φ patri creditur ab eo qui ipsum audit: et in hoc φ multis bonis po titur. vnde sequitur. Et in iudiciuꝫ non venit. Augustinus. Sed quis est hic? Erit quisφ paulo apostolo melior qui ait. Oportet nos exhibe ri omnes ante tribunal christi. Ali quando ergo iudicium pena dici tur: aliquando iudicium discretio dicitur. Ergo sm iudicium discretio nis oportet nos omnes exhiberi ant te tribunal christi. Secundum iudi cium damnationis hic dicitur. In iudicium non veniet id est non ve niet in damnationem. Sequitur. Sed transit a morte in vitam. Non nunc transit: sed iam tr nsiit a mor te infidelitatis ad vitaꝫ fidei: a mor te iniquitatis ad vitam iusticie. Uel aliter. Ne putares credendo te non moriturum sm carnem: scias te mor tem quam debes supplicio adam persoluturum. Accepit enim ille in quo tunc omnes fuimus. morte mo rieris. Nec potes euadere diuinaꝫ sententiam. Sed cum persolueris mortem veteris hominis: suscipies vitam noui hominis: et transitum facies de morte ad vitam. Ad quaꝫ vitam? ad eternam. Resurrecturi enim in fine seculi mortui in vitam eternam transibunt. vita enim ista nec vita nominanda est: quia non est vera vita: nisi que est eterna. Augustinus de verb. domini. Uide mus autem homines amatores pre sentis vite temporalis ac finiende: sic pro illa laborare: vt quando ve niat mortis metus: quicquid pos sunt faciant non vt auferant: sed vt differant mortem. Si ergo tanto la bore: tanta cura agitur vt aliquan tulum plus viuatur: quomodo agē dum est vt semp viuat? Et si prudē tes dicunt: qui olb⁹ modis agit: vt

Uita e terna in i ellige do.

Iudic distinc

differant mortem et viuant paucos dies: quam stulti sunt qui sic viuunt vt perdant eternam diem?

¶ Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei: et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio habere vitam in semetipso.

¶ Augusti. Posset aliquis dicere. Ex patre aliquis viuificatur cui credit: quid tu non viuificas? vide quia et filius quos vult viuificat. vnde dicit. Amen amen dico vobis: quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filij dei et qui audierint viuent. Chryso. Cum autem dicat. Uenit hora ne forte longum suspiceris tempus addidit. Et nunc est. Sicut enim in resurrectione futura vocem audientes precipientem suscitabimur: ita et tunc fuit. Theophil'. Hoc enim dixit pro his quos a mortuis suscitaturus fuit. s. filia archisynagogi: filio vidue: et lazaro. Augu. Uel aliter. Ne forte quia dixit. Transit de morte ad vitam: intelligamus hoc in futura resurrectione: ostendere volens quomodo transit qui credit: subiungit. Amen amen dico vobis: quia venit hora. que hora? Et nunc est quando mortui audient vocem filij dei. et qui audierint viuent. Non inquit. quia viuunt audiunt: sed audiendo reuiuiscunt. Quid est enim: audient? nisi obedient. Qui enim credunt et secundum veram fidem agunt: viuunt et mortui non sunt. Qui autem vel non credunt vel credunt male viuentes: et charitatem non habentes: mortui potius deputandi sunt et tamen adhuc agitur hora ista et vsque ad fidem seculi ipsa hora vna agitur: vt ioannes dicit. Nouissima hora est. Augu. de ver. do. Quando mortui id est infideles audient vocem filij dei id est euangelium. Et qui audierint id est qui obedierint viuent id est iustificabuntur: et infideles iam non erunt. Augusti. super ioannem.

Anagogica expositio.

Sed quereret aliquis. Habet filius vitam vnde viuant credentes? Audi ipsum dicentem. Sicut enim habet pater vitam in semetipso: sic dedit et filio habere vitam in semetipso. Uiuere quippe suum in illo est: non aliunde: non alienum est: non quasi particeps sit vite: que non est quod ipse. sed habet vitam in semetipso: vt ipsa vita sibi sit ipse. Quid tu? anima mortua eras. Audi patrem per filium. Surge vt in eo recipias vitam quam non habes in te. Qui habet vitam in semetipso. et sic agitur prima resurrectio. Hec enim vita que pater et filius est: ad animam pertinet. Non enim vitam illam sapientie sentit corpus: sed mens rationalis. Hyla. in lib. de synodis. Conclusi quidem heretici scripturarum auctoritatibus: hoc solum tribuere solent filio: vt patri tantum virtute similis sit. tollunt autem ei similitudinem nature: non intelligentes non nisi ex nature similitudine similitudinem esse virtutis. neque enim aliquando inferior natura superioris a se potiorisque nature virtutem consequitur. Non autem potest negari quin filius dei idem possit cum dixerit. Quecumque pater facit eadem et filius facit similiter. sed similitudini virtutis nature similitudo succedit cum dixit. Sicut habet pater vitam in semetipso: ita et filio dedit habere vitam in semetipso. In vita nature et essentie significatio est: que sicut habetur: ita data esse docetur ad habendum. Quod enim in vtroque vita est: id in vtroque significatur essentia et vita quod gignitur est vita. id est essentia que de essentia nascitur: dum non dissimilis nascitur scilicet quia vita ex vita est: tenet in se originis sue indissimilem naturam. Augu. decimo quinto de trinita. Intelligitur autem pater non sine vita existenti iam filio vitam dedisse: sed ita eum sine tempore genuisse: vt vita quam pater filio gignendo dedit coeterna sit vite eius qui dedit. Hylarius. vij. de trini. Quod enim ex viuo viuum natum est: habet natiuitatis perfectionem sine nouitate nature. non enim

Collatio hereticorum

Exẽplũ nature trãsferẽ ad deũ.

nouũ est quod ex viuo generatur in viuũ: quia nec ex nihilo ad natiuitatẽ vita quesita est. et vita que natiuitatẽ sumit ex vita: necesse est p̃ nature vnitatẽ et perfecte natiuitatis sacramentũ vt in viuente viuat et in se habeat vitã viuentẽ. Et quidem nature hũane infirmitas ex disparibus cõparatur: et ex inanimatis cõtinetur ad vitã: nec statim in ea qđ gignitur viuit: neq; totũ viuit ex vita: cum in ea multa sint que sine nature sensu cũ exercuerint deficcẽt. In deo vero totũ qđ est viuit. Deus enim vita est et ex vita nõ põt quicq; esse nisi viuũ. Augusti. Ergo quod dicitur. Dedit filio: tale est ac si diceretur. Genuit filiũ. generãdo eñ dedit. Quõ dedit vt esset: sic dedit vt vita esset in semetipso: vt nõ aliũde vita indigeret: sed ipe esset plenitudo vite: vnde credentes alij viuerẽt dum viuerent. Quid interest: q; ille dedit: iste accepit. Chryso. Uidens indissimilitudinẽ in vno solo differẽtiã ostendentẽ in essendo: hunc qđ ẽ patrẽ: illũ vero filium. Hyla. de syno. Discernitur enim persona accipiẽtis et dãtis. Nõ eñ põt intelligi ipse atq; vnus a se accepisse qui dederit: quia alius est ibi viuẽs alius profitens se viuere per auctorem.

¶ Et potestatem dedit ei iudicium facere: q; filius hominis est. Nolite mirari hoc quia venit hora i qua omnes qui i monumentis sunt audient vocem filij dei: et procedent qui bona fecerũt in resurrectionem vite: qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicij.

¶ Theophi. Non solũ pater dedit filio q; viuificet: sed etiam q; iudiciũ faciat. vnde dicitur. Et potestatem dedit ei iudiciũ facere. Chrysosto. Cuius autem gratia circa hoc continue vertitur: iudicium dico et resurrectionem et vitã: quoniam hec maxime omniũ sunt que introducere possunt et inflexibilem facere auditorem. Qui enim persuasus est q; resurget et filio dabit noxas eorum que deliquit. et si nihil aliud viderit signum hoc suscipiens curret benignũ sibi iudicem faciens. Sequitur. Quia filius hominis est: nolite mirari hoc. Paulus quidem samosetanus nõ ita ait: sed sic. Dedit ei potestatem iudicium facere: quia filius hominis est. sed nullam conuenientiam habet hoc dictum ita. Non enim propterea suscepit iudicium quia homo est: quia quis p̃hibet omnes homines esse iudices: s; q; ineffabilis dei filius est p̃pterea et iudex est. Ita igit legendũ. Quia filius hominis ẽ: nolite mirari hoc. Quia enim videbatur audientibus obstare his que dicebantur quoniã nihil plus estimabãt esse christum q; purũ hominem. qui vero dicebãtur erant maiora q; s̃m hominem et ẽt q; secundũ angelũ et erant solius dei. ideo hanc opinionem soluens dixit. Ne miremini quia filius hominis est. et subdit causaz quare nõ sit mirandum dicẽs. Quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij dei. Et cuius gratia non dixit. Ne miremini quia filius hominis est: et enim ẽ ipse filius dei. si resurrectionem posuit: quia scil; opus dicẽs quod dei proprium erat: dat audiẽtibus ex eo syllogizare de reliquo quoniam deus erat et dei filius. Etenim qui argumenta complicant: cuz partes ponentes nobiliter demõstrauerint quod queritur multotiens nõ inducunt ipsi conclusionem: sed clariorẽ facientes victoriam dimittunt illi q̃ cõtradicit. vt pro eis sententiam ferat. Igitur eius quidem que s̃m lazarũ resurrectionis supra reminiscens de iudicio tacuit: non enim p̃pter iudiciũ surrexit lazarus. Uniuersalem vero resurrectionem inducẽs iudiciũ posuit. vnde sequit. Et procedent q̃ bona fecerunt in resurrectionẽ vite: qui vero mala egerũt in resurrectionem iudicij. Quia eñ supra dixerat. Qui audit s̃monẽ

Pauli samoset̃ani error arguitur.

meū et credit ei qui misit me: in iudiciū nō venit. vt nō estimet quis ꝙ credere sufficit ad salutē. Adiecit hic et de vita duꝫ dicit. Et qui bona egerunt et qui mala egerūt. Augu. Uel aliter. Jnquantū erat verbum in principio apud deū dedit ei vitam habere in semetipso: sed qꝛ verbum caro factū est ex virgine maria homo factus filius hominis est. Et qꝛ filius hominis est accepit potestatē iudicium facere quod. s. erit in fine seculi. Et ibi erit resurrectio corporū mortuorum. Animas ergo suscitat deus per christū filiū dei: corpora suscitat per eundē filiū hominis. vnde additur. Quia filius hominis est. Nam ꝭm ꝙ dei filius est semper habuit. Augusti. de ver. do. Ad iudicium enī in forma hominis ventura est: forma illa iudicabit q̄ iudicata est. sedebit iudex qui stabat sub iudice. Dānabit vero reos qui fact⁹ est falso reus. Rectū enim erat vt iudicādi viderent iudicem. iudicandi autē erant boni et mali: restabat vt in iudicio forma serui ⁊ bonis ⁊ malis ostenderetur. forma dei solis bonis seruaret̃. Beati enī mundo corde qm̄ ipsi deū videbunt. Augu. super Joan. Omnes autem qui instituerunt alicuius etiā falsę religionis sectā: negare resurrectionē mentiū nō potuerunt. sed multi carnis resurrectionē negauerunt: ⁊ nisi tu dn̄e iesu dixeris eā: quid opponem⁹ cōtradictoribus? Ad ipsam igitur ostendendam subdit. Nolite mirari hoc. s. ꝙ dedit potestatē filio hominis iudiciū faciendi: quia venit hora. Augu. de ver. do. Hic nō addit. Et nunc est quia ista hora in fine seculi erit. Nolite ingꝫ mirari qꝛ dixi. Oportet hoīes ab hoīe iudicari. sed quos hoīes? nō soluꝫ quos inueniet viuos. vnde sequit̃. Quia venit hora in qua oēs q̄ in monumētis sunt. Aug. super Joā. Quid euidentius? corpa sunt in monumētis nō aīe. Superius etiam cū diceret. Uenit hora. et adderet. Et nunc est subiecit. qm̄ mortui audient vocē filij dei. Non dixit. Oēs mortui. moetuos enī iniquos voluit intelligi: sꝫ nō oēs iniqui obediunt euangelio. At vero in fine oēs qui sunt in monumentis audient vocē eius. et procedent: noluit dicere. Et viuent. qđ supra dixit. vbi vitā eternā intelligi voluit ⁊ beatā: quā nō oēs habebūt q̄ de monumentis procedēt. Accepisti certe potestatem iudicandi: quia filius hominis es. Resurgent corpora de ipso iudicio. dic aliquid: ⁊ hoc audite. Qui bona fecerunt in resurrectionē vite viuere. s. cū āgelis dei. Qui male egerunt: in resurrectionē iudicij. Hic iudicium pro pena posuit.

Anagogice intellect⁹.

Forma iudicis ventura.

¶ Nō possum ego a meipso facere qcq̄: sed sicut audio iudico: ⁊ iudiciū meū iustū est: quia nō quero voluntatem meā: sed voluntatem eius qui misit me patris.

¶ Augu. Dicturi eramus xp̄o. Tu iudicabis: et pater non iudicabit: nōne ergo ꝭm patrē iudicabis? Et ideo adiecit. Non possum ego a me facere quicq̄. Chry. Hoc est: nō extraneuꝫ neq̄ dissimile his que vult pater a me fieri videbitis: sed sicut audio iudico. In q̄ nihil aliud ostēdit q̄ qm̄ possibile est eū aliqđ aliđ velle ꝙ qđ pater vult. hoc est ita iudico ac si ipse pater eēt qui iudicaret. Augu. Cū ageret̃ de resurrectione animarū nō dicebat: audio sed video. audio enī nunc dicit tanq̄ p̄cipientis patris imperiū. Jā ergo sicut homo loquit̃ quo maior est pater. Augu. in ser. contra arrianos. Uel aliter dicit filius. Sicut audio iudico: siue ex humana subiectiōe: qꝛ filius hominis est: siue ꝭm illam incōmutabilē simplicē q̄ naturaꝫ q̄ sic est filij: vt tamen ei de patre sit. In qua natura non est aliud audire: aliud videre: aliud esse. Unde ab illo est ei audire ⁊ videre: a quo illi est ipsum esse: et ideo sicut audit iudicat: quia sicut genitum est verbū

Simplex natura dei laus.

vt idem verbum sit veritas: ita sm veritatē iudicat. Sequitur. Et iudicium meum iustum est: quia non quero voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me patris. hoc enim dicens ad illum hominem voluit referre intentionem nostram: qui voluntatem suam querendo. nō eius a quo factus est: nō habuit iustum iudicium de seipso: sed iustum iudicium habitum est de ipso. Ipse quippe faciens voluntatem suam non dei: moriturum se esse non credit: sed et hoc iudicium eius iustum non fuit. Denique fecit et mortuus est quia iudicium dei iustum est: quod iudicium facit dei filius: non querēdo voluntatem suam: cum sit etiam hominis filius: non quia ipsius in iudicando nulla voluntas est: sed quia non ita est voluntas eius propria vt sit a volūtate patris aliena. Augustinus super ioan. Non ergo quero voluntatem meam propriam id est filii hominis que resistat deo. faciunt enim homines voluntatem suam non dei quando faciunt quod volunt: non quod iubet deus. Quādo autem ita faciunt: quod volunt: vt tamen sequātur voluntatem dei: non faciunt voluntatem suam. Uel ideo dicit filius. Non quero voluntatem meam: quia christus non est de se: sed de patre suo est. Chryso. Ostendit enim non aliam esse patris voluntatem preter suam: sed vnam vtriusque. Si vero humanius hoc loquitur. Ne mireris. Hominē enim purum adhuc eum estimant. Inde igitur suum iudicium iustum esse dixit. vnde quilibet alius excusans dixisset. qui enim sua vult statuere: in suspitionem deueniet de corruptione iusticie. qui vero non suis innititur quam occasionem habebit: vt iniusta iudicet? Augusti. Filius vnicus dicit non quero volūtatem meam: et homines volunt facere voluntatem suam. Faciamus ergo voluntatem patris christi et spiritussancti: quia horum vna voluntas: vna potestas: vna maiestas est.

doctrina moralis

¶ Si ego testimonium perhibeo de meipso testimoniū meū non est verū. Alius est qui testimonium perhibet de me: et scio quia verū est testimonium eius quod perhibet de me. Uos misistis ad ioannē: et testimonium perhibuit veritati. Ego autem nō ab homine testimonium accipio: sed hec dico vt vos salui sitis. Ille erat lucerna ardens et lucēs. Uos autem noluistis ad horā exultare i luce eius. Ego autem habeo testimonium maius ioanne. Opera enim que dedit mihi pater vt perficiam ea: ipsa opera que ego facio testimoniū perhibent de me: quia pater misit me. Et qui misit me pater: ipse testimonium perhibuit de me. Neque vocē eius vnquam audistis: neque speciem eius vidistis. Et verbum eius nō hētis i vobis manēs: quia quē misit ille: huic vos nō creditis. Scrutamini scripturas: quia putatis in ipsis vitā eternā hēre. Et ille sūt q̄ testimoniū phibēt de me: et nō vultis venire ad me vt vitā hēatis.

¶ Chrysostom'. Quia christus magna de se enūauerat: quoniam de-

monstratio non erat.dicta ad confirmationem eorũ que dicta sunt: oppositionem.eorũ inducit dicens. Si ego testimonium phibeo de me testimoniũ meũ nõ ẽ verũ. Quis ñt non statim turbabitur. xp̃s audiẽs hoc dicentem? Etenim in multis locis apparet sibijpsi testatus. Si igitur omnia hec falsa sunt que nobis erit spes salutis? Unde veritatem inueniemus: cũ ipsa veritas dicat. Testimoniũ meũ non est ve. Hoc igitur quod dicit. Non est verũ: nõ quantũ ad dignitatem suã: sed quantum ad illorũ suspitionẽ loquebatur. Poterant enim et iudei subinferre: quoniam tibi non credimus. Nullus enĩ vnq̃ sibi testans dignus est fide. Deinde post oppositionem alias dat responsiones manifestas et irrefragabiles: tres inducens testes eorum que dicta sunt opera que ab ipso sunt facta. patris testimonium et ioannis predicationem: et ponit priorem minorem: eam.s.que ioannis. vnde dicit. Alius est qui testimonium phibet de me: et scio quoniã verum est testimoniũ ei⁹ quod perhi. de me. Augu. Nouerat enĩ ipse verũ esse de se testimonium suum. sed propẽ infirmos et propter icredulos querebat sol lucernas: fulgorem q̃ppe solis lippitudo eorum ferre non poterat: ideo quesitus est ioannes q̃ testimoniũ phiberet veritati. Martyres nõne testes sũt xp̃i: vt testimonium perhibeant veritati? Sed si diligentius inspicim⁹: quãdo martyres perhibẽt illi testimoniũ: ipse sibi perhibet testimoniũ. Ipse enĩ habitat in martyrib⁹: vt perhibeãt testimonium veritati. Alcui. Uel aliter: q2 xp̃s deus erat z hõ: vtriusq̃ nature proprietatẽ ostẽdit: aliquãdo loquẽs ẽm h̃ qđ ex hoĩb⁹ assumpsit aliũ secundũ maiestatez diuinitatis. Quod ergo ait. Si ego testimoniũ phi.zc. ex parte humanitatis ẽ accipiendũ. et est sensus. Si ego homo de me perhibeo testimonium.s. absq̃ deo testimoniũ meũ non est verum. vnde sequitur. Alius est qui testimoniũ perhibet de me. Pater enim testimonium perhibet de christo: q2 i baptismo vox patris audita est: et in monte transfiguratõ xp̃o. Sequitur. Et scio q2 verum est testimonium eius. Deus enim veritas est ergo testimoniũ veritatis quid aliud potest esse q̃ verũ? Chry. Sed ẽm priorem intellectum possent illi dicere. Si non est verum testimonium tuũ qđ dicis quoniã noui q̃ verum est testimonium ioãnis. vnde ad eorum suspitionem respondet dicẽs. Uos misistis ad ioãnem et testimo. perhi. veritati.q.d. Non misissetis ad ioannez si eum dignum fide non opinaremini. Et quod vtiq̃ maius est. non miserũt ad eũ interrogandũ de xp̃o: sed de seipso. Qui enim missi sunt non dixerũt. Quid dicis de xp̃o? sed tu q̃s es. qđ dicis de teipso? ita magnam de homine admirationez habebãt. Alcui. Ille autem testimoniũ phibuit non sibi sed veritati: sicut amicus veritatis veritati xp̃o testimonium perhibuit. Non autẽ dñs refellit testimoniũ ioãnis qđ vere necessarium fuit: sed ostendit non ita debere homines in ioannez itendere: vt iam non putent solũ xp̃m sibi esse necessariũ. vnde subdit. Ego autẽ nõ ab ho. testi. acci. Beda. Quia non indigeo. Joãnes autem et si testimonium perhibuit: non tamẽ vt xp̃s cresceret: sed vt homines ad ipsius cognitionẽ promoueret. Chry. Testimoniũ etiã ioannis dei testimonium erat. ab illo enim discens dixit quod dixit. Sed ne dicant: vñ manifestũ ẽ q̃ a deo didicit? qđ didicit eor suspitionẽ correxit dicẽs. Sz hoc dico vt vos salui sitis. quasi diceret. Ego quidẽ de⁹ existẽs non indigebã huiusmodi testimonio humano: q2 vero ei magis attenditis et cum magis omnibus fide dignũ putatis: mihi autem neq̃ miracula facienti credidistis: propter hoc vobis commemoro testimoniũ illius. Ut enĩ non dicãt. Quid igi-

Questio vti: s tra: atur.

Obiectio solvitur.

Joãnes quare lucerne cõparatur.

tur si ille dixit. Nos autez non su=
scepimus. ostendit quoniaz non ac
ceptauerunt que ab eo dicta sunt.
vnde sequitur. Ille erat lucerna ar
dẽs et lu. vos autẽ no. ad ho. exul.
in lu. eius. Hoc autem quod dicit.
Ad horaz facilitatem credẽdi ostẽ=
dit: et quamcito ab eo resilierunt:
quod si non fecissent: cito eos ad ie
sum manuduxisset. vocando autem
eum lucernam: ostendit quoniã nõ
ex se habebat lumẽ: sz a spiritusã=
cti gratia. Alcui. Joannes enĩ erat
lucerna illuminatus a christo luce:
ardens fide et dilectione: lucẽs ver
bo et actiõe: qui premissus est vt ini
micos christi confunderet: sz illud.
Paraui lucernam christo meo: ini=
micos eius induam confusione.
Chry. Ad ioannem igitur vos duco
non quasi illius indigens testimo=
nio sed vt vos saluemini. nam. ha
beo maius testimoniũ ioãne. et hoc
est qđ sequitur. Ego autez hẽo testi
monium maius ioanne. hoc autem
est quod est ab operibus. vnde se=
quitur. Opera enim que dedit mi=
hi pater vt perficiam ea: ipsa ope=
ra que ego fa. testi. perhi. de me: q̃
misit me pater. Alcui. Qđ enim ce=
cos illuminat: aures apit: ora mu=
torum resoluit: demonia fugat mor
tuos suscitat: opera hec testimoniũ
perhibẽt de christo. Hyla. vij. de tri
nitate. Unigenitus enim deus nõ
hominis testimonio tantũ: sed etiã
virtutis docet esse se filium. opera
enim eius que facit testantur eum
a patre missum. Itaq̃ filij obedien
tia et paterna auctoritas docentur
in misso. Sed quia opera non suffi
ciunt incredulis ad testimonium.
Sequit. Et qui misit me pater: ipẽ
testimonium perhibet de me. Re=
uoluite euangelica volumina: et oẽ
eorum opus recensete: nullum aliđ
patris de filio testimoniuz extat in
libris q̃ꝫ ꝙ hic sit filius suus. Quid
infertur hodie calũnie vt adoptio
nominis sit vt mendax deus sit. vt
nomina inania sint? Beda. Missio
autem incarnatio eius debet intel=
ligi. Denique ostendit ꝙ deus incor=
poreus sit: et ꝙ corporalibus et vi=
sibilibus oculis videri non possit.
vnde sequitur. Neq̃ vo. eius vn.
au. neq̃ speciem eius vid. Alcui.
Possent enim iudei dicere. Nos so
liti sumus vocem domini audire in
syna: et eum vidim⁹ in specie ignis.
Si ergo deus perhiberet testimo=
nium de te: nos intelligeremus vo
cem domini. Contra hoc dicit. Ego
habeo testimonium a patre: quis
non intelligatis: quia vos nũq̃ au
distis vocem eius: neq̃ speciem ei⁹
vidistis. Chry. Quomodo ergo moy
ses dicit. Si facta ẽ aliquãdo huius=
modi res vt audiret populus vocẽ
dei loquentis de medio ignis sicut
tu audisti et vidisti: vidisse etiam
euz dicuntur Isaias et alij plures.
Quid ergo ẽ quod nũc ait christ⁹?
In philosophicũ eos iducit dogma
paulatim ostendens quoniaz neq̃
vox circa deum est: neq̃ species: sed
superior et figuris est et loquelis tali
bus. Sicut enim dixit. neq̃ vocem
eius audistis. Propter hoc nõ indi
cat ꝙ vocem emittat: sed non audi
bilem ita dicens. Neq̃ speciem ei⁹
vidistis non hoc dicit: ꝙ spẽm sensi
bilem habeat et visibilem: sed q̃m
nihil horum est circa deum. Alcui.
Non enim carnalibus auribus: sz
spiritali intelligentia per gratiam
spiritussancti audiri potest. Non ẽ
vocem spiritalẽ audierant: quoniã
eum amare et preceptis eius obe=
dire nolebant. neq̃ speciem eius vi
derunt: q̃ non exterioribus oculis
videri potest. sed fide et dilectiõe.
Chry. Sed neq̃ posse erat eis dice=
re: ꝙ precepta eius suscepissent et
seruarent: ideoq̃ subiungit. Et ver
bum eius non habetis in vobis ma
nens id est precepta dei legẽ et pro
phetas: et si enim ea deus consti=
tuit: sed apud vos non sunt. si enim
scripture vbiq̃ docent vt mihi cre=
datis: vos autem non creditis: ma
nifestum est ꝙ sermo eius deficit a
vobis. Et propter hoc subdit. Quia
quem misit ille huic vos non credi

Missio christi e[...] ei⁹ icar[...] natio.

tis. Alcuinus. Uel aliter. Uerbū qđ in principio erat: non habent in se manens: qui verbum dei quod audiunt et memoria tenere et opere implere contēnunt. Dixerat igitur se habere testimonium a ioanne: ab operibus a patre: addit et testimonium a lege: que data est p moysen: dicens. Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam eternam habere: et ille sunt que testimoniū perhibēt de me. q. d. Uos q̄ in scripturꝭ putatis vitā eternā habere: et me quasi contrarium moysi repudiatis testimonio ipsius moysi me esse deum intelligere potestis si ipsas scripturas diligenter inuestigatis. Omnis enim scriptura testimonium perhibet de christo. siue p figuras: siue per prophetas: siue p angelorū mysteria. Sz his iudei de xpo non crediderunt: et ideo vitam eternam habere non possunt. vnde sequitur. Et non vul. ve. ad me vt vi. ha. q. d. Scripture perhibent testimonium. Et tñ per tot testimonia non vultis venire ad me id est non vultis mihi credere et a me querere veram salutem. Chry. Uel aliter potest continuari. Possent illi dicere. Qualiter si vocem eius non audiuimus: deus tibi testatus est? et ideo dicit. Scrutamini scripturas ostēdens q̄ per has testatus est deus de eo. etenim in iordane testatꝰ ē et in monte. Sed vocem quidem factam in monte non audierūt: factam autē in iordane audierunt sed non attēderūt. Propterea mittit eos ad scripturas: ostendens quoniam et patris testimonium illic est. Non autem ad lectionem simplicem scripturarum: sed scrutationē exq̄sitam eos mittebat. quia ea que de eo dicebātur in scripturis: desuper obūbrabātur neq3 in superficie exprimebantur: sed velut quidā thesaurus recōdebantur. Non dicit autem: quibus habetis vitā eternam: sed in quibꝰ estimatis vos habere: ostendens quoniam non capiebant magnum fructum et nobiles ex scripturis se lectione estimātes se saluari cū fide essent priuati. Propter quod subdit. Et non vultis ve. ad me. q2 et credere nolebant. Beda. Quod āt venire pro credere ponatur psalmista ostendit dicens. Accedite ad eū et illuminamini. Subdit autē. Ut vitam habeatis. Si enim anima q̄ peccat moritur: et ipsi anima et mēte mortui erant. Promittebat ergo illis vitam anime vel felicitatis eterne.

Margin: Testimonium christi multiplex.

Margin: Scrutinium scripturarum.

Claritatē ab hominibꝰ non accipio: sed cognoui vos: quia dilectionem dei non habetis in vobis. ego veni in nomine patris mei: et non accepistis me. Si alius venerit in nomine suo: illum accipietis. Quomodo vos potestis credere q̄ gloriam ab inuicem accipitis et gloriam que a solo deo est nō queritis? Nolite putare q2 ego accusaturus sum vos apd̄ patrē. Est qui accusat vos moyses in quo vos speratis. Si eī crederetis moysi crederetis forsitan et mihi. De me enim ille scripsit. Si autem illius litteris non creditis: quomodo verbis meis credetis?

Chry. Quia dominus supra meminit et ioānis et testimonij dei et operum suorum vt eos ad seipsum attraheret: probabile erat multos suspicari q̄ hec diceret: gloriam hominum amantis et ideo contra hoc dicit. Claritatē ab homine nō accipio: hoc est non indigeo. Non enim est mea natura talis: vt indigeat ea que ab hominibus est gloria. Si enim sol a lucerne lumine non recipit adiectionem: multo magis ego humana gloria non indigeo. Alcuinus. Uel claritatem ab hominibus non accipio. i. laus

dem humanam non quero. non eni venivt honorem ab hominibus ac ciperem carnalem: sed honorem ho minibus darem spiritualem. Non ergo ideo hoc loquor vt gloriam meam queram: sed condoleo vobis errantibus: et volo vos reducere ad viam veritatis. vnde dicit. Sed co gnoui vos: quia dilectionem dei non habetis in vobis. Chrysosto. quasi dicat. Ideo hoc dixi: vt conuin cam vos: quoniam propter amo rem dei me non persequimini. Et enim ipse testatur mihi et per ope ra et per scripturas. Oportebat igi tur vt sicut me abijciebatis existi mantes esse deo contrarium: ita nūc ad me veniretis: si deum amaretis: sed non amatis. Non autem ab his solum: sed etiam a futuris hoc ostē dit dicens. Ego veni in nomine pa tris mei et non accipitis me. Si ali⁹ vene. in no. suo illum accipietis. Ideo dicit se in nomine patris ve nisse vt omnem abscindat occasionē indeuotionis. Alcui. Ac si dicat ideo veni in mundum: vt per me glorifi cetur nomen patris: quia patri om nia attribuo. Dilectionem ergo dei non habebant: quia nolebant eum recipere qui patris venerat facere voluntatem. Antichristus autem veniet in nomine non patris sed suo vt non gloriam patris sed suā que rat. Quia enim iudei noluerunt re cipere christum pena peccati huius congruet vt recipiant antichristum vt qui nolunt credere veritati cre dant mendacio. Augustinus, de ver bis do. Sed audiamus et ioannem. Audistis quia antichristus venit: et nunc antichristi multi facti sunt. Quid autem expauescis in antichri sto nisi quia nomen suum honora turus est: et nomen domini contem pturus? Quid aliud facit qui dicit. Ego iustifico: nisi bonus fuero peri sti. Ergo vita mea ex te pendebit: et salus mea ex te religabitur: ita ne oblitus sim fundamentū meū nōne petra erat christus? Chrysostomus. Sic igitur irrefragabilem inde


Antichristi desi gnatio.

uotionis eorum ponit demonstra tionem quasi dicat. Si vt amantes deum me persequeremini: multo magis in antichristo hoc vos facere oporteret. ille eni nō dicet se a patre missum: neq; sm voluntatē illius ve nire: sed econtrario ea que sibi non congruunt rapiēs sup oia deum se esse dicet. Manifestū est igitur q; li uoris persecutio erat qua xp̄m pse quebantur: et odij in deum. Deinde causam eorum infidelitatis ponit di cens. Quomodo vos potestis cre. q̄ gloriā abinuicē acci. et glo. que a so lo deo est non queritis? Hinc enim rursus ostendit quoniā non que dei sunt intendebāt. sed propriam vole bant passionem defendere. Alcui. Magnū igitur vitium est iactātia et humane laudis ambitio que de se vult estimari qđ de se non hz. Ideo enim non possunt credere: q: superba mens eorum laudari desiderat: et se super alios efferre. Beda. Hoc autē vitium melius caueri non pōt: q̄ vt ad conscientias nostras redeamus nosq; puluerē esse consideremus: et si quid nobis boni inesse deprehendi mus non nobis: sed deo ascribam⁹. Instruimur etiam vt semper nos ta les exhibeamus: quales ab alijs vi deri desideram⁹. Denique posset ipsi respondere. Ergo accusabis nos apud patrē? Et ideo eorū questionē preueniēs subdit. Nolite putare q: ego accusaturus sum vos apud pa trem. Chry. Quia. s. non veni dāna re: sed saluare. Est q̄ accu. vos Moy ses: in quo vos speratis. Sicut enī de scripturis supra dixit. In quibus putatis vitam eternam habere: ita et de moyse ait: in quo vos speratis: ex proprijs eos vbiq; capiens. Sed dicent qualiter nos ille accusabit? quid tibi et moysi commune: qui sab batum soluisti? et ideo subdit. Si enim crede. Moysi: crederetis for. et mihi. De me enim ille scripsit Hec ex superioribus constitutio nem habent cum enim in confessiō ne deductum sit q; a deo veni: ab orib⁹ a voce: ioannis: a pro. tesb.

Ambi tiōis vi tium ta xatur.

ctabant potiri mensa corporali. Ad-
huc tamen eū venerabantur: q̄ re=
cens erat signum: ꝛ ppterea nō ma
nifeste ei contradicebant: sed mur=
murādo suā turbationē ostēdebāt.
quid autē murmurādo dixerint sub
ditur. Et dicebant. Nōne hic est Je
sus filius Joseph? cuius nos nouimus
patrē ꝛ matrem: quomodo ergo di=
cit hic: qz descendi de celo. Aug. Lon
ge aūt isti erant a pane de celo: nec
eū esurire nouerant. panis eñ iste
interioris hois querit esuriē. Chry.
Manifestū est em quoniā mirabilez
eius nondū sciuerat generationem:
propterea eū adhuc filiū Joseph di
cunt: sed non increpantur. Non eñ
respondit eis. Non suz filius Joseph:
qz non poterāt illū mirabilē partuz
audire. Si vero eum qui sm carnez
nō poterant manifeste audire: mul=
to magis nec superiorē ineffabilem.
Aug. Ab hominibus enim carnem as
sumpsit: sed non more hominū: naz
patrem habens in celo matrē elegit
in terra: ꝛ illic natus sine matre: ꝛ hic
sine patre: quid ergo talibus mur=
murantibus respōdit subditur. Re=
spondit ergo iesus ꝛ dixit eis: nolite
murmurare inuicē. q. d. Scio quare
non esuritis sic: vt istum panem: nō
itelligatis neqz queratis. Nemo po
test venire ad me: nisi pater qui mi
sit me traxerit illuz. Magna gratie
cōmendatio. nemo venit nisi tractus
quem trahat: ꝛ quē non trahat: qua
re illū trahat: ꝛ illum non trahat no
li velle iudicare: si non vis errare. se
mel accipe ꝛ intellige: si non trahe=
ris: ora vt traharis. Chry. Hic autez
insiliunt manichei dicentes: qm ni=
hil in nobis est positum: sed hoc non
quod in nobis est destruit: sed osten

dit nos diuino auxilio indigentes.
ostendit enim hic non eum qui inhi
tus venit: sed eum qui multam pa
titur oppugnationem. Augu. Si eñ
inuiti trahimur ad christum: ergo
inuiti credimus: ergo violentia ad=
hibetur: non voluntas excitatur: sed
intrare quisqz ecclesiaz potest nolēs
credere non potest nisi volens: corde
enim creditur ad iustitiam. si ergo
inuitus venit qui trahitur: non cre=
dit: si nō credit nō venit. nō ei ad xpz
ambulando currimus: sed credēdo
nec motu corporis: sed volūtate cor=
dis accedimus: ergo voluntate tra=
heris. Quid est autem trahi volun=
tate? delectare in domino: ꝛ dabit ti
bi petitiones cordis tui. est quedam
voluptas cordis cui dulcis est panis
ille celestis: porro si poete dicere li=
cuit. Trahit sua quemqz voluptas:
quanto fortius nos dicere debemus
trahi hominem ad christum: qui de
lectatur veritate: beatitudine: iusti=
tia: sempiterna vita: quod totū chri
stus est. An non habent corporis sen
sus voluptates suas ꝛ animus dese
ritur a voluptatibus suis. Da amā=
tem: desiderantem: feruentem: fonti
eterne patrie suspirantem: ꝛ scit qd
dicam: sed quare voluit dicere: quez
traxerit pater si trahēdi sumus ab
illo trahamur: cui dicit quedaz que
diligit. Trahe me post te. Sed quid
intelligi voluit aduertamus. Tra=
hit pater ad filium eos qui propte=
rea credūt in filium: qz eum cogitāt
patrem habere deum. Deus eñ pa
ter equalem sibi genuit filium: et q̄
cogitat atqz in fide sua sentit ac ru=
minat equalem esse patri eū in quē
credit: ipsum trahi pater ad filium
Arrius credidit creaturam: non eū
traxit pater. Fotinus dicit. Homo so=
lus est christus: qui sic credit: nō euz
pater trahit: traxit petrū qui dixit.
Tu es christus filius dei viui. vnde
et dictum est. Non tibi reuelauit ca
ro ꝛ sanguis: sed pater meus qui in
celis est. Ista reuelatio ipsa attra=
ctio est. Si eñ qui inter delitias ter=
renas reuelantur amātibus trahūt

Gratie commēdatio.

Occultatio mysterij.

Qui trahi dicantur a patre.

non trahet reuelatus christus a patre? Quid enim fortius desiderat aia quam veritatem? sed hic homines esuriunt ibi saturabuntur. ideo subiecit. Et ego resu. eum in no. die. q. d. saturabitur eo quod et hic sitit in resurrectione mortuorum: quoniam ego resuscitabo eum. August. de q. no. et ve. te. Uel attrahit pater ad filium per opera que faciebat per illum. Chry. Non parua dignitas filii si pater adducit: et ipse suscitat non diuidens ad patrem opera: sed ostendens parilitatem virtutis. Deinde ostendit modum secundum quem pater trahit di. Scriptum est in prophe. Et erunt omnes doci. dei. Uides fidei dignitatem. quam non ab hominibus neque homines: sed ab ipso deo eam debeant addiscere. Magister enim presidet omnibus paratus existens sua tribuere. ad omnes suam doctrinam effundens. Si autem erunt omnes docibiles dei: qualiter quidam non credunt? quia hoc de pluribus dictum est: siue quoniam omnes qui volunt. Aug. de predesti. sanctorum. Uel aliter. Sicut integre loquimur cum de aliquo litterarum magistro qui in ciuitate solus est dicimus omnes iste hic litteras docet: non quia omnes discunt: sed quia nemo nisi ab illo discit quicumque ibi litteras discit. Ita recte dicimus. Omnes deus docet venire ad christum: non quia omnes veniunt: sed quia nemo aliter venit. Augu. super Joan. Uel aliter. Omnes regni illius homines docibiles erunt dei: non ab hominibus audient: et si hic ab hominibus audiunt: tamen quod intelligunt intus datur. strepitum verborum ingero auribus vestris nisi reuelet ille qui intus est: quomodo ergo o iudei me potestis agnoscere quos pater non docuit? Beda. Dicit autem pluraliter. In prophetis: quia omnes prophete: vno eodemque spiritu repleti: licet diuerse prophetarent: tamen ad idem tendebant. quapropter cum quouis eorum omnes alii concordabant: sicut cum Joele propheta qui dicit. Erunt omnes docibiles dei. Glo. Hoc in Joele non inuenitur: sed aliquid simile. dicitur enim ibi. Filii syon exultate et letamini in dno deo nostro: quia dedit vobis doctorem. Expressius tamen est in Isaia vbi dicitur. Ponam vniuersos filios tuos doctos a domino. Chrysostomus. Quod quidem precipuum est. quia ante per homines discebantur que dei sunt: nunc autem per vnigenitum filium dei et spmsanctum. Aug. de prede stinatione sanctorum. Omnes autem docibiles dei veniunt ad filium: quoniam audierunt et didicerunt a patre per filium. vnde subditur. Omnis qui audiuit a patre et didicit venit ad me. Si autem omnis qui audiuit a patre et didicit venit: profecto omnis qui non venit non audit a patre nec didicit. Ualde remota est a sensibus carnis hec schola in qua pater auditur et docet: vt veniatur ad filium: nec agit hoc cum carnis aure: sed cordis: vbi est et ipse filius: quia ipse est verbum eius per quod pater sic docet: simul est et spiritussanctus. Inseparabilia enim dicimus esse opera trinitatis: sed patri hoc potissimum est attributum: quia de ipso procedit et filius et spiritussanctus. Itaque gratia que occulte et humanis cordibus diuina largitate tribuitur: a nullo corde duro respuitur. ideo quippe tribuitur vt cordis duricia primitus auferatur. Cur ergo non omnes docet: vt veniat ad christum: nisi quia eos quos docet: misericordia docet: quos autem non docet: iudicio non docet: si autem dixerimus quod volunt discere: quos non docet: respondebitur nobis. Et vbi est quod ei dicitur Deus tu conuertens viuificabis nos: aut si non facit volentes ex nolentibus deus: vt quid orat ecclesia secundum preceptum dni pro persecutoribus suis: non ei quisque dicere potest credidi: vt sic vocaret. preuenit quippe eum misericordia dei: quia sic est vocatus vt crederet. Augustinus super Joannem. Ecce ergo quomodo trahit pater docendo de veritate non necessitatem imponendo sed trahere enim dei est. Omnis qui audiuit a patre et didicit: venit ad me. quid igitur christus nihil docuit. quid quod patrem magistrum

Prophete omnes vno spu christum testati sunt.

Schola celestis describitur.

hoīes nō viderunt: filiū viderunt:
filius ergo dicebat: sed pater doce= Pr̄ celestis trahit.
bat si ego hō cū siz illū doceo: q̄ au=
diuit verbū meū illū docet ⁊ pr̄ q̄ au
diuit verbū eius. Exponit aūt hoc
ipse ⁊ ostendit nobis quid dixerat
continuo subiungens. Non qꝛ pa.
vi. quisp̄: nisi qui a deo est hic vi.
patrē quasi dicat. Ne forte cū dico
vobis oīs qui audiuit a patre ⁊ di=
dicit: dicatis apud vos. Nunq̄ vidi
mus patrē quō ab eo discere pote=
rimus: a meipso audite. Ego noui
patrē ab illo suz: quō verbū est ab
illo cuius est verbū nō qd sonat ⁊ trā
sit: sed q̄ manet cuz dicente ⁊ trahit
audientē. Chrys. Oēs quidē a deo
sumus. Id vero quod est p̄cipuū
filij ⁊ propriū hic non posuit ꝓpter
auditorū ibecillitatē.

Amen amen dico vobis: q̄
credit in me habet vitam eter=
nam. Ego sum panis vite. Pa
tres vestri manducauerunt
manna in deserto ⁊ mortui sūt
Hic est panis de celo descen=
dens: vt siquis ex ipso mandu
cauerit non moriatur. Ego suz
panis viuus qui de celo desce
di. Siquis manducauerit ex
hoc pane viuet in eternum.

Augu. Reuelare voluit se domi=
nus quid esset. vnde dicit. Amen
amen dico vobis: qui credit in me
habet vitā eternā quasi dicat. Qui
credit i me: hz me: qd est āt habere
me: hr̄e vitā eternā. vita ei eterna
est verbum quod in principio erat
apud deū: ⁊ vita erat lux hominuz
assūpsit vita mortē: vt vita occide=
ret mortē. Chry. Quia vero turbe
instabant: cibū corporalez petētes
⁊ eius cibi qui patribus eorū dat⁹
erat reminiscentes: vt ostendat q̄
oīa illa figura erant huius verita
tis presentis: mētionē de cibo spūa
li facit dicens. Ego suz panis vite.
Panē quidē vite seipsuz vocat: quo
niā vitā nostrā continet ⁊ hāc ⁊ fu
turā. Augu. Sed quia illi de māna
superbiebant subiungit. Patres ve
stri māducauerūt māna in deserto Compatio māne ⁊ eucharistie.
⁊ mortui sunt. Ideo patres vestri:
qꝛ similes estis illoruz murmurato
res patres murmuratoruz filioruz
Nā de nulla re magis deū offendis
se ille populus dictus est: q̄ cōtra
deū murmurādo. Ideo aūt mortui
sunt: qꝛ quod videbāt credebāt: qđ
non videbant non credebant neq̄
intelligebant. Chry. Non aūt sine
causa addit. In deserto: sed occul
te insinuans quoniā nō longū tem
pus fuit: quo scz māna datū est ne
q̄ simul cuz venit in terram promis
sionis: sed quia videbant panē da
tum a christo minus esse illo quod
patribus datū erat in eo q̄ illud de
super descendebat. Miraculū vero
panū inferius gerebatur propte=
rea subiungit: hic est panis de celo
dscendens. Aug. hunc panē signifi
cauit māna: hunc panem significa=
bat altare dei. Sacramenta hec
sunt: vlla fuerunt. In signis diuer
sa sunt: in re que signatur paria sūt
Apostolū audi. Omnes eandē escā
spiritalē manducauerunt. Chryso.
Deinde ostendit q̄ maxime eos po
terat persuadere: quoniā ipsi pa=
tribus suis multo digniores effecti
sunt: qui māna manducantes sunt
mortui. ⁊ ideo subdit. Ut siquis ex
ipso manducauerit: non moriatur.
A fine vtriusq̄ cibi ostendit differē
tiā. panē autē hic dogmata saluta=
ria dicit. ⁊ fidē que in ipsuz est: aut
corpus suū: hec eñ conseruant ant̄
maz. Augu. Sed nunquid nos non
morimur qui manducauimus pa=
nem descendentē de celo: sic illi sūt
mortui: quēadmodū ⁊ nos sum⁹ mo
rituri quātū attinet ad mortē hui⁹
corporis visibilē atq̄ carnalē. qtū
aūt ptinet ad mortē spiritalē qua
patres istorū mortui sunt. Mandu Qō pulchra res soluit.
cauit māna moyses: ⁊ multi qui do
mino placuerunt: ⁊ mortui nō sunt
qꝛ visibilē cibū spiritualiter intelle
xerunt: spiritualiter gustauerunt
et spiritualiter satiarentur. Nam

⁊ nos

et nos hodie accipimus visibiles ci bum: sed aliud est sacramentum: aliud virtus sacramenti: quoniam multi de altari accipiunt. et accipiẽdo moriuntur. vnde apostolus. Judicium sibi manducat et bibit: panem ergo celestem spiritualem mãducare est innocentiã ad altare apportare. peccata et si sint quotidiana: non sint mortifera. antequam ad altare accedatis: attendite quid dicatis. Dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris: si dimittis: dimittent tibi securus accede panis est non venenum. siquis ergo ex hoc pane mãducauerit: non morietur. Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti non quod pertinet ad visibile sacramẽtum: qui manducat. s. intus non foris. Alcuin'. Ideo inquit non moritur qui comedit hunc panem: quia ego sum panis viu' qui de celo descẽdi. Theophi. Per hoc scilicet quod incarnatus est: non ergo prius solum fuit homo: et postmodum assumpsit diuinitatem vt nestorius fabulatur. Augu. De celo descendit et manna: sed manna vmbra erat: iste veritas est. Alcui. est autem mea vita viuificans. vñ sequitur. Siquis mãdu. ex hoc pa. viuet non tãtum in pñti per fidem et iustitiam: sed in eternum.

Accept' altaris docetur

¶ Et panis quem ego dabo caro mea est: pro mundi vita.

¶ Aug. Determinat pariter domin' quomodo se panem dicat non tantum secundum diuinitatẽ qua pascit omnia sed etiã secundum humanã naturã que est assũpta a verbo dei. cum subdit. Et panis quem ego dabo ca. mea est pro mũdi vita. Beda. Hunc panem tunc dominus dedit quãdo mysterium corporis et sãguinis sui discipulis tradidit: et quando semetipsũ deo patri obtulit in ara crucis. quod ait pro dicit. Pro mundi vita. non debem' intelligere pro elementis: sed pro omnibus qui mundi nomine designãtur. Theo. phi. In hoc quod dicit. Quem ego dabo potestatem suam demonstrat: quia non sicut seruus minor patre cru cifixus est: sed voluntarie. nam et si a patre dari dicatur: tamen seipsum tradidit ipse. Attende autem quod panis qui in mysterijs a nobis assumitur: non solũ figurã gerit carnis christi sed ipse est vera caro christi. nõ enim dixit. Panis quẽ ego dabo figurã carnis mee gerit: sed caro mea est. Transmutatur autem inenarrabilib' verbis iste panis per mysticam benedictionẽ et habitationem spũs sancti in carne christi. Sed quare nõ videmus carnẽ? quia si caro videretur horror nos in eius assumptione inuaderet. vnde vt nostri infirmitati condescẽdatur talis nobis videtur mysticus cibus secundum quod nostre consuetudini cõpetebat pro mundi autem vita carnẽ suam tradidit. quia moriẽdo mortẽ soluit. Ego etiã intelligo pro mundi vita resurrectionem: nã domini mors vniuersalem resurrectionem toti generi humano ministrauit. forte autem et vitam que in sanctificatione et beatificatione consistit et spiritu. mundi vitam dixit: Quis enim non omnes susceperint vitam que est in sanctificatione et spiritu tamẽ dominus seipsum pro mundo tradidit: et quantum in eo est totus mundus sanctificatur. Augustinus. Quando autem caperet caro quod dixit panem carnem: norunt autem fideles corpus christi si corpus christi esse non negligãt: fiãt corpus christi: si volunt viuere de spiritu christi. de spiritu enim christi non viuit: nisi corpus christi. nunquid enim corpus meum viuit de spiritu tuo? Hũc panem exponit apostol' dicẽs. Unũ corpus multi sumus. O sacramentum pietatis o signum vnitatis: o vinculũ charitatis qui vult viuere accedat: credat: incorporetur vt viuificetur.

Transsubstãtiatio panis.

Beneficium sacramentale.

¶ Litigabant ergo iudei ad inuicem dicentes. Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum. Dixit ergo eis iesus. Amen amẽ dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis et biberi

ritis:eius sanguinem:non ha-
bebitis vitam in vobis. Qui
manducat meam carnem ꝛ bi
bit meum sanguinem: habet
vitam eternam ꝛ ego resuscita-
bo eum in nouissimo die.

¶ Augu. Quia iudei panem con-
cordie non intelligebant adinuicē
litigabant. vnde dicitur. Litigabāt
ergo iudei adinuicē dicen. quomo-
do potest hic no. da. car. suā ad mā
ducandum? Qui autem manducāt
talem panem:non litigant ad inui
cem:quoniā per hunc deus habita
re facit vnanimes in domo. Beda.
Putabant ergo iudei ꝙ dominus
particulatim carnē suā diuideret
ꝛ eis ad mādūcādū daret ꝛ iō litiga
bāt:qꝛ nō intelligebāt. Chr. Qꝛ igit
dicebāt hoc esse impossibile:vt scilꝫ
carnē suā ad māducādū daret ostē
dit quoniā nō solū nō est impossibi
le:sed valde necessariū. vñ sequit.
Dicit ē eis iesus. Amē amē dico vo
bis:nisi māducaueritis carnē filij
hoīs:ꝛ biberitis eius sanguinē. nō
habebitis vitā in vobis. Aug. q. d.
Quomodo qdē detur:ꝛ quisnā sit
modus māducādi istuꝫ panē igno
ratis verumtamē nisi māduca. ꝛc.
Bed. ꝛ ne crederetur illis solis hoc
dixisse mox generalē sniam intulit
di. Qui mā. meā car. ꝛ bi. meū san.
Augu. Et ne istā vitā intelligentes
de hac re litigarēt:secutꝰ adiūxit.
Hꝫ vitā eternā. Hāc ergo nō habet
qui istā carnē nō māducat:nec istū
Panis vite quo intelligat
sanguinē bibit. Nā tēporalē vitaꝫ
sine illo habere homines possunt
eternā vero omninomon possunt.
Non ita est hec esca:quā sustētāde
huius tēporalis vite cā sumimꝰ:nā
qui eā nō sumpserit nō viuet nec ta
men qui eam sumpserit viuet. Fi. e-
ri enim pōt vt morbo vel senio vl ali
quo casu plurimi qui eam sumpse-
runt moriant. In hoc vero cibo ꝛ po
tu id est corporis ꝛ sanguinis dñi:
nō ita est. nā ꝛ q eā nō sumit nō ha
bet vitā:ꝛ qui eam sumit habet vi-
tam ꝛ hanc vtiqꝫ eternā. Theo. Nō
em̄ puri hoīs caro est:sed dei ꝛ ho
minē diuinū facere volēs tanqꝫ di-
uinitate inebriās. Augu. xxi. de ci-
uita. dei. Sunt autē quidā libera-
tionē ab eterno supplicio hoībus
promittētes christi baptismate ab-
lutis:qui participes sunt corporis
eiꝰ: quomodolibet vixerint: ꝓpter
illud qđ dicit hic. Sꝫ cōtradicit eis
apostolus di. Manifesta sunt ope-
ra carnis que sunt:fornicatio:immū
ditia ꝛc. que predico. sicut predixi.
quoniā qui talia agunt regnū dei
nō possidebūt. Quaobrē quomodo
sit accipiendum qđ hic dicitur me-
rito queritur. Qui em̄ in eiꝰ est cor
poris vnitate .i. in christiano:cuiꝫ cō
page mēbrorum cuius corporis sa
cramentū fideles cōmunicantes de
altari sumere cōsueuerūt:ipse vere
dicēdus est manducare corpus ꝛ bi Qđ vi lis:
bere sanguinē christi:ac per hoc he
retici ꝛ scismatici ab vnitate corpo
ris separati:possunt idē percipere
sacramētū:sed nō sibi vtile: immo
vero etiā noxiū quo iudicētur gra
uius ꝙ vel tardius liberentur. neqꝫ
illi etiā in perditis ꝛ dānabilibus
moribus debent esse securi:qui per
vite iniqtatē:ipsaꝫ vite iustitiā que
est christus deserunt siue fornican
do siue aliquid hmōi faciēdo. Nō
enim isti dicēdi sūt māducare corpꝰ
xpi. qm̄ nec in mēbris cōputādi sūt
christi. Ut enim alia taceā: nō pos-
sunt simul esse mēbra christi:ꝛ mem
bra meretricis. Augu. super Joan.
Hunc itaqꝫ cibū ꝛ potū societatem
vult itelligi corporis ꝛ mēbrorū suo
rum:qđ est ecclesia in ꝓdestinatis ꝛ
vocatis ꝛ iustificatis ꝛ glorificatis
sanctis ꝛ fidelibꝰ eiꝰ. huiꝰ rei sacra-
mētū id ē vnitas corpis ꝛ sanguinis
xpi alicubi qtidie alicubi certis in
teruallis dierū in dñica mēsa ꝓpa-
ratur:ꝛ de dñica mēsa sumit qbus-
dā ad vitā:qbusdā ad exitiū. Res
vo ipsa cuiꝰ sacramētū est:oī hoī ē
ad vitā:nulli ad exitiū qcūqꝫ eiꝰ ꝑti- Corpus
ceps fuerit. Ne aūt putarent sic in xpi my-
illo cibo ꝛ potu ꝓmitti vitā eternā. sticum.

vt q̄ eā sumerēt:iā nec corpore mo- rerent. Hunc cogitationi occurrens subiūgit dicēs. Et ego resuscitabo eū in nouissimo die: vt scʒ hīt interi vitā eternā ſm spm̄ in requie q̄ san- ctorū spūs suscipit. Qđ aūt ad corpꝰ attinet: nec corpus etiā vita eternā fraudetur sed in resurrectione mor tuorum in nouissimo die eam ha- beat.

¶ Caro enim mea vere est ci- bus: ⁊ sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem: ⁊ bibit meum sangui nem: in me manet: ⁊ ego in il- lo. Sicut misit me viuens pa ter ⁊ ego viuo propter patrem ⁊ qui manducat me: ⁊ ipse vi- uet propter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non si- cut manducauerunt patres ve stri manna ⁊ mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in eternum. Hec dixit in sy- nagoga docens in caphar- naum.

¶ Beda. Dixerat superius. Qui manducat meā carnē ⁊ bibit meum sanguinē: habet vitam eternā: ⁊ vt ostēderet quāta distantia sit inter cor poralē cibum ⁊ potum ⁊ spirituale mysteriū corporis ⁊ sanguinis sui adiecit. Caro.n. mea vere est cibꝰ. ⁊ san. me. vere est potus. Chrys. Hoc aūt dicit: vt credant his q̄ dicta sūt vt nō estimēt enigma ⁊ parabolaʒ eē: sʒ sciant q̄m oīno oportet mādu care corpus xp̄i aut vult dicere ꝙ verus cibus est hic q̄ aīam saluat. Aug. Uel aliter. Cū cibo ⁊ potu id appetāt hoīes vt nō esuriāt neqꝫ si tiāt hoc veraciter nō p̄stat nisi iste cibꝰ ⁊ potꝰ q̄ eos a qbꝰ sumitꝛ imorta les ⁊ icorruptibiles facit. i. societas ipsa sanctorū: vbi pax erit: ⁊ vnitas plena atqꝫ perfecta: ꝓpterea dn̄s noster corpus ⁊ sanguinē suū i eis

rebꝰ cōmēdauit: que ad vnū aliqđ rediguntur ex multis namqꝫ aliud scʒ panis ex multis granis in vnū constat. aliud scʒ vinū ex multis aci nis confluit. Deinde iam exponit quid sit manducare corpus eius: ⁊ sanguinē bibere dicens. Qui mā. me. car. ⁊ bi. me. sang. in me ma. et ego in illo. Hoc est ergo mādūcare illam escam: ⁊ illū bibere potū: in christo manere: ⁊ christum in se ha bere. Ac per hoc qui non manet in christo: ⁊ in quo non manet christꝰ: proculdubio nec manducat eiꝰ car nē nec bibit eius sanguinē: sed ma gis tāte rei sacramentum ad iudi cium sibi manducat ⁊ bibit. Chry. Uel aliter continuatꝛ: qꝛ promiserat se māducātibus vitam eternam. vt ergo hoc cōfirmet induxit. Qui mandu. meā carnem. ⁊c. Augu. de ver. do. Multi quidē qui vel corde ficto carnē illam māducāt ⁊ sangui nē bibunt vel cum māducauerint apostate fiunt nūquid manēt i chri sto: ⁊ christus in eis? Sed est profe cto quidā modus māducādi illam carnē: ⁊ bibēdi illū sanguinē: quo q̄ māducauerit ⁊ biberit in xp̄o ma- net ⁊ xp̄s in eo. Augu. xxi. de ciui. dei. Hoc est illi q̄ n̄ sacramēto tenꝰ tm̄: sed reuera corpus xp̄i mandu- cāt: ⁊ sanguinē bibūt. Chrys. Et qꝛ ego viuo. manifestū est ꝙ ipse viuet ⁊ ad hoc ostēdēdū subiūgit. Sicut mi. me. vi. pa. ⁊ ego viuo ꝓpter pa trē ⁊ qui mā. me. ⁊ ipse vi. ꝓpter me. Ac si dicat. Uiuo ego sicut pater. ⁊ ne ingenitū estimes adiecit. Propt pr̄ eʒ patrē sibi esse p̄ncipiū occulte insinuās. ꝙ autē dicit. Qui mandu cat me: ⁊ ipse viuet ꝓpter me: nō de vita simpliciter hoc dicit: sed de ap probata. Etenim etiā infideles vi- uunt nō manducantes de carne il- la: sed neqꝫ de resurrectiōe cōi hoc dicit. etenim omnes suscitabuntur sed de gloriosa ⁊ mercedē habēte. Augustinꝰ. Non autem ait. Sicut manduco patrem ⁊ ego viuo pro- pter patrem: et qui manducat me ⁊ ipse viuet propter me. Nō enim ꝗ

lius participatiõe patris fit melior: sicut participatione filij per vnitatem corporis eius et sanguinis: qd il la manducatio et potatio significat: nos efficimur meliores. Si ergo ita dictũ est. Uiuo propter patrẽ: quia ipse de illo est: sine detrimento equalitatis dictũ est: nec tamẽ eandẽ nostram et suã equalitatẽ significauit: sed gratiaȝ mediatoris ostendit. Si autẽ ẽm id accipimus. Uiuo ꝓpter patreȝ. quod alibi ait. Pater maior me est: hec verba ita dixit. Sicut misit me pater. Ac si diceret vt ego viuam propter patrẽ: id est ad illum tanq̃ ad maiorẽ referã vitam meã: exinanitio mea fecit: in qua me misit. vt autẽ quisq̃ viuat propter me participatio facit: quia manducat me. Hyla. viij. de trinita. De veritate igitur carnis et sanguinis christi: non relictus est ambigendi locus: nunc enĩ ex ipsius domini ꝓfessione et fide nostra vere caro est: et vere sanguis est. hec ergo vite nostre causa est: quod in nobis carnalibus manentẽ per carnem christuȝ habemus: victuris nobis per eũ ea conditione: qua viuit ille per patrẽ. Si ergo nos naturaliter ẽm carneȝ per eũ viuimus: id est naturam carnis sue adepti: quomodo non naturaliter ẽm spiritũ in se patrem habeat: cũ viuat ipse per patrem: per patrem autẽ viuit: duȝ natiuitas nõ alienã ei intulit diuersamq̃ naturã. Augustinus. Ut autẽ illũ paneȝ manducando viuamus: qui eternã vitã ex nobis habere non possumus: de celo descendit. vnde sequitur. Hic ẽ panis qui de celo descendit. Hyla. x. de trinita. Se panẽ hic dicit: ac ne verbi virtus atq̃ natura defecisse existimaretur in carnẽ: panem carnem suã esse dixit: vt per hoc qui descendens de celis panis est non ex humana conceptione origo esse corporis eius existimaretur: dũ celeste esse corpus ostenditur. at vero cum panis est: assumpti per verbum corporis est professio. Theophi. Non enĩ purum deuȝ comedimꝰ nam et

Veritas euchari stie com probat.

impalpabilis et incorporeꝰ est. nec enim hominis puri carnem comedimus que nil posset proficere. Sȝ qz deus carnem sibi vniuit: caro eius viuificatiua existit: non q̃ in dei naturã transierit: sed ẽm quandã igniti ferri consuetudinẽ: quod et ferrũ manet: et ignis actum ostendit: sic et caro domini viuificatiua est tanq̃ caro verbi dei. Beda. Et vt ostenderet distantiã vmbre et lucis: typi et veritatis subiunxit. Non sicut mãna manducauerunt patres vestri mãna et mortui sunt qui manducat hunc paneȝ viuet ineternũ. Augusti. Qd auteȝ illi mortui sunt: ita vult intelligi: vt non viuant ineternum. Nam temporaliter et hi profecto morientur: qui christum manducant: sed viuũt ineternũ: quia christus est vita eterna. Chrysost. Si enim possibile fuit sine messe et frumẽto et alijs huiusmo. xl. annis illorũ vitam conseruare: multo magis nunc cibo spirituali hoc facere poterit cuius illa erãt figure. frequenter autem vitã repromittit: quia nihil est ita delectabile hominibꝰ: vnde et in veteri testamẽto lõgitudo vite promittebatur. hic autem vita finem non habẽs. Simul etiam per hoc ostendere vult quoniam sentẽtiam morti tradentẽ pro peccato nunc soluit vitam eternam contrario promittens. Sequitur. Hec dixit in synagoga docens in capharnaum. vbi scilicet plurime virtutes eius sunt facte. Docebat autem in synagoga: et in templo multitudineȝ attrahere volens et ostendens quoniã non est contrarius patri. Beda. Mystice aũt capharnaũ: que interpretatur villa pulcherrima: significat mundũ: synagoga vero iudaicum populuȝ: per hoc ergo ostenditur q̃ dominꝰ per mysteriuȝ incarnationis mundo apparens iudaico populo multa docuit: que ipse intellexit.

Uirtꝰ eucharistie ostẽditur.

Mysteriũ allegorie.

¶ Multi ergo audiẽtes ex discipulis eius dixerũt. Durꝰ est hic sermo. Et quis põt eũ audi-

re? Sciens autē iesus apud se metipsum: q̄ꝛ murmurarent de hoc discipuli eiꝰ: dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filiū hoīs ascendentē vbi erat prius. Spūs est qui viuificat: caro non prodest quicq̄. Uerba q̄ ego locutus sū vobis: spiritus ꝛ vita sunt. Sed sunt q̄dā ex vobis qui non credūt. Sciebat enī ab initio iesus: qui eēnt credentes: et quis traditurus esset eū. Et dicebat. Propterea dixi vobis: q̄ꝛ nemo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: ꝛ iam non cū illo ambulabant. Dixit ergo iesus ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire? Respōdit ergo ei simon petrꝰ. Domine ad quē ibimus? Uerba vite eterne habes. Et nos credimus ꝛ cognouimus: quia tu es christus filius dei. Respōdit ei iesus. Nōne ego vos duodecim elegi: et ex vobis vnus diabolus est. Dicebat autē de iuda simonis scariotis. Hic enī erat traditurus eum: cum esset vnus ex duodecim.

¶ Augu. Talia loquēte iesu nō crediderūt aliq̄d magnū dicentē ꝛ verbis illis aliquā gratiā cooperātē: sed prout voluerūt intellexerunt: et more hominū: q̄ꝛ poterat aut disponebat iesus carnē: qua indutū erat verbū veluti conscissam distribuere credentibus in se. vñ dicit. Multi ergo audien. nō ex inimicis. sed ex discī. eius dixe. Durus est hic sermo. Chrys. i. difficile susceptibilis: supexcedens eorū imbecillitatē. putabant enī eū supra seipm̄ loqui maiora p̄p̄a dignitate: ꝛ dixerūt. Quis potest eū audire? quasi p̄ seipsis respōdentes: q̄ꝛ nō debebāt. Augu. Et autē discipuli durū habuerūt istum sermonē: quid inimici? et tamen sic oportebat vt diceretur q̄d nō ab hominibꝰ intelligeretur: secretū dei intentū debet facere: non aduersos. Theophi. Cū autē audis q̄ discipuli eius murmurabāt: nō intelligas hos qui actu sunt discipuli: sed hos qui in habitu ꝛ figura videbantur ab eo instrui. Nā inter discipulos erāt quidā ex plebe qui dicebantur eiꝰ discipuli: q̄ꝛ multo cū discipulis manebant tēpore. Augu. Sic autē apud se ista dixerūt vt ab illo nō audirentur: sed ille qui nouerat in seipso apud seipm̄ audiebat. vnde sequitur. Sciēs aūt iesus apud semet ipsum q̄ꝛ murmu. de hoc discipu. eiꝰ dixit eis. hoc vos scandali. Alcuinꝰ. Q̄d sc̄ʒ dixi vobis manducare carnem meā: ꝛ bibere sanguinē meū. Chryso. Erat autē hoc sue deitatis signū occulta in mediū ferre. vnde sequit. Si ergo vide. fi. ho. ascē. vbi erat prius. supple quid dicetis? Hoc et in nathanaele fecit dicēs. Q̄m dixi tibi: vidi te sub ficu. credis: maiora his videbis. Nō igitur q̄stiones q̄stionibus copulat: sʒ magnitudine dogmatū ꝛ multitudine eos inducere vult. Nō igit discipulos in scādalū mittere volēs hoc dicit: sʒ eoꝝ scādalū soluere volēs. nā dū estimāt eū de ioseph natū: nō suscipiūt ea q̄ dicebātur. Qui v̄o credituri erāt: q̄m de celo descēdit: ꝛ illuc ascendit: facilius attēdūt his q̄ dicebant. Augu. Uel aliter. Hinc soluit q̄d illos commouerat: illū enī putabāt erogaturū corpus suū: ille aūt dixit se ascensurū in celū vtiq̄ integrū. Cū videritis inquiēs filiū hoīs ascendētē vbi erat priꝰ. Certe vel sic videbitis: q̄ꝛ nō eo mō quo putatis erogat corpꝰ suū: ꝛ q̄ꝛ grā eiꝰ nō ɔsumit morsibꝰ: filiꝰ aūt hoīs xp̄s ex virgine Maria hic eē cepit i terra: vbi carnē assumpsit ex terra: q̄d ergo vult q̄d ait. Cū vide. fi. ho. ascē. vbi erat priꝰ: nisi vt intelligamꝰ vnā p̄sonā eē xp̄m deū ꝛ

Deꝰ … gnito … cultoꝛ …

hoiem: nō duas: ne fides nostra sit quaternitas: sed trinitas. Sic ergo erat filius hoīs in celo: quēadmodū filius dei erat in terra: filius dei in terra in suscepta carne: filius hoīs in celo in vnitate psone. Theo. Non ergo ppter hoc putes q de celo corpus xpi descēderit. hoc em martiani heretici et apollinaris est dictū: sed quia vnus et idē erat filius dei et hoīs. Chry. Propter hoc aūt et aliā solutionē inducit dicēs. Spūs est q vivificat: caro nō pdest quicq̄. qd aūt dicit tale est: spūaliter opz ea q de me sunt audire. qui autē carnaliter audit: nihil pficit. Est autē carnaliter intelligere: simpliciter ea q pposita sunt videre et nihil plus imaginari. Oportet aūt nō ita iudicare: sed oīa mysteria interioribus oculis inspicere: qd semper est spūaliter audire. Carnale vero erat dubitare qualiter potest nobis carnē dare mādūcare: qd igitur: non est vera caro? imo vtiq̄. Qd igitur ait. Caro nō pdest quicq̄. nō de sua carne dicit: sz de eius carne qui carnaliter accipiebat q dicebātur. Augu. Vel aliter. Caro nō pdest quicq̄. Sz quō illi intellexerūt carnē quippe sic itellexerūt quō in cadauere dilaniatur: aut in macello vēditur: nō quō spū vegetatur: accedat spūs ad carnē et pdest plurimū. nā si caro nihil pdesset. verbū caro nō fieret vt habitaret in nobis. sed spūs p carnē aliqd operatus est in nobis p salute nostra. Aug. x. de ciui. dei. Non enim caro per seipsam mundat: sed per verbū a quo suscepta est: quod cū sit principiū. omniū suscepta aīa et carne: et animā credentium mūdat et carnem. Spiritus ergo est qui vivificat: caro nō pdest quicq̄: sicut illi intellexerūt carnē. nō sic ego do ad manducandū carnem meā: quia nec carnē debemus sapere fm carnem: proinde dicit. Verba que ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Chryso. i. spiritualia sunt: nihil habentia carnale neq̄ consequētiam naturalē: sed erυta sunt ab omni tali necessitate que in terra: et a legibus que hic posite sunt. Augusti.

Intellectus spiritualis sbortā.

Si ergo intellexisti spiritualiter: spiritus et vita tibi sunt. si intellexisti carnaliter: etiaz sic spiritus et vita sunt: sed tibi non sunt. Diximus enim hic dominū cōmendasse in manducatione carnis sue: et potatione sanguinis sui vt in illo maneamus et ipse in nobis: hoc autem quid facit nisi charitas? Charitas autez dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū qui datus est nobis. ergo spiritus est qui vivificat. Chrysost. Et quia de carnali audientia supra locutus est subiūgit. Sed sunt quidā ex vobis qui non credūt. Dicēs quidam: discipulos excepit. suam autē dignitatē ostendit: occulta reuelās. Augusti. Non dixit. Sunt quidā in vobis qui nō intelligunt: sed causaz dicit quare non intelligant. propheta enim dixit. Nisi credideritis: nō intelligetis. naz qui resistit: quomodo vivificatur? Aduersarius enim radio lucis quo penetrādus est: nō auertit aciez: sed claudit mentē: credant et aperiant et illuminabūtur. Chrysosto. Et vt discas: quoniā ante hec verba: et non postq̄ murmurauerūt et scandalizati sunt: hic xpc cognouerat: subiungit euangelista dicens. Sciebat eniz ab initio iesus qui essent credituri: et quis traditurus eum esset. Theophi. Volens per hoc nobis euangelista ostendere q ante constitutionē mundi omnia cognoscebat: quod diuinitatis erat indicium. Augustinus. Sed postq̄ distinxit credentes dominus a non credentibus: expressit causam quare nō credunt. vnde sequitur. Et dicebat. Propterea dixi vobis: q nemo pōt venire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Chrysosto. q. d. Non turbant me: neq̄ stuporem inferūt qui non credūt. Noui quibus dedit pater. Dixit autē hoc: vt ostendat quoniam non illorum gloriam concupiscens hoc dicebat: et vt suadeat eis q patrem eius existimēt deuz et nō ioseph. Augu. Ergo et credere dat nobis: non enim nihil est credere. Si enim magnū quid est gaude: q credi

Fides est intelligendi principiū

disti: s3 noli extolli. quid enim habes: quod nō accepisti? August. de prede stinatione sanctorum. Hoc aūt donum quibusdā dari et quibusdā non dari omnino nō dubitat: qui nō vult manife stissimis sacris litteris repugnare. Cur aūt non omnibus detur: fidelē mo uere nō debet: qui credit ex vno oēs isse in condēnationē iustissimā: ita vt nulla dei esset iusta rephensio: et si nullus inde liberaret. vnde ostat magnā esse gratiā q plurimi liberātur. Cur autē istū potius q illum liberet: Iscrutabilia sunt iudicia ei' et inuestigabiles vie eius. Sequit. Ex hoc multi discipuli eius abierūt retro: et iam cum illo non ambulabant. Chrysosto. Non dixit. Recesse runt: sed abierunt retro: ab ea que sm virtutē est auditione: et quā habebant olim fidem pdiderunt. Augusti. Et precisi a corpore vitam pdi derunt: quia forte in corpore nec fue runt: inter nos credentes et ipsi reputati sunt. Abierunt retro nō pau ci: sed multi post sathanam: nō post christum: quomodo de quibusdā fe minis dicit apostolus. Quedā guer se sunt retro post sathanā. Petrum autem, nō repulit dñs retro ire: post sathanā: sed fecit post se ire. Chrys. Queret autem aliquis q tēpus erat verba dispensandi his que ostructa erant nocentium: multa quidē vtilitas, et necessitas. Quia enim instabant cibū corporalē petentes et ei' qui sub patribus datus est remmiscentes: ostendens quoniā omnia il la typus erant. meminit cibi spiritualis. Non igitur scandalizari opor tebat: sed interrogare cōgruū erat: quare illorum amentie scandalum fuit: non indissolubilitatis eorū que dicebātur. Aug. Et hoc etiā forte fa ctum est ad consolationē nostrā: qm aliquādo cōtingit vt homo dicat ve rum: et quod dicit non capiat: atq illi qui audiunt scandalizentur et di scedāt. Penitet autem hominē dixis se quod verū est. dicit enim apud se homo. Non debui sic dicere: et sic do mino cōtigit. Dixit et pdidit multos.

Iudicia dei inscrutabilia.

sed nō turbat ipse: qr ab initio noue rat: qui non essent credētes: nos si nobis otingat cōturbamur solatium in dño inueniam': et tamē caute verba dicam'. Beda. Sciebat autē dñs de alijs discipulis qui remanserūt: an vellent abire: sed tamē eos interrogauit vt fides eorū monstraretur et alijs imitanda proponeret. vnde se quit. Dixit ergo iesus ad. xij. Nun quid et vos vul. abire? Chryso. Per hunc autē modū oportebat eos trahi. nam si eos laudasset passi essent aliquid humanum: existimantes se gratiam christo facere: eum non re linquendo. ostendens vero se non indigere eorum sequela: magis eos detinuit. nō autem eis dixit. Abite: hoc enim esset eos expellere: sed interrogauit eos an vellent abire: auferens eis vim et necessitatē: et nolens eos verecundia coartari. ex ne cessitate enim detineri par esset: ac si abirent. Petrus autem fratrum amator: amicitie conseruator: p toto respōdet collegio. vnde sequitur. Respōdit ergo ei si. pe. Dñe ad quē ibimus? Augu. quasi dicat. Repellis nos a te. da nobis alterū ad quē ibimus si te relinquimus. Chryso. Hoc autem verbum multe est amici tie ostensiuū: quia scilz christus eis honorabilior erat q patres et matres: deinde vt non videatur hoc p pterea dicere: qr non essent qui eos reciperēt subiūgit. Uerba vite eterne habes. Audiens enim magistrum dicentē. qm resuscitabo eū: et habebit vitā eternā: ostendit se recordari eorū que dicta sunt verbor: et iudei quidē dicebāt. Hic est filius ioseph. hic vero dicit. Et nos credimus et co gnouim': qr tu es christus fili' dei. Chry. Credidim' enim vt cognoscere mus. nā si prius cognoscere: deinde credere vellem': nec cognoscerem' nec credere valerem'. Hoc credim' et cognouim': qr tu es xps filius dei. i. qr ipsa vita eterna tu es: et nō das nisi carne et sanguine tuo nisi quod es. Chryso. Quia vero petrus dixerat. Et nos credim': domin' de collegio

Discretio xpi.


Syncera petri ofessio.

credētiū excipit iudam. vnde sequi-
tur. Respondit ergo eis iesus. Nō-
ne ego vos . xij. elegi: ⁊ vnus ex vo-
bis diabolus est? Quod aūt dicit ta
le est: ne estimetis ꝙ secuti estis me
nō redarguā malos. Dignū autem
est hic querere: quare nunc nihil di
cant discipuli: sed postea formidan
tes dicūt. Nunquid ego sum domi-
ne? sed nondū petrus audierat. Ua
de retro me sathana: et propter hoc
timorē nō habuit: nunc etiam non
dicit. Unus ex vobis me tradet: sed
diabolus est. ideo nesciebant quod
dicebatur: sed malitiam estimabāt
vituperari solū. accusant aūt hic chri
stū gentiles insipienter. non enī ele
ctio eius vim infert his que futura
sunt: sed in volūtate positū est salua
ri et perire. Beda. Uel dicendū. ꝙ
ad aliud elegit. xi. et ad aliud vnū.
Undecim elegit vt in apostolica di-
gnitate perseuerarent. Unū elegit
vt per proditionis eius officium sal
tem operaretur humani generis.
Augusti. Electus enī est iste de quo
nolē te ⁊ nesciente magnū aliquid
boni fieret. Sicut enim iniqui male
vtuntur bonis operibus dei: sic cō-
tra deus bene vtitur malis operibꝰ
hominū. Quid iuda peius? sz malo
eius bene vsus est dominus: tradi
se ꝑtulit: vt nos redimeret. Potest
etiā sic intelligi qđ ait. xij. elegi: qꝛ
cōsecratus est duodenarius numerꝰ
eorū: qui ꝑ quattuor cardines mūdi
trinitatē fuerant denunciaturi. non
aūt qꝛ periit inde vnus: ideo illius
numeri honor adēptus est. nā in lo
cū pereuntis alius subrogatus est.
Grego. xiij. moral. Capitis aūt noīe
cēsetur corpus cū de peruerso hoīe
dicitur. Unus ex vobis diabolꝰ est.
vnde euangelista exponēs subdit.
Dicebat āt de iuda symonis schario
tis: hic enī erat traditurꝰ eū: cū esset
vnus de. xij. Chry. Cōsidera xp̄i sa
pientiā: neqꝫ enī xp̄s euz manifestū
fecit: ne inuerecūdū faciat: ⁊ sic liti-
giosior fiat neqꝫ eū latere ꝑmisit: ne
estimās se latere sine tiore oparet.

Salus electorū in libertate est.

Sapientia xp̄i.

Capitulū. vij.



Post hec aūt ambu
labat iesus in gali
leam. Nō enim vo
lebat in iudeā am-
bulare: qꝛ q̄rebant
eū iudei iterficere. Erat aūt in
proximo dies festus iudeorum
scenophegia. Dixerunt aūt ad
eū fratres eius: Trāsi hinc ⁊ va
de in iudeā: vt ⁊ discipuli tui vi
deant opera tua que facis. Ne
mo quippe in occulto quid fa-
cit: ⁊ querit ipse in palā esse. Si
hec facis. manifesta teipsuz mū
do. Neqꝫ enim fratres eius cre-
debant in eum. Dicit ergo eis
iesus. Tempus meū nondum
aduenit: tempus autem vestrū
semper est paratum. Nō potest
mundus odisse vos. Me au-
tem odit: quia ego testimoniuz
perhibeo de illo: qꝛ opera eius
mala sunt. Uos ascendite ad
diem festum hunc. Ego enim
non ascendam ad diem festum
istum: quia meum tempus nō-
dum impletum est.
¶ Augusti. Futurū erat vt aliquis
fidelis christi abscōderet se ne a ꝑse
cutoribus inueniretur: ⁊ ne illi pro
crimine obiiceretur latibulū ꝓcessit
in capite: quod in mēbro confirma
retur. vnde dicitur. Post hec ambu.
iesus in gali. Non enim vole. in iu.
ambu. quia quere. eum iudei inter
ficere. Beda. Hec verborum cōnexio
talis est: vt intelligamus quoniam
in medio multa gerit fieri potuerūt.
Judea autez ⁊ galilea regiōes sunt
palestine prouincie: sed iudea dicta
est a tribu iuda: non tamen solum
illa regio quā tribus iuda: sz ⁊ illa
quam tribus beniamin possidebat
iudea dicta est: qꝛ ex tribu iuda re
ges oriebantur. Galilea vero dicit:
eo ꝙ lacteum populum id est candi

Judea vn dicta sit.

dū signat. Galilea enim grece lati
ne lac dicitur. Augusti. Si aūt hoc
dominus dixit quasi nō posset am=
bulare inter iudeos: et non occidi a
iudeis. hanc enim potentiā quādo
voluit demōstrauit: sed infirmitati
nostre prebebat exemplum: nō ipse
perdiderat potestatē: sed nostram
cōsolebatur fragilitatē. Chry. Sed
et illud est dicere quoniam que dei
tatis ostēdebat: et que humanitatis
et enim fugiebat persecutores vt hō
et apparebat eis vt deus: vtrumq
vere existens. Theophi. Secessit et
nūc in galileam: quia nondū passio
nis aderat tēpus. Unde vanū repu
tabat in medio inimicorū manere:
et magis ipsos ad odiū incitare. vñ
et consequēter tēpus describitur cū
subditur. Erat aūt in proximo dies
festus iudeorū scenophegia. Augu.
Quid hic scenophegia q̄ scripturas
legerunt nouerunt: faciebant taber
nacula in die festo ad similitudinē
tabernaculorū in quibus habitaue
runt: cū ex egypto educti peregrina
renť in heremo: celebrabant ex hoc
diē festū reminiscentes bñficiorum
dñi: q̄ tñ occisuri erant dñm. Appel
labať aūt apud iudeos dies festus
cū tamen nō eēt vnus sed plures.
Chryso. Ostendit igiť per hoc euan
gelista: qm̄ multū tēpus pretermi=
sit. Cū enim dñs sedit in mōte: erat
prope dies festus pasche. Hic autē
scenophegie meminit: et in quicq in=
termediis mensibus nihil aliud no
bis enarrauit: nisi miraculū panū
et allocutionē factā ad eos qui co=
mederunt. Quia eñ indeficienter
signa faciebat et disputabat. nō po=
terant euangeliste oīa enumerare: (Multa gesta domini omissa.)
sed illa precipue studuerunt dicere:
pro quibus aut querela aut cōtra=
dictio quedā a iudeis subsequebať
qd̄ et hic apparet. Theo. Quia enim
fratres eius viderāt ipsum nō esse
paratū ad descendendū subditur.
Dixerunt autē fratres eius ad eū.
Transi hinc: et vade in iudeā. Beda.
Acsi dicant. Tu signa facis: et pauci
ea vidēt. transi ergo ad regiā vrbē:
vbi sunt principes: vt visis signis lau
dē cōsequaris ab eis. Et qz non oēs
discipuli semper dñm sequebāť: sed
eorū multi in iudea erant. ideo sub
dunt. Ut et disci. tui vide. opera tua
que facis. Theo. id est turbe que se
quunť te. nō eñ de duodeci dicūt di=
scipulis: sed de aliis q̄ conuersabať
cū illo. Chryso. Cū aūt auditis. Fra
tres dñi marie cogitate cōsanguini=
tatē: nō iterū parientis vllā ppaginē.
Sicut eñ in sepulchro: vbi positum
est corpus dñi: nec ante nec postea
mortuus iacuit: sic vter⁹ marie: nec
ante: nec postea quicq̄ mortale con (Marie et sepulchri comparatio pulchra)
cepit. opa quidē dñi discipulos nō
latebant: sed istos latebāt. Et ideo
dicebant. Ut disci. tui vide. ope. que
tu facis. Loquebantur autē pruden
tiā carnis verbo qd̄ caro factū est.
vnde et subdunt. Nemo quippe in
occulto aliquid facit et: querit ipse
in palā esse. Si hoc facis: manife=
sta teipsum mundo. q. d. Facis mi=
racula appere hominibus: vt lau=
dari possis ab hominibus. nā q̄ eū
videnť monere glorie ipsius ꝯsulūt:
et qz humanā gloriā requirebāt: in
eū nō credebāt: vnde sequiť. Neq
enim fra. eius cre. in eū. Christum
eñ cō sanguineū potuerūt habere.
credere aūt in eū ipsa propinquita=
te fastidierūt. Chryso. Dignum est
aūt mirari euangelistarū morē veri
tatis amicū: q̄liter nō verecūdantur
dicere ea q̄ magistro videntur ferre
iniuriā: sed hoc maxime studuerūt
enūciare. Nō eñ puā hz detractio=
nē q̄ fratres eius decredebāt: et vi=
deť q̄dē initiū verborū q̄si amicorū
esse. Multe aūt amaritudinis erāt
q̄ dicebāť: qz de formidine et de amo
re glie eū notāt. nā dicūt. Nemo in
occulto aliq̄d facit. Qd̄ erat dicere.
Formidinē incusantiū et simul suspi
cantiū q̄ fiebant nō vere facta esse.
Per hoc aūt q̄ dicūt. Et q̄rit ipse in
palā esse: amorē glorie in eo notant
Christus aūt mansuete eis respon
dit: docēs nos nō īdigne ferre: si ali
qui eēnt viles nobis ꝯsiliuť. Sequi=
tur eñ. Dicit eis iesus. Tēpus meū

dñs eli
it hũili
atem.

nõdũ aduenit:tẽpus aũt ve.sem.est
paratum. Beda. Ne aũt videat hoc
ꝯtrariũ ei qđ apłus dicit. At vbi ve
nit plenitudo tẽporis:misit de⁹ filiũ
suũ:referendũ est qđ hic dicitur:nõ
ad tẽpus natiuitatis : sed ad tẽpus
glorificationis. Augu. Dabant eĩ
illi cõsiliũ consequẽde glorie:veluti
seculariter ⁊ terreno affectu monen
tes ne eẽt ignobilis:⁊ latitaret. Sed
dñs voluit ipsam celsitudinẽ p̱ hũili
tatis viã sternere. Dicit ergo Tem
pus meũ.s.glorie mee: qua veniam
in altitudine iudicaturus. Nondũ
venit. Tẽpus ãt ve.id est mũdi glo
ria semp̱ est paratũ. Et qm̃ nos dñi
corpus sum⁹:qñ nobis insultãt ama
tores huius seculi:dicamus eis. Tẽ
pus vestrũ adest paratũ.tẽpus no=
strũ nõdũ aduenit.excelsa ei patria
hũilis via. Qui recusat viã:qđ q̃rit
patriã. Chryso. Uel aliter. Uidetur
mihi aliđ occulte insinuari. fortassis
eĩ eũ ꝑdere volebant ⁊ tradere iu=
deis.ideo dicit. Tẽpus meũ nõdum
aduenit.hoc est tẽpus crucis ⁊ mor=
tis . Tẽpus aũt vestrũ semp̱ est pa=
ratũ:qꝛ ⁊ si vos semp̱ sitis cũ iudeis
nõ interficient vos eadẽ cũ illis zelã
tes.vnde sequit. Nõ põt vos odisse
mũd⁹: me aũt odit qꝛ ego testi. phi.
de illo : quia opera eius mala sunt
quasi dicat q̃liter mundus eos odit
qui eadem cũ ipso volũt ⁊ pro eisdẽ
student:me autẽ odit:qm̃ redarguo
eũ. Intantũ ergo gloriã hominũ nõ
q̃ro ꝙ nõ ꝑtermitto eos redargue=
re:licet sciã ex hoc odiũ nasci:⁊ mor
tẽ intẽtari. Per h̃ etiã ońdit ꝙ odiũ
iudeorũ cõtra eũ cõcitabat publica
redargutio.nõ aũt sabbati solutio.
Theophi. Uel dñs cõtra duo de qui
bus illi eũ arguebãt: alia duo indu
cit. Contra formidinẽ quidẽ dicit.ꝙ
opera mundi redarguit i.opa eorũ
qui mundana sapiunt:qđ non face=
ret si formidolosus eẽt:sꝫ cõtra ina=
nẽ gloriã misit illos ad festũ . vnde
sequitur. Uos ascendite ad diem fe
stũ hunc. nã si vane glorie passione
detineretur:retinuisset eos secũ:nã
glorie cupidi cõsueuerunt multos
habere q̃ sequantur eos. Chryso.
Hoc etiã dicit ostendens ꝙ eis blan
diri nõ vult: sed cõcedit eis iudaica
facere. Augu. Uel aliter. Uos ascen
dite ad diẽ festũ hunc. vbi gloriã hu
manã queritis. vbi extẽdere vultis
carnalia gaudia : non eterna cogi=
tare. sequitur: ego autem non ascẽ=
dam ad diem festum istum. Chry.
Scilicet modo vobiscum: quia meũ
tempus nondum impletum est . In
futuro enim pascha crucifigendus
erat. Augu. Uel meũ tempus.s.id est
glorie mee nondũ aduenit ipse erit
dies festus meus non diebus istis
precurrens et transiens: sed perma
nens in eternum. Ipsa erit festiui=
tas et gaudium sine fine: eternitas
sine labore: serenitas sine nube.

¶ Hec cũ dixisset: ipse mansit
in galilea . Ut autẽ ascenderũt
fratres eius tunc et ipse ascen=
dit ad diẽ festum nõ manifeste:
sed quasi in occulto . Iudei er=
go querebant eum in die festo;
et dicebãt. Ubi est ille? Et mur=
mur multus erat ĩ turba de eo.
Quidam enim dicebant quia
bonus est: alij autem dicebant
non: sed seducit turbas. Nemo
tamen palam loquebatur de
illo propter metum iudeorum.

¶ Theo. Qꝛ dixerat dñs. Nõ ascen
dã vobiscum. in ꝑncipio denegauit
ascensum: vitans irã fremẽtium iu
deorũ. vñ dicit. Hec cũ dixisset : ipse
mansit in galilea postea ve. ascen.
vñ seqꝛ. Ut ãt ascẽ. fratres ei⁹ tũc et
ipse ascẽdit. Aug. Ascẽdit ãt nõ glo=
riari tp̃aliter: sed aliquid docere sa
lubriter: de festo eterno admonere.
Chryso. Uel ascẽdit: nõ vt patiatur:
sed vt alios erudiat. Latenter autẽ
ascendit. poterat eĩ manifeste ascẽ
dere:⁊ detinere eorũ inordinatũ ĩpe
tũ: qđ multotiens fecit: sed nolebat
hoc continuo facere: ne magis suã
diuinitatẽ denudaret: et incarnatio
eius certior eẽt: ⁊ vt nos erudiret ad

virtutē. Ut igitur disceremus quid nos oporteat facere: q̄ nō possumus persecutores detinere: voluit latenter ascēdere. Nō aūt dicit in occulto vt ostendat dispensatiue hoc esse factū. Si enim oīa vt deus ageret: quō possemus nos scire incidentes hūanis periculis quid oporteat facere? Alcuinus. Uel occulte ascēdit: quia fauorē hominū nō querit: nō pōpis stipātiū sz turbarū delectat. Beda. Mystice aūt designatur: q2 singulis quibusq3 carnalibus humanā gloriā querentibus dn̄s manet in galilea: q̄ interpretat transmigratio sancta. i. in membris suis: qui trāsmigrant de vitijs ad virtutes: z in eis proficiunt. Postmodū vero dn̄s ascēdit: q2 mēbra christi non huius vite: sed eterne gloriā q̄runt. Occulte autem dn̄s ascendit: q2 oīs gloria eius est ab intus. i. de corde puro z cōsciētia bona et fide nō ficta. Augu. Uel q2 quasi latenter ascendit: aliquid significare voluit. Oīa enim q̄ dicta sunt antiquo populo israel: vmbre fuerunt futurorum. z scenophegia vmbra erat futurorum. Oīaq3 q̄ fiebāt in figura: manifestantur in nobis. Ascendit ergo in occulto. figura enī erat ipsum esse in occulto. In ipso die festo xp̄s latebat: quia ipse dies festus xp̄i mēbra pegrinatura significabat. Ille enī est in tabernaculis qui se in mūdo esse intelligit pegrinū. Scenophegia aūt erat celebratio tabernaculorū. Sequit. Judei aūt q̄rebāt eū in die festo. z dicebāt Ubi est ille? Chryso. Ex multo odio z inimicitia. neq3 enī nominatim vocare volebant. Non aūt multa erat eis in festiuitate reuerētia: nec multa religio: q2 a festiuitate credebāt christū fraudulēter detinere. Sequitur. Et mur. mul. erat de eo in turba. Augu. Murmur erat de contentione quā cōuenienter exponit dicēs. Quidā enī dice. quia bonus est. alij aūt dice. nō: sz seducit turbas. Quicūq3 emicuerit i aliq̄ gr̄a. alij dicūt bon9 ē alij non: sed seducit turbas. Quod aūt dictū est de deo valet ad cōsolationē de quocūq3 q̄d dictū fuerit christiano. Et q̄dē si seducere decipe ē: nec xp̄s seductor. nec quisq̄ debet seductor esse xp̄ianus. Si aūt seducere aliunde aliquē ad aliud psuadēdo ducere est: querēdū est vn̄ z quo. Si a bono ad malū malus seductor est. si a malo ad bonū: bonus est: et vtinam sic oēs seductores vocemur z sim9. Chry. Igit illā q̄dē esse opinionē m̄ltitudis esse. qua. s. dicebat bonus esse. hanc vero principū z sacerdotū: qd ostēditur p hoc q2 dicūt. Seducit turbas. nō dicunt. Seducit nos. Sequitur. Nemo tamen palā loquebatur de illo: propter me. iu. Augustinus. Eorū scilicet qui dicebant bonus est: nō qui dicebant: seducit turbas. Hec eniz clarius sonabant. Sed bonus est pressius susurrabant. Chryso. Uide aūt eorū qui p̄cipāt corruptionē. hi āt q̄ p̄ncipatibus subijciūt: sani quidem erant iudicio: sed nō habebāt libertatem dicēdi: quod maxime multitudinis est.

Tropologica expositio.

¶ Chryso. Quia dominus dixerat. Ego sum lux mundi: et qui sequitur me nō ambulat in tenebris. Iudei hoc euertere voluerunt. vnde dicit Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimoniū perhibes: et testimoniū tuum non est verū. Alcuin'. Sic respōderunt tanq̄ā ipse domin' solus sibi testimonium perhiberet: cum constet q̄ anteq̄ā in carne appareret: mltos testes p̄misit: qui eius sacramenta predixerunt. Chryso. Dominus autē euertit quod dixerant. vnde sequitur. Respōdit iesus et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de meipso: verum est testimonium meum. Hoc iuxta eorū suspitionem locutus est: hominē eum nudū estimantium: et causam subiūgit. Quia scio vnde venio: et quo vado: id est ex deo sum: et deus et dei filius. Non aūt hoc dicit manifeste: quia semper humilia miscet altis. deus aūt ipse sibi fidedignus testis est. Augu. Verum est enim testimonium luminis: siue se ostēdat siue alia. Locutus est propheta verū: sed vn̄ haberetur: nisi de fonte veritatis hauriret: ergo idoneus est iesus: q̄ sibi testimonium perhibeat: dicens aūt Quia scio vn̄ venio: et quo vado: patrē volebat intelligi: patri enim gloriā dabat fili': a quo est missus: q̄tū ergo debet homo glorificare eum a quo est creatus: non autē veniendo inde discessit: aut redeundo nos dereliquit: nō pōt hoc fieri ab isto sole qui quādo pergit ad occidentem deserit orientem. Sicut aute sol iste et videntis faciē illustrat et ceci: sed videt ille: iste non videt. sic et sapientia dei: verbuz dei vbiqꝫ presens est etiam infidelibus: sed quibus eam videant oculos non habent cordis. vt ergo dominus inter fideles suos et inimicos suos iudeos tanq̄ā inter tenebras et lucem distingueret subiungit. Vos aūt nescitis vnde venio aut quo vado. Isti ergo iudei videbant hominem: nec credebant deū. et ideo dominus subdit. Vos secundum carnē iudicatis: dū scilicet dicitis. Tu de teipso testimoniuz phibes: et testimonium tuum non est verum. Theophi. Ac si dicat. Vos q̄m in carne sum: carnem me solaz esse putantes: non autem deū secundum carnē fallibiliter iudicatis. Augu. Quia enim deum non intelligitis et hominem videtis: ideo vobis arrogans videor. quia ego de me testimonium perhibeo. Omnis eniz homo quādo de se perhibere vult lau

Christ' lucē mū do intu lit.

dabile testimoniū: superbus et arrogans videt? homines enim infirmi sumus: verū dicere et mentiri possumus: lux mentiri non potest. Chry. Uel aliter. Sicut ſm carnem viuere male viuere est: ita ſm carnē iudicare: iudicare iniustū est. Et qui possēt dicere. Si iuste iudicamus: propter quid nō conuincis? ꝓpter q̄d nō condemnas? subiungit: ego non iudico quenꝗ̄. Augu. Q̄d duobus modis intelligi pōt: vt aut hoc intelligamus. Non iudico quenꝗ̄. i. modo sicut dicit alio loco. Ego nō veni vt iudicem mundū: sed vt saluū faciā mūdum: non iudiciū suū negando: sed differendo: aut certe qui dixerat. Uos ſm carnē iudicatis: ita coniunxit. Ego nō iudico queꝗ̄. vt sub audias ſꝫ carnē x̄pm nō iudicare: sicut ab hominibus iudicatus est: nā vt cognoscas etiā iudicē x̄pm: subditur. Et si iudico ego: iudiciū meum verū est. Chryso. q. d. propter hoc dixi: nō iudico: quasi nō presumens iudicare: qꝛ si iudicarē iuste vos condēnarē: sed nunc tēpus iudicij nō est: sed de futuro iudicio insinuat cum subdit. Quia solus nō sum: sed ego et q̄ misit me pater: ostendēs qꝛ nō ipse solus eos condemnabit: sed et pater. Hoc autē ad suspitionē illorū loquitur: nō enim estimabant dignū fide esse filium: nisi patris testimonium assumpsisset. Augu. Si aūt tecū est pater: quomodo te misit? Ergo dñe missio tua. incarnatio tua est. hoc ergo christus erat ſm carnē: et a patre nō recesserat: qꝛ pater et filius vbiꝗ̄ erāt. Erubesce sabelliane: nō enim dixit. Ego sum pater: et ego ipse sum filius. sed solus nō sum inquit: quia mecū est pater. Distingue ergo personas: distingue intelligentiam: agnosce qꝛ pater pater est: et filius filius est: sed noli dicere pater maior est: filius minor. Una substātia est. vna coeternitas: perfecta equalitas. Ergo verum est inquit iudiciū meum: quia filius dei sum: vt tamen intelligas quia filius mecum est pater: non sic sum filius. vt ipsum deserue rim: formam serui accepi: sed formā dei nō amisi. De iudicio dixerat: de testimonio vult dicere. nā sequitur. Et in lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimoniū verū est. Augu. Contra faustum. An forte manichei calūniantur: quia non ait. In lege dei: sꝫ in lege vestra scriptum est. Ubi vsitatam locutionem scripturarum quis non agnoscat: lege enim vestra dixit vobis data. sicut apostolus dicit euangeliū suū quod se tamen accepisse testatur. nō ab homine: sed per reuelationē iesu christi. Augusti. super Joan. Magnam aūt habet questionem: et valde videtur in mysterio res esse constituta vbi deus dixit. in ore duorum vel trium testiū stat omne ver. Fieri enim potest vt duo mentiant. Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur: vniuersus populus mentitus est contra christū: quomodo ergo accipiendū est. In ore duorum vel trium stabit omne verbum nisi quia hoc modo per mysterium trinitas cōmendata est: in qua est perpetua stabilitas veritatis? Accipite ergo nostrū testimoniū ne sentiatis iudiciū. non differo iudicium differo testimonium. vnde sequitur. Ego sum qui testi. perhi. de meipso: et testimoniū perhi. de me qui misit me pater. Beda. In multis enim locis pater filio suo perhibet testimonium. vt est illud. Ego hodie genui te. et iterū. Hic est filius meus dilect⁹. Chryso. Uel aliter. Si quod dictum est simpliciter accipiatur: questionē habet. nā in hoībus quidem propter hoc determinatū est. ꝙ in ore duorū vel triū testiū stat omne verbum: qꝛ vnus solus non est fidedignus. In deo autem qualiter vtiꝗ̄ hoc habebit rationē? sed et aliter non staret quod dictū est. nam in hominib⁹ cū duo de aliena re testant tūc testimonium est verum: hoc enim est duos testari. si vero vnus eorum sibiipsi testetur: nō adhuc sunt duo testes. Ad nihil ergo aliud hoc dixit: q̄ʒ vt ostendat se nihil min⁹ patre habeu

Cōtrarietas soluitur

Trinitas personarum asserit.

Difficultas in verbis.

tem: alioquin nō dixisset. Ego et qui misit me pater. Cōsidera etiam potestatem nihil habentem diminutū a patre. Homo enim cum a seipso dignus fuerit fide: testimonio non indiget: sed hoc in aliena re. In propria vero: cum testimonio alieno indigeat: nō adhuc dign⁹ est fide: hic vero totum contrarium. etenim in propria re testans et ab alio testimonium habens: dixit se fidedignum esse. Alcuinus. Uel potest sic intelligi quod dicit: quasi dicat. Si vestra lex approbat testimonium duorum hominum qui possent decipi: et plura testari: quanto ratione meum et patris mei testimonium: qd summa stabilitate firmum est. verum esse non dicitis.

¶ Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? Respōdit iesus. Neqȝ me scitis neqȝ patrem meū. Si me sciretis forsitan et patrem meū sciretis. Hec verba loquutus est iesus i gazophylatio docens in tēplo. Et nemo apprehendit eū: quia nondum venerat hora eius.

¶ Augu. Illi qui audierant a dño: vos sm carnē iudicatis: manifestauerunt qd audierunt: patrē eni xpi carnaliter acceperunt. vñ dicit. Dicebant ergo ei. Ubi est pater tuus? quasi dicat. Audiuim⁹ te dicere. sol⁹ nō sum: sed ego et qui misit me pater nos solū te videmus. ostende ergo nobis tecū esse patrem tuū. Theo. Quidā vero notāt hoc prolatū esse a iudeis quasi ad cōtumeliā xpi et sceptū. Improbant eū et tāqȝ ex fornicatione genito: et ppriū genitorē ignorāti vel tanqȝ vili existēti: eo qd pater ei⁹ putabatur. s. ioseph. q. d. ignotus et ignobilis est pater tuus: quid frequēter patrē nobis inducis? Quia ergo nō vt scire volentes: sed vt tentantes querebant. ad pmissam questionē nō rñdet. vñ sequit. Respon. ie. Neqȝ me sci. neqȝ pa. me. Augu. q. d. Queritis. Ubi est pater tu⁹: qsi

Expositio litteralis.

me tā sciatis: qsi totū hoc sit: qd videtis. Ergo qz me nō nostis. iō patrem meū vobis nō ostēdo. De quo hoiem nē putatis iō patrē meū hoiem qrētis. Quia hō sm qd videtis aliud sum et aliud sȝ qd nō videtis: patrē aūt meū loquor occultū: occultus pu⁹ est qz vt me nouerit: tūc pūem meū sciretis. et hoc ē qd subdit. Si me sciretis: forsitā et pa. meū sciretis. Chry. Dicit aūt hoc vt ondat qz nihil eis pdest dicere qz sciant patrem: filiū nescientes. Orige. Cōtrariari aūt videt adinuicē qd hic dicit. Neqȝ me scitis: neqȝ patrē meū. et qd supra dictum est. Et me scitis: et vnde sim scitis. sed tamē qd dicit. Et me scitis. Ad quosdā dicit hierosolymitarū dicentiū. Nunquid vere intellexerunt pncipes qz hic est xps? hoc vero qd dicit. Neqȝ me scitis. ad phariseos dicit. Hierosolymitis enim in priorib⁹ ait. Uerax est q me misit: quē vos nescitis. Queret itaqȝ aliqs qūo verū est qd dr. Sūme scitis: et patrē meū sciretis: cū hierosolymite: qb⁹ dr. Et me scitis patrē nesciuerint. Dicēdū aūt ē ad hoc qz saluator qnqȝ qdē de seipso vt de hoie loqt: qnqȝ aūt sm diuinā naturā: hoc ergo qz dicit. Et me scitis. de seipso hoie dicit. hō vo. Neqȝ me sci. de diuinitate. Aug. Quid ē enim. Si me sciretis et patrē meū sciretis: nisi ego et pater vnū sumus? Qn̄ vides aliquē alicui similem: quotidiana locutio est. Si hunc vidisti: illum vidisti: propter similitudinem tale dedisti responsum. hinc et dominus. Si me inquit sciretis: et patrem meum sciretis. non quia pater est filius: sed quia patri similis est filius. Theophilus. Erubescat arrianus. nam si iuxta eum creatura filius sit: qualiter qui nouit creaturam et deū nouit? neqȝ enim q substantiā nouit angeli: nouit et diuinam. cum itaqȝ qui filium nouit: et patrem nouit. igitur consubstantialis patri est filius. Augustinus. Hoc autem verbum forsitan increpatiue dicitur: quod videtur esse verbū dubitationis: homines enim de rebus

Questio soluitur

quas certas habent aliquādo ver=
bum dubitationis ponunt. velut si
indigneris seruo tuo ⁊ dicas. Conte=
nis me. Considera: forsan dñs tuus
sum: sic ⁊ dñs dubitando increpat in
fideles: cuꝫ dicit. Et patrē meū forsi=
tā sciretis. Orige. Oportet autem vi
dere quonīā qui alterius secte sunt:
opinantur ex hoc probari manifeste
deum quem iudei colebant: patrem
non esse christi. Si eniꝫ inquiūt hoc
phariseis deum prouisorē mūdi co=
lentibus dicebat saluator. manife=
stum est ꝙ patreꝫ iesu alterum a cō
ditore mundi existentem: nequaꝙ̄
pharisei nouerunt. Hoc vero dicunt
non obseruantes consuetudinem lo
cutionis in scripturis. Si eniꝫ aliqͥs
vellet inducere ea que de deo sunt a
parentibus eruditus: non autem be
ne viuat: hūc dicimus de deo notitiā
non habere. Unde ⁊ filij heli propter
eorum malitiam deum ignorasse di
cuntur: sic igitur ⁊ pharisei patrem
ignorauerunt. non enim viuebāt s̄m
cōditoris edictū. Est autem ⁊ aliud
significatum cognoscendi deuꝫ: alte
ro existente cognoscere dñm ꝙ̄ sim
pliciter credere. Dicitur eñ in psal
mo. Studete ⁊ videte: qm̄ ego sum
deus. Quis non confitetur hoc scri
bi populo in cōditorē credenti. Mul
tum eñ differt credendo cognoscere
⁊ credere tm̄: sed phariseis quibus
ait. Neqꝫ me scitis: neqꝫ patrē meū.
rationabiliter diceret. Neqꝫ credi
tis patri meo. qui eñ negat filium
minime patrem habet. s. neqꝫ s̄m fi
dē: neqꝫ s̄m cognitionē. Sed ⁊ aliter
dicit scriptura illos ꝙ̄ adiuncti sunt
alicui cognoscere illud. Tūc ei adā
cognouit vxorem suam cum ei cōiū
ctus est. Si ergo qui adheret mulie
ri: mulierem cognoscit. ⁊ ꝙ̄ adheret
dño vnus spūs est: ⁊ deū cognoscit.
si vero sic se habet pharisei nec pa
trē nouerūt nec filium. Post hoc est
quidem aliquē cognoscere deū: non
autē cognoscere patrem. Infinitis ꝗ̄
orationibus editis in lege non inue
nimus aliquē orādo dicentem deū pa
trem. tamē orāt eū tanꝙ̄ deum ⁊ dñs
ne preuenirent gratiam p iesum to
ti mundo effusam: vocātē cūctos ad
filiationē. iuxta illud. Narrabo no
mē tuū fratribus meis. Sequitur.
Hec ver. lo. est ie. in gazo. do. in tem
plo. Alcui. Gaza p̄sica lingua diui
tie: phyla reseruare. Erat autem lo
cus in templo vbi seruabantur diui
tie. Chry. In templo loquebatur in
ordine magistri. ⁊ hic loquebatur su
per quibus mordebant ⁊ accusabāt
qm̄ seipsum fecit parē patri. Augu.
Magna igitur fiducia sine timore:
non eñ pateretur quod nollet. vnde
sequitur. Et ne appre. eum: qꝛ nōdū
venit ho. eius. Nonnulli cum hoc au
diūt: sub fato fuisse xp̄m credūt. sed
si fatum sicut nōnulli intellexerunt
a fando dictum est. i. a loquēdo ver
bum dei quomodo habet fatū? Ubi
sunt fata? In celo inquis: in ordine
cōuersionibus syderum. Quomodo
ergo fatū habet p quē factuꝫ est ce
lū ⁊ sydera: cum tua voluntas si re
cte sapias transcendat ⁊ sydera: an
qꝛ nosti christi carnem fuisse sub ce
lo. ideo putas ⁊ potestatē xp̄i subdi
tam celo? Igitur nōduꝫ venerat ho
ra eius: non qua cogeretur mori: sꝫ
qua dignaretur occidi. Orige. Ubi=
cūqꝫ autem additur. Hec verba locu
tus est iesus in tali loco si bene attē
das. inuenies additionis opportu=
nitatem. Est autem gazophilatium
locus nūmismatū in honorem dei et
dispensationem pauperū oblatorū.
Nūmismata autē sunt diuina verba
imaginem regis magni impressam
habētia. vnusquisqꝫ autem cōferat
in edificationē ecclesie: portans ad
intellectuale gazophilatiuꝫ quicqͥd
potest ad honorē dei ⁊ vtilitatem cō=
munē. Omnibus autē offerentibus
in gazophilatio templi: magis opor
tebat iesum munera portare ꝙ̄ erāt
verba vite eterne. Loquēte ergo Je
su in gazophilatio: a nemine deten=
tus est: qꝛ sermones eius fortiores
erant his qui eū capere volebāt: cū
non sit infirmitas in quibus verbū
dei loqͥtur. Beda. Uel aliter. In ga=
zophilatio xp̄o loqͥtur: qm̄ in para=

Heresis explodi tur.

Gratia p iesum effusa.

Tropologia pulcherrima.

bolis ad iudeos sermones proferebat. tunc autem quasi gazophilaciũ aperiri cepit: quãdo discipulis suis celestia reserauit: vnde etiam gazophilatium tẽplo iherebat: quia que lex et pphete figuraliter predixerãt ad dominum pertinebant.

¶ Dixit ergo iterum eis iesus. Ego vado: et queritis me: et in pctõ vestro moriemini. Quo ego vado: vos non potestis venire. Dicebant ergo iudei. Nũquid interficiet semetipsum: qz dicit: quo ego vado vos nõ potestis venire? Et dicebat eis. Vos de deorsuz estis: ego de superi⁹ sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis: qz moriemini in peccatis vestris. Si eñ non credideritis: qz ego suz: moriemini in peccato vestro.

¶ Aug. Quia supra dictũ est q̃ nemo apprehendit eum: qz nondũ venerat hora eius. modo de ipsa sua passione que posita erat. non in ei⁹ necessitate. sed potestate locutus est iudeis. vñ dicitur. Dixit er. ite. eis iesus. Ego vado. Christo ei domino mors profectio fuit illuc: vnde venerat: et vnde discesserat. Beda. Hec autem verborũ connexio talis esse videtur: vt hec vno tempore: vno quoqz in loco vel certe alio tẽpore alioqz in loco geri potuissent: quoniam nihil iterponi: et quedam vel multa potuerũt. Orige. Sed obiiciet aliquis sic. Si his qui manebant in incredulitate ista dicebat. Quomodo eis dicit. Et queritis me? querere enim iesum: est querere veritatem et sapientiam. Sed diceo: qz et de persequentibus aliquando dicitur q̃ querebãt eum capere. differẽtie enim sunt eorum qui querũt iesum. Non oẽs ei pro eorum salute et vtilitate querunt eũ: propter hoc solũ hi qui recte querunt eũ inueniũt pacẽ. Recte autem querere dicuntur qui verbum quod est in principio apud deum querunt vt illos patri adducat. Aug. Queritis ergo inquit me nõ pio desiderio sed odio. nam illũ postea q̃ abscessit ab oculis hoiz id̃ sierũt: et q̃ oderũt et q̃ amabãt: illi psequẽdo: isti habere cupiẽdo: et ne putetis: qz me bene queritis. In peccato vestro moriemini. hoc est xp̃m male querere: in peccato suo mori. hoc e⁹ illũ odisse: per quez solum posset saluus esse. dixitqz sententiã pscius q̃ in peccatis suis morientur. Beda. Sed nota q̃ peccato in singulari numero vtitur: sed vestro i plurali: vt idẽ olm scelus ostẽderet. Orige. Quero autem propter quid infra dicitur: q̃ hoc ipso loquẽte multi crediderunt in eũ: nunquid ad oẽs presentes dicit in peccato vestro moriemini? sed ad illos dicebat quos sciebat nõ esse credituros; vt propter hoc in eorũ peccatis esse morituros: et nõ valentes post ipsum sequi. nã sequitur. Quo ego vado vos nõ po. venire. vbi. s. veritas et sapiẽtia est. hoc est eniz vbi est iesus. Nõ possunt ait: qz non volunt: si eñ voluissent et non potuissent: nõ rationabiliter eis diceretur. In peccato vr̃o moriemini. Aug. Hoc aũt et discipulis alio loco dicit: nec tñ dixit eis. In peccato vestro moriemini: sed quo ego vado: vos non potestis venire modo. non abstulit spem: sed p̃dixit dilatiõnẽ. Orige. Presens aũt x̃bum minatur christi recessum: sed quandiu saluamus ea que anime nostre sunt insita veritatis semina: nequaq̃ recedit a nobis verbum dei. Si vero a lapsu in malitiam corrũpamur tunc dicitur nobis. ego vado. et cum queremus eũ nequaq̃ inueniemus sed in peccatis nostris moriemur: ab ipa morte occupati. Non oportet autẽ ptrãsire inexquisite qd̃ dicitur. In peccatis vestris moriemini. Si eñ cõmuniter accipiatur manifestũ est q̃ peccatores in peccatis eorum moriuntur: iusti vero in iusticiis. Si vero dicitur. Moriemini. sicut qui ad mortem peccat moritur. manifestũ est q̃ hi quibus talia dicebãtur: nõ

Differẽtia querentium iesum.

En no. rali

quasi mortui erant sed viuebant in infirmitate anime:sed infirmitas il la ad mortem erat:propter hoc me dicus videns eos grauiter infirmā tes dicebat. Et in peccatis vřis mo riemini:z sic manifestuz erat illud. Quo ego vado:vos non potestis ve nire. Cum enim aliquis in suo pec cato moritur:quo vadit iesus nō po test ire nullus enim mortuus potest sed iesum.nō eniz mortui laudabūt te dñe. Aug. His vbis auditis quo modo solent carnalia cogitantes in terrogauerūt:nam sequitur. Dice. ergo iudei. Nunquid interfi.semet ipsum:qr di.quo ego vado vos non potestis venire. Stulta vba. Quid enim non poterāt illi venire quo ipe perrexisset:si iterficeret semetipsuz nunqd ipsi non erant morituri: Er go:quo ego vado dixit.nō q itur ad mortem:sed quo ipse ibat post mor tem. Theophi. Per hoc enim mani festauit q resurget in gloria z sede bit ad dexteram dei. Orige. Quere mus tamen si hoc ab eis de saluato re dicitur altius aliquid cernētib⁹. Multa etiam aut ex traditione aut ex apocriphis ipsos contingebat vi dere pre multis. Forte igitur in his q tradita sunt de christo: erat iuxta sanas traditiones propheticorū ser monū:sicut generari eum i bethleē: sic z de morte eius vt hoc mō trāsire deberet ab hac vita:quomodo ipse dicit. Nemo tollit animā meā a me: sed ego pono eam.quare quod hic dicitur. Nunquid interficiet se.non fm simplicem sensum dicitur:sed fm aliquam iudeorum de christo tradi tionem.multum enim ex hoc q dixe rat. Ego vado:apparet potestas vo lantarie mortētis corpore derelicto. Estimo autē q ignominiose proferē tes hoc q fz traditiōes suas de mor te christi ad ipsos deuenerat: z non gloriam dantes dixerūt. Nunquid interficiet semetipsum. Oportebat enim eos cum demonstratione glo rie sic dicere. Nunquid anima eius cum ipi placuerit egredietur relicto corpore dominus aūt ad eos q ter

rena sapiebāt:tanq ad terrenos lo quitur.vnde subditur. Et dic.eis. Vos de deor.estis.i.terram sapitis: sursum cor non habetis. Chry.q.d. Non est mirum vos talia cogitare: homines carnales z nihil intelligen tes spirituale:ego de supernis sū. Aug. De quibus supernis: Ab ipso patre quo nihil supius. Vos de hoc mundo estis:ego nō sum de hoc mū do:quomodo enim erat de mundo p quem factus est mundus: Beda. Et qui ante mūdum fuit:illi autem de mundo erant:quia postq mundus esse cepit fuerant creati. Chryso. Ut propter mundanas z vanas cogita tiones hoc dicit. Ego nō sum de hoc mundo. Theophi. Nihil mundanū siue terrenum affectans. vnde nul latenus ad tantam insaniam deue nirē:vt meipsum occiderē. Sed ap pollinarius male suscipiens hūc ser monē ait:q corpus dñi non fuit de hoc mundo:sed desursum celitus de scendit. Nunquid igitur z apostoli quibus a dño dictū est. Vos nō estis de hoc mundo:ola corpora sunt celi tus obtinentes. Sic igitur intelligē dum est cū dicitur. Ego non sum de hoc mundo:hoc est.non sum de nu mero vestrum q mundana curatis. Orige. Alius autem sensus est eorū que sunt de sursum:z eoruz que sunt de hoc mundo. Deorsum eniz sicut de loco aliquo intelligitur:sed mun dus materialis locis quidem diuer sis continetur:qui oēs q̄tum ad im materialia z inuisibilia deorsuz sunt quo ad mundum vero cōparanduz mundi loca erunt vtiq quedā deor sum:z quedam sursum. Ubi autē est thesaurus vniuscuiusq:ibi est z cor eius. Si itaq aliquis thesaurizet i terra deorsum efficitur. si vero ali quis thesaurizet in celis: fit desup: sed z transcendens oēs celos:in fine beatissimo inuenietur. Et iterum. Qui circa hunc mundū est amor fa cit eū qui de hoc mundo est:q autez non diligit mundū:nec ea q sunt in hoc mundo nō est de mundo hoc. Si est z aliqs alius mūdus preter hūc

Apollinaris error retāditur.

sensibilem mundū: in quo sunt inui sibilia: cuius visum ꝛ decorem videbant hi qui mundo sunt corde. Sed ꝛ ipse primogenitus oīs creature pōt dici mūdus: prout est summa sapiētia: oīa enī in sapientia sunt facta. In ipso itaqz erat totus mundus: in tantū differens a mundo materiali: inquantum differt ratio toti⁹ mundi ab omni materia denudata a materiali mundo. Hic ergo xp̄i dicit. Ego non sum de hoc mundo: qꝛ non conuersatur in isto mūdo. Aug. Exposuit autē dn̄s qd intelligi voluerit cū dixit. Uos de hoc mūdo estis: qꝛ. s. peccatores erant. oēs autē cū peccato nati sumus: oēs viuēdo ad id qđ nati eram⁹. addidim⁹. Tota ḡ infidelitas iudeorū ipsa erat nō peccatū habere: sꝫ in peccatis mori. vñ subdidit. Dixi ergo vobis: qꝛ moriemini i peccatis vestris. Credo autē in illa multitudine que dn̄m audiebat: et eos fuisse qui credituri erāt: quasi in oēs autē processerat illa seuerissima sententia. In peccato vestro moriemini. Ac p hoc ꝛ illis q̄ credituri erāt spes erat ablata. reuocauit ergo eos ad spem adiungēs. Si ei non credideritis qꝛ ego sum: moriemini i peccato vestro. Ergo si credideritis qꝛ ego sum: nō moriemini in pctō vr̄o. Chry. Si enī ppter hoc venit vt pctm̄ tollat: ꝛ aliter non ɔtingit illud exuere nisi p lauacrū: nec ɔtingēt eū qui nō credit ex hac vita abire: veterem hoīem. i. pctm̄ habētē: nō solū qꝛ nō credit: sꝫ etiā qꝛ priora pctā habēs hīc recedit. Cū aūt dixit. Si nō credideritiꝫ qꝛ ego suꝫ qꝛ nihil addidit: multū ē qꝫ cōmēdauit: qꝛ sic etiā de⁹ moysi dixerat. Ego sum q̄ sum: sꝫ quo audio. Ego sum q̄ sum: ꝛ nisi credideritis qꝛ ego sum quasi alia non sint? Sꝫ prorsus qualiscūqꝫ excellētia si mutabilis ē: vere nō est. Nō. n. ē ibi verū esse: vbi est ꝛ nō eē. discute rerū mutationes: inuenies fuit ꝛ erit. Cogita deū inuenies est: vbi tps preteritū eē nō possit. vt ergo tu sis: trāscēde tps. hec itaqꝫ sūt verba: ne moriamur in peccatis n̄ris: nihil aliud mihi videtur his

pera / um / erio / snle.

verbis dixisse. Nisi credideritis qꝛ ego sum: qꝫ nisi credideritis qꝛ deus sum. deo grās: qꝛ dixit. Nisi credideritis. nō dixit. nisi cepitis. qs enī hoc capiat? Orige. Manifestum est autē qꝫ q̄ moritur in pctis suis q̄uis dicat se xp̄o credere. in veritate nō credit q̄ ei credit iusticie: nō iusticiā faciet. ꝛ credēs i sapiētiā: nil stultuꝫ dicit aut facit. ꝛ sic si scrutat⁹ fuer̄ ceteros intellect⁹ xp̄i inuenies quomodo qui non credit christo moritur in peccatis suis. Accedēs autem ad cōtraria eorum que considerantur in xp̄o: in peccatis suis moritur.

¶ Dicebāt ergo ei. Tu qs es? Dicit eis iesus. Principiū qui ꝛ loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui ꝛ iudicare: sed qui me misit verax est: ꝛ ego q̄ audiui ab eo hec loquor in mūdo. Et nō cognouerūt: quia patrem eius dicebat deum.

¶ Aug. Qꝛ dixerat. ḡ. dn̄s. Nisi credideritis qꝛ ego sum moriemini in pctis vr̄is. Interrogāt illi velut qrētes nosse in quē deberēt credere: ne in suo pctō morerēt. vñ dr. Dicebāt ḡ ei. Tu qs es. Nō. n. cū dixisti. Nisi credideritis qꝛ ego sum: addidisti qs esses: sciebat autē ibi quosdaꝫ esse credituros. ꝛ iō cū dixissent. Tu qs es: vt scirēt q̄d illū credere deberēt. Dixit eis iesus. pncipiuꝫ q̄ ꝛ loquor vobis. nō tāqꝫ diceret: pncipiū suū: sed tāqꝫ diceret Principium me credite. quod in pronomine greco euidenter apparet: vbi principium femini generis est. principium ergo me credite: ne moriamini in peccatis vestris. principium enim mutari non potest: in se manet: ꝛ innouat omnia. Absurdū est autem vt filiuꝫ dicamus principium: ꝛ patrem principium non dicamus. non tamē duo pricipia: sicut nec duos deos: spirit⁹ autē sanctus patris ꝛ filij est spirit⁹. nec pater est nec fili⁹. pater tn̄ ꝛ fili⁹ ꝛ sp̄us sanctus sunt vnus deus: vnū lumen: vnū principiuꝫ. Addidit autē

Trinitatis ostēsio.

Qui loquor vobis. q2 humilis propter vos factus ad ista verba descēdi. Ergo credite me esse p̄ncipiū: q2 vt hoc cerdatis nō solum sum principium: sed ⁊ loquor vobis. Nam si p̄ncipium sicuti ē ita maneret apd̄ patrē: vt nō acciperet formā serui: quomodo ei crederēt: cum infirma corda intelligibile verbū sine voce sensibili audire nō possent? Beda. Sane in quibusdā exemplaribus inuenitur. Qui ⁊ loquor vobis: sed cōgruētius esse probatur si q2 legatur: vt iste sit sensus. Principiū me esse credite: q2 propter vos ad hec verba descendi. Chrys. Uel aliter. Cōsiderāda est amentia iudeorum qui post tēpus tātū ⁊ signa ⁊ doctrinam interrogāt. Tu quis es. Quid igitur christus a principio loquor vobis quasi dicat. Sermōes meos indigni estis audire: nō solū vt dicā vobis: Quis ego sum: vos em̄ omnia tētantes loquimini: ⁊ hec omnia possem arguere ⁊ vos punire. vnde sequitur. Multa habeo de vobis loqui ⁊ iudicare. Augusti. Supra dixit. Ego nō iudico quēq̄. sed aliud est. Nō iudico: ⁊ aliō habeo iudicare. nō iudico dixit ad presens Qō autē dicit. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: iudiciū futurum dicit. Ideo autē verus in iudicio ero. q2 filius veracis veritas. sū. vnde sequitur. Sed qui misit me verax est. Uerax est pater. nō participādo: sed generādo veritatē. Nunquid em̄ dicturi sum⁹. Plus veritas q̄ verax? si hoc dixerimus: filium incipiemus dicere patrē maiorem. Chry. Dicit aūt. hoc vt nō estiment q̄m tot audiēs ex imbecillitate nō punit: aut q2 eorū cogitationes et contumelias nō nouit. Theo. Uel q2 dixerat. Multa habeo de vobis loqui et iudicare: iudiciū futuro seculo reseruans subiungit. Sz qui me misit verax est. q. d. Etsi vos infideles estis pater me⁹ verax ē: qui diē stabiliuit in quo vobis retribuo fiet. Chryso. Uel aliter. Si in hoc me misit pater: non vt iudicem mundū: sed vt saluē mūdū: verax autē est pater. Cōuenienter nullum ego nunc iudico sz hec loquor que sunt ad salutem: non que ad iudiciū. vn̄ sequit. Et ego que audiui ab eo: hec loquor in mundo. Alcui. audisse autē a patre idē est et esse a patre: q2 ab illo habet audientiam a quo habet essentiā. Augu. Dat gloriā patri equalis filius: tanq̄ dicat. Do gloriā ei cuius sum fili⁹ quomodo tu superbus es aduersus eū cuius es seruus? Alcui. Cum autez audissent: Uerax est qui misit me nō intellexerunt de quo diceret. vnde subditur, Et nō cog. quia pa. ei⁹ dice. deū. Nondum eniz oculos cordis apertos habebant quibus patris et filij equalitatem intellexerunt.

Equalitas patris ⁊ filij.

¶ Dixit ergo eis iesus. Cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum ⁊ a meipso facio nihil: sed sicut docuit me pater hoc loquor. Et qui me misit mecum est: et non reliquit me solum: quia que placita sunt ei facio semper. Hec illo loquente: multi crediderunt in eum.

¶ Augusti. Cum dixisset dominus Uerax est qui misit me non intellexerunt iudei q̄ de patre illis diceret. videbat aūt ibi aliquos quos ipse nouerat post passionē suā esse credituros. ⁊ ideo sequitur. Dixit ergo eis iesus. Cū exaltaueritis filiū hominis tunc cognoscetis quia ego sum. Recolite illud. Ego sum qui sum: ⁊ cognoscetis quid sit dictum. Ego sum. Differo cognitionem vestram: vt impleaz passionez: meā: ordine vestro cognoscetis: qui cū scz exaltaueritis filiū hominis. Exaltationē aūt crucis dicit: quia ⁊ ibi exaltat⁹ est quādo pependit in ligno. hoc oportebat impleri p manus eorum qui postea fuerant credituri: quibus dicit hoc. quare? nisi vt nemo in quocunq̄ scelere: ⁊ m

Nō dilationis.

le fi

e sibi conscius desperaret: quãdo ideat eis donari homicidiũ qui oc derãt christũ. Chry. Uel aliter conti ua. Quia multa signa faciens et ocẽs eos nõ cõuerterat. de cruce. e reliquo loquitur dicẽs. Cũ exalta. :.q.d. Uos estimatis q tunc maxie me separati eritis quãdo me occi eritis. Ego autẽ dico quoniã tunc aximo scietis z gratia signorum resurrectionis z captiuitatis vre oniã ego sum christus filius dei: nõ cõtrarior illi. propter quod bdit. Et a meip. ni. fa. s si. do. me ater sic loquor. per hoc enim indif rentiam substantie manifestat: z nihil extra paternales intelligẽ s loquitur. si enim deo contrari sem nõ tãtã iram mouisset cõtra s qui me nõ audierunt. Aug. Ut iter qr dixerat. Tunc cogno. quia o sum. z ad ipsum eẽ pertinet tota nitas: ne forte subintraret error bellianorum cõtinuo subiunxit. t a me fa. nihil quasi dicat a me: so nõ sum. filius enim de patre ẽ eus. Qd ergo addidit. Sicut do. e pater: hoc loquor. nemini vestrũ repat cogitatio carnalis. Nolite obis quasi duos homines ãn ocu s ponere: z loquentem patrem ad: ium. Sicut facis tu quando ali verba dicis filio tuo. Que ei ꝑ fierent vnico verbo. si autẽ de quitur in cordibus vestris sine so qu modo loquitur filio suo? In porabiter pater locutus est fi io corporalr pr genuit filium: nec eũ docuit quasi indoctũ genuerit: sz c est eum docuisse: quod est scien n genuisse. Si enim simplex est tura veritatis: hoc est filio esse q sse. quemadmodũ ergo pater illi gnendo dedit vt esset: sic gignen: dedit vt nosset. Chr. Rursus ad milius sermonem reduxit. Se: itur. Et qui me misit. Ne autem c q dicit misit me: minoratõis e dicit. Mecum est. nã hoc qui m dispensationis: hoc autem dei s est. Augu. Et cũ ambo simul t: vnus tamẽ est missus alter mi

sit: quoniã missio incarnatio est: et ipsa incarnatio filij tãtũ est: non et patris ergo inquit. Qui me misit: i. cuius auctoritate tanq paterna in carnatus sum. Misit itaq pater fi: lium: sed nõ recessit a filio. vnde se: quitur. Et nõ rel. me solũ. Nõ em quo misit filiũ nõ ibi erat pater qui dixit. Celũ z terrã ego impleo: sz q: rerum nõ dereliquit subdit. Quia que pla. sunt ei fa. sp. nõ ex quodã initio sed sine initio sine fine. dei est generatio nõ hz initium temporis. Chr. Uidet aliter. Qr cõtinuo dice: bãt. Quoniã nõ ex deo est: z qr sab batũ nõ custodit. cõtra qd ait. Quõ que pla. sunt ei fa. sp. ostẽdens qm et soluere sabbatũ placitum est ei. Multipliciter em studet vt ostẽdat q nihil facit patri contrariũ: et qr q humanius locutus est subdit. Hec il. lo. mi. cre. in eũ. Ac si diceret euã gelista. Ne turberis si quid humi: le a christo audieris: qui enim post tãtã doctrinam nondũ suasi erant humiliora audiunt et suadent: igi tur crediderunt quidam: sed nõ vt oportebat sz simpliciter: quasi letã tes et requiescẽtes in verborum hu militate. Et hoc ostẽdit euãgelista in subsequentibus sermonibus in quibus narratur q rursus ei iniu riabantur.

¶ Dicebat ergo iesus ad eos qui crediderunt ei iudeos. Si vos manseritis in sermõe meo vere discipuli mei eritis: z co gnoscetis veritatem z veritas liberabit vos. Responderunt ei iudei. Semen abrae sumus z nemini seruiuim vnq. Quo mõ tu dicis: liberi eritis? Re: spondit eis iesus. Amen amẽ dico vobis: quia omnis qui fa cit peccatum seruus est pecca ti. Seruus autem non manet in domo in eternum. Filius ãt manet in eternum. Si ergo vos filius liberauerit: vere liberi

eritis.
¶ August. Voluit dñs in pfundũ fundare fidẽ eorũ q crediderãt. vt nõ superficie tenus crederẽt z iõ dr. Dicebat ẽ iesus ad eos q credi dirũt ei iudeos. Si vos mãseritis i sermõe meo vere di cipuli mei eritis. Per hoc qd dicit. Si mãseritis ondit ea q in eorũ corde erãt. Sciebat. n. qm crediderũt qdẽ: sz nõ mãserunt z magnũ qd eis pmittit. s. vere disci pulos ei⁹ fieri. In q occulte tãgit qs dã q pus ab ipso recesserãt: qz illi eũ audierũt z crediderũt z recesse rũt qz nõ pmãserũt. Aug. de v. do. Oẽs ãt nos vnũ magrm hẽm⁹: z sub illo cõdiscipuli sum⁹. Nec iõ magri sum⁹: qz de loco supiore loqmur: sz magr ẽ omiũ q habitat in nob. ad di scipulũ aũt parũ est accedere: sz oz manere nos i illo: z si i illo nõ mã serim⁹ cadem⁹. Breue opus: breue vbũ magnũ ope sũ mãseritis. Quid ẽ ẽ in vbis dei manere: nisi nullis tẽtatiõib⁹ cedere. Si labor n est grãtis accipis pmiũ. Si labor est attende magnũ pmiũ et cognoscetis vitatẽ. Aug. sup Joã. q. d. Qz nũc creden tes estis manẽdo vidẽtes eritis. Nõ eñ qz cognouerũt crediderũt: sz vt cogscerẽt crediderũt. Quid ẽ est fi des: nisi credere qd n vides: vitas qd credidisti videre. Si ẽ pmaneat les qd credit puenit ad id qd vi deat vt. s. cõtẽplemur ipsã vitatẽ si cuti est: nõ p vba sonãtia: sz p lucẽ splẽdẽtẽ. vitas incõmutabilis ẽ: pa nis ẽ mẽtis. reficit: nec deficit: mu tat vescẽtẽ. nõ ipsa in vẽscẽtẽ muta tur. Ipsa aũt vitas vbũ dei ẽ. h vi tas carne iduta ẽ pp nos latebat: i carne: nõ vt negaret: sz vt differret vt i carne pateret: vt caro pctĩ redi meret. Chry. Vl cognoscetis vitatẽ h ẽ me. Ego ẽ sũ vitas: iudaica q dẽ oĩa typ⁹ erãt veritatẽ aũt a me scietis. Aug. de v. dñi. Forte alıqs diceret. Et qd mihi pdest cogscere vitatẽ: et iõ subiũgit. Et vitas li berabit vos. q. d. Si nõ delectat vi tas: delectat libertas. Liberari. n. ppe dr liberũ fieri: quõ sanari sanũ fieri. Hoc i vbo greco plani⁹ ẽ. nã zn cõsuetudine latina max ie in eo cõ sueuim⁹ audire hoc vbũ: vt qcũqz li berat: itelligat picula euadere: mo lestiis carere. Theo. Sicut aũt su pra i fidelib⁹ ait in pctis vris moie mini: sic manẽtib⁹ in fide: absolutio nẽ annũciat pctorũ. Aug. iiij. de tri. Vñ ẽt vitas liberabit nisi a morte z corruptione: a mutabilitate. Veri tas qppe imortalis icorrupta incõ mutabil pmanet. vera aũt incõmu tabilitas est ipsa eternitas. Chry. Eorũ aũt q crediderãt erat ẽt incre patiões sufferre: sz hi stati seuiunt Si aũt oportebat eos turbari i po ri cõuenictĩ⁹ erat vt turbarent in h scz qd dixit. Cognoscetis vitatẽ vt di ceret. Nũc ẽ vitatẽ nescim⁹: lex igit mẽdaciũ ẽt cognitio nr̃a. sz nllĩ⁹ ho rũ eis cura erat. sz de mũdanis re bus dolẽt. Nõ ẽ aliã suitutẽ noue rãt nisi mũdanã. vñ seqt. Rñderũt ei. iu. semẽ abrae sumus et ne. ser. vnqz: quõ tu di. li. eritis. q. d. eos q de gñe sunt abrae q sunt igenui nõ oportebat suos vocare: nũqz ẽ suiuim⁹. Aug. Vel hoc rñderũt nõ illi q iã crediderãt: sed q in turba erãt nõdũ credẽtes hoc aũt ipsum. Nemi ni suiuim⁹ vnqz. Sm hui⁹ tpis liber tatẽ quõ verũ dixistis: Joseph nõ ẽ venũdat⁹ pphe: sctĩ in captiuitatẽ nõ sunt ducti: o ingrati qd ẽ qd vo bis assidue putat de⁹: in vos de do mo suitutis liberaui: si nemini s= uistis: Vos aũt q loqmini quõ sol uebatis tributa: romanis: si ne mini vnqz suistis: Chryso. Qz vo nõ ad vanã gl'iã erãt q dicebant a xpo: sed ad salutẽ: nõ voluit ondere eos suos eẽ hoĩum sed pctĩ: q difficilli ma suit⁹ est a qua sol⁹ de⁹ eripe põt vñ. seqtur. Rñdit eis iesus. Amen amen di. vo. qz om. q fa. pe. ser. est pctĩ. Aug. Multũ cõmẽdat qd sic p nũciat quodã mõ si dici fas ẽ: iura tio ei⁹ ẽ. Amẽ qppe iterptat vex: z tñ nõ ẽ iterptatũ: nec grec⁹ hoc iter pres ausus ẽ facere. vel latin⁹. Nã hoc vbũ amẽ hebreũ est. nõ est aũt interpretatũ vt honorẽ hẽret velamẽ

Margin (left): ...hrist⁹ ...erat ...cre ...tiuz
Margin (left): ...les ẽ ...dere ...nõ vi
Margin (right): Vesana iudeorũ rñsio.
Margin (right): Amẽ q= re nõ est trãslatũ

to secreti. nõ vt eēt ligatū: sed ne vilesceret nudatū. Jā qtū hoc cōmēdatū sit: ex ipsa geminatiōe cognoscite. Uerū dico vobis. Vitas dicit: q̄ vti qȝ ⁊ si nō diceret verū: dico mētiri oīno nō posset tñ iculcat dormiētes quodā mōexcitat: cōtēni non vult qđ dicit. Ois inqt inde. grec' diues: paup: impator: ⁊ mēdic' si facit pctm: seruus est pctī. Grego. iij. mor. Qz q̄squis se prauo desiderio subijcit iniqtatis dño dudū libera mētis colla supponit. sed huic dño ɔdicim': cū iniqtati q̄ nos cepat reluctamus: cū cōsuetudini violēter resistimus: cū culpā penitēdo pcutim': et maculas sordiū lachrymis lauam'. Grego. xxv. moral. Quāto aūt aliqui liberi' pagūt puersa que volūt tāto eius fuitio obnori' obligant. Aug. O miserabil' fuit': fu' hols aliqñ sui dñi duris impijs fatigat': fugiēdo requiescit: fuus pctī quo fugit secū trahit quocūqȝ fugerit. Peccatū enim qđ facit inius est. voluptas trāsit: peccatū nō trāsit. p̄terijt qđ delectabat: remāsit qđ pūgat. Solus de pctō liberare pōt: q̄ venit sine pctō: et factus est sacrificiū p pctō. Nā seqtur seruus autē nō manet in domo in eternū. Ecclesia est domus: seruus peccatorꝫ est: multi intrāt in ecclesia pctōres. nō ergo dixit. Seruus nō est in domo: sed nō manet in domo in eternum. Si ergo nullus ibi seruus erit: q̄s ibi erit? q̄s gloriabit' mūdū se eē a pctō? multū nos terruit: sed adiūgit. Filius aūt manet in eternum? Ergo sol' in domo sua erit christ'. An forte in hoc q̄ dicit filius: caput et corpus est? Non enim sine causa terruit: et spē dedit: terruit: ne peccatū amarem': spē dedit: ne de peccati absolutione diffideremus. Hoc est ergo spes nostra: vt a libero liberemur. ipse enim precium dedit: nō argētum: sed sanguinē suum. et propter hoc subditur. Si er. fi. vos lib. ve. lib. er. Aug. de ver. do. Non a barbaris: sed a diabolo. nō a corporis captiuitate: sed ab animemi quitate. Aug. Super Joan. Prima libertas est carere criminibus: sed ista inchoata est non perfecta libertas: quia caro concupiscit aduersus spiritum: vt non ea que vultis faciatis. Libertas autē plena atqȝ perfecta est: quando nulle erit inimicitie: quando nouiss' ma inimica mors destruetur. Chrysostom'. Ut aliter quia dixerat. Qui facit peccatum seru' ē peccati. ne precurrāt et dicant: Imolationes habemus: ille nō eripere pñt. ppterea īduxit. Seru' nō mãet ī domo ieternū. Fili' mãet ieternū. Dom' mētionē facit p̄ris: p̄cipatū domū nominās: ostēdēs ex translatione humanorū q̄m sic dñs ī domo: ita ipse oim ptātē hȝ. hoc ei qđ dicit: Non manet: significat nō hȝ ptātem donādi: sed fili' q̄ ē dñs dom' hȝ. Et iō sacerdotes veteris legis nō habebant potestatē per sacramenta legalia peccata dimittere. oēs ei peccauerūt: ēt sacerdotes: qui pro seipsis. vt dicit apl's. nece hēbāt sacrificia offerre: sed fili' hãc habet ptātē. vn̄ ɔcludit. Si ergo fi. vo. li. ve. er. ostēdēs q̄ mūdana libertas de qua gloriabātur non est vera libertas. Augu. Noli ergo liberate abuti ad libere peccādū. s; vtere ad n̄ peccādū. Erit enim volūtas tua libera si fuerit pia. erꝭ liber: si fuerꝭ seru' iustitie.

Allegoria expositio.

¶ Scio quia filij abrae estis: sed queritis me interficere: qr sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem loquor: ⁊ vos, que vidistis apud patrem vestrum facitis. Responderūt ⁊ dixerūt ei Pater noster abraam est. Dicit eis iesus. Si filij abrae estis: opera abrae facite. Nūc autem queritis me interficere hominē qui veritatem vobis locutus sum: quam audiui a deo. Hoc abraam non fecit. Vos facitis opera patris vr̄i.

Aug. Judei se liberos dixerant: quia semen erat abrae. Quid ergo dñs ad hoc responderit subdit. Scio quia fil. abr. es. q. d. Agnosco vos qz filij estis abrae carnis origine: non cordis fide. et ideo subdit. Sed queri. me inter. Chrys. Hoc em addidit vt nō dicant. peccatū nō habemus. Dimittens em omnē corruptiā redar guere hoc qd pre manibus erat: qd adhuc agere volebant: ducit in medium. Paulatim em eos a cognatio ne illa remouit: erudiēs in hoc non magna sapere. Sicut em libertas et seruitus est ab operib⁹: ita et cognatio: sed ne dicerent hoc iuste agim⁹ subiūgit cām dicēs. Quia fmo me⁹ non capit in vobis. Augusti. i. nō capit in cor vestruz. qz non recipitur a corde vestro. Sic est enīz sermo dei fidelibus: tanq̄ pisci hamus: tūc capit: qn capit: nec fit iniuria illis qui capiūtur: ad salutē q̄ppe nō ad pniciem capiūtur. Chrys. Et non dixit. Nō capitis meū sermonē: sed nō capit me⁹ sermo in vobis: altitudinez suorū dogmatū ostēdens: sz possent dicere. Quid si a teipso loqueris: ppter hoc inducit subdēs. Ego qd vidi apud patrē meū loquor. nō em solum eādem substātiā: sz eandē veritatē habeo patri. Augu. Dñs autez patrē suū deū vult intelligi. q. d. Ueritatē vidi: veritatē loquor: qi veritas sum. Si ergo dñs veritatē loquitur: quā vidit apud patrē. se vidit. se loqtur: qi ipse est veritas patris. Orige. Manifestat autē hec auctoritas saluatorē fuisse visorē eoruz q̄ sunt apud patrē: cū tn̄ homines quibus reuelatio fit visores non sint. Theophi. Cū vero audis. Qd vidi loquor nequaq̄ corpalem visionē intelligas: sz naturalē notitiā veraz et approbatā. Sicut em oculi videntes integre aliq̄d et vere pspiciunt nec fallunt. sic ego veraciter ea loquor q̄ cognoui a patre meo. Sequitur. Et vos qd vidistis apud patrē vestruz facitis. Orige. Adhuc nō nolat patrem ipsorū paulo superi⁹ abraam cōme morauit. sed dictur⁹ est alterū patrē eoz. s. diabolū: cui⁹ filij erāt: inquātū mali erant: nō inquātū homines erant malum ergo qd faciūt comin⁹ eis obiurgat et corripit. Chrys. Alia littera habet: et vos q̄ vidistis apud patrē vestrū facite. q. d. Sicut ego verbis et veritate ostēdo patrē: ita et vos a rebus ostēdite abraam. Orige. Item alia littera hz. Et vos q̄ audistis a patre facite. Audierāt em a patre ea q̄ in lege et prophetis scripta sunt. Qui autē hoc verbo cōtra eos q̄ alteri⁹ opinionis sunt fuerit vsus: ostendit q nō alius de⁹ est qui legem dedit: et pphetas: et christi pater. Queram⁹ etiā ab inferētib⁹ duas naturas dicētes: a patre q̄dez audiuisse alienos incōueniēs ē. Si aūt ppriū saluatoris erāt et beate nature qualiter q̄rebāt illuz occidere: et saluatoris sermonē nō capiebant. Illi autē longe molestius acceperūt q̄ protulerit domin⁹: quis eorū esset pater. nam eū qui multarū gentiuz pater est: fatētur sui fore patrē. vnde seqtur. Respōderūt dixerūt. Pater noster abraā ē. Aug. q. d. Quid tu dicturus es cōtra abraā. Uidebatur em eum puocare vt aliq̄d mali diceret de abraā: et eēt eis occasio faciēdi qd cogitabāt. Orige. Sz et hoc ipsum saluator interimit tanq̄ falso dictū. vn̄ subdit. Dicit eis iesus: si filij abrae estis opera abrae facite. Augu. Et tamē superi⁹ ait. Scio qz filij abrae estis. Unde nūc non negauit eoz originē sed facta condemnat. caro eoruz ex illo erat: sed vita nō erat. Orige. Uel dicēdū q supra in greco habet. Scio q semē abrae estis. vt ergo hec pateāt: videamus primo corpalis seminis et filij differētiam. Manifestū est em q semen in seipso habet rōnes eius cuius est semen: adhuc manētes et pausantes. filius vo transmutato semine: et agēte in appositā sibi materiā a muliere: per supinducta nutrimēta similitudinē accipit generātis. Et q̄ntum ad corporalia. si aliq̄s est filius alicuius subsistit ex semine: si vero aliquod est semē: nō oino filius efficit.

Moralis doctrina.

Uisio spiritual notat.

Expositio subtilis.

Quoniã autẽ ex operibus iudicantur aliqui semen abrae: videndũ est ne forte ex aliqbus seminalib' rõnibus infusis qbusdã animab' oporteat imaginari eos qui semen sunt abrae. Nõ oẽs igitur hoies semen sunt abrae: neq enim oẽs hñt hmõi rationes ↄsitas in eorũ aiab'. Opz igit eum q abraam semen est: et' fieri per similitudinẽ et filiũ. possibile vero est ex negligentia rocio destruere hoc qd est eius semẽ. hi aũt ad qs sermo erat: adhuc i spe erãt. vnde sciebat iesus q adhuc semen erant abrae: ꝛ nondũ peremerãt possibilitatẽ fiẽdi filii abrae. ꝑpter qd eis dicit. Si filii abrae estis: opera abrae facite. Si aũt sup hoc q erãt semen abrae: ad augmẽtũ magnitudinis adoleuissent: verbũ iesu caperent. Sed qꝛ nõ accesserãt ad hoc q essent filii: verbũ nõ capiunt: sꝫ interficere volũt verbũ: ꝛ quasi ↄfringere nõ capientes magnitudinẽ eius. Si igit aliqs vꝫ semẽ ẽ abrae: ꝛ ad huc verbũ dei non capit: nõ q̃rat interficere verbum: sed transmutet se ad hoc q sit filius abrae: ꝛ tunc poterit capere filiũ dei. Quidã autem vnum ex operib' eligunt abrae: illũ scꝫ credidit abraam deo et reputatũ est illi ad iustiticiã: vt autẽ cõcedatur eis q fides sit opus: cur nõ dictũ ẽ singulariter. Opus abrae facite: sꝫ pluraliter. puto eñ q hoc dictũ eq pollet ei qd est. Cũcta opa abrae facite: vt tamẽ ex hystoria abrae allegorice sumpta: opera ei' spiritualiter prosequamur. Neq eñ oportet eum qui vult esse filius abrae adire ancillarũ coniugia: nec post obitũ coniugis in senectute aliam ducere coniugem. Seqt. Nunc autẽ q̃ritis me interficere hominẽ qui veritatem locutus sum vobis. Chriso. Hanc scꝫ veritatẽ: q est patri equalis. propter hoc eniꝫ iudei querebãt euꝫ interficere. et vt ostendat q hoc non est contrariũ patri subdit. Quã audiui a deo. Alcui. Quia ipe qui ẽ veritas a deo patre genitus erat: audire enim nihil aliud est q̃ esse a patre. Orige. Occidere me loquit hominem. Interim non dico filiuꝫ dei: non dico verbum, quia non moritur verbum hoc dico quod videtis: qꝛ qd videtis potestis occidere: ꝛ quez non videtis offendere. Sequit. Hoc abraam nõ fecit. Alcui. q. d. In hoc ꝓbatis vos non esse filios abrae: qꝛ facitis opa cõtraria operib' abrae. Orige. Sed diceret ad hoc quidaꝫ: quoniam superflue dictuꝫ est hoc q non fecerit abraam: quod sua temporibus non contingebat fieri. non enim in suis diebus natus erat christus. sed dicenduꝫ q in temporibus abrae natus fuerat homo: qui quã audierat a domino veritatem dicebat: non tamen q̃situs est ab abraã vt eũ occideret. Et scias q spiritualis aduentus iesu: nullo tempore defuit sanctis. Ex hoc igitur comprehendo omnem hominẽ qui post regenerationem ꝛ ceteras apud ipse factas diuinit' gratias peccat denuo crucifigit dei filium propriis reatibus in quos redit. sꝫ hoc abram nõ fecit. Sequitur. Uos facitis opera patris vestri. Augusti. Adhuc non dicit quis est iste pater eoruꝫ. Chry. Dicit autem hoc dominus volens eis auferre superfluam gloriam de cognatione: et suadere eis vt nõ vltra spem salutis habeant in cognatione naturali: sed in ea que est ẽm adoptionem. hoc enim eos prohibebat venire ad christum: quia estimabant cognationem abrae sibi sufficere ad salutem.

Ꝺ Dixerunt itaq ei. Nos ex fornicatione nõ sumus nati. Unũ patrem habemus deum. Dixit ergo eis iesus. Si de' pater vester esset: diligeretis vtiq me. Ego enim ex deo processi ꝛ veni. Neq eñ a meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam nõ cognoscitis? quia nõ potestis audire sermonẽ meũ.

Ꝺ Augusti. Ceperant iudei vtrũq cognoscere: qꝛ non de carnis genera

Tropo
logica
expositio.

Aduentus xp̃i
ad sanctos.

Fornicatio spiritualis.

tione loqueretur dñs: sed de vite institutione. Cõsuetudo aũt scripturarũ est fornicationem spũaliter appellare: cum dijs multis et falsis aĩa tãq̃ prostituta subijcitur. vñ dicit. Dixerũt itaq; ei. Nos ex fornicatione nõ sumus nati. vnũ patrẽ habem⁹ deũ. Theophil. Quasi respõderẽt q̃ dei quererent vltionẽ. et ideo aduersus eum cõsiliarent. Orige. Uel aliter. Quia redarguti sunt non esse filij abrae: atrocius respondent latẽter designantes ex adulterio productũ fore saluatorẽ. sed magis mihi videtur q̃ conrixando respõderunt. Cuz enim prius dixerant. Pater noster abraam est. et audiuissent. Si filij abrae estis opera abrae facite: fatẽtur se habere maiorẽ prẽz q̃ abraã: scz deum: et non ex fornicatione sumpsisse exordiũ. Nõ eñ ex sponsa: sz ex meretrice seu materia demon q̃ nihil facit ex se pducit eos qui carnalibus vsi inherent materie. Chrysosto. Sed quid dicitis vos patrẽ habetis deũ. et xp̃m incusatis hec dicẽtem. Et nimirũ ex fornicatione multi eorũ nati erant: etenĩ illicitas commixtiones faciebãt. nõ tamẽ hoc redarguit: sed instat vt ostendat q̃ nõ sunt ex deo. vnde sequitur. Dixit ergo eis iesus. Si deus pater vester esset: diligeretis vtiq; me. ego eñ ex deo pcessi et veni. Hyla. vij. de trini. Religiosi nominis assumptionẽ dei filius in his qui se dei filios confitẽtes: patrem sibi deum dicerent: non improbauit: sed temerariã iudeorũ vsurpationẽ patrẽ sibi deum presumẽtiũ: per id q̃ se non diligerẽt obiurgat: non vtiq; dici potest idipsuz esse ex deo exire quod venisse. Sz cũ ab his qui sibi deũ patrem dicerẽt: idcirco se diligendum ait: q̃ ex deo exisset. causam dilectionis ex causa docuit eẽ nascẽdi. Exisse eñ ad incorporalis natiuitatis retulit nomen: quia religio profitendi sibi patrem deuz: ex dilectione christi q̃ ex eo genitus sit metienda est. Nec eñ in deum patrem sit religiosus q̃ nõ diligit filium: cum diligendi filij nõ

Judei ... ex fornicatione.

alia causa sit q̃ q̃ ex deo sit. Ex deo igitur filius est: non aduentu: sz natiuitate. dilectio autẽ in patrẽ hinc erit omnis: si filius ex eo esse credatur. Augustinus. Sic ergo q̃ de deo processit verbũ eterna processio est. ab illo enim processit verbuz patris et venit ad nos: quia verbum caro factum est. Aduentus eius humanitas eius: mãsio eius: diuinitas ei⁹: dicitis deum patrem cognoscite me vel fratrem. Hyla. Non esse autem a se sibi originem docuit cum subdidit. Neq; enim a meipso veni: sed ille me misit. Origenes. Hoc arbitror dici propter quosdam per se venientes et non missos a patre: de quib⁹ in hieremia dicitur. Non mittebaz eos et ipsi currebant. Quoniam autem qui duas naturas ingerũt: vtũtur hoc verbo: obijciendum est contra illos. Paulus eniz odiebat iesuz cum persequeretur ecclesiaz dei. vnde dominus ad euz. Quare me persequeris? Si ergo veruz est quod hic dicitur. Si deus pater vester esset diligeretis me. palam est quoniã et recte cõuertitur: si non diligeretis: nequaq; deus pater vester esset. Paulus autem aliquo tempore non diligebat iesum: fuit ergo tempus quo deus pater pauli non extitit. Non igitur natura paulus deũ fili⁹ fuit: sed postmoduz dei filius factus est: quando vero de⁹ alicuius sit pater: nisi quãdo mandata eius custodit? Chrysosto. Quia vero semper q̃rebant dicẽtes. Quid est hoc quod dicit. Quo ego vado vos nõ potestis venire? propterea subdit. Quare loquelam meam non cognoscitis? q̃ non pote. audi. sermonem meũ. Augusti. Ideo autem audire non poterant: quia corrigi credẽdo nolebãt. Chrysost. Primo igitur captãda est virtus que verbuz diuinũ exaudiat: vt deinceps validi sistamus ad percipiendam totaz locutionẽ iesu: q̃m quandiu quis curatus nõ est in auditu proprio: a verbo quod dicit surdo aperiaris: auditu percipere nequit.

Antixp̃i notantur.

¶ Uos ex patre diabolo estis: et desideria pa[tris] vestri vultis facere. Ille ho[mici]da erat ab initio et in veritate non stetit: quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendaciũ: ex proprijs loquitur: quia mẽdax est: et pater eius. Ego autem si veritatem dico non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare nõ creditis mihi? Qui ex deo est: v[er]ba dei audit. Propterea vos nõ auditis: q[ui]a ex deo non estis.

¶ Chrysosto. Exclusit iudeos domi nus a cognatiõe abraã: et quia maiora ausi sunt: vt scilicet patrem suũ deum dicerent: de reliquo percutit eos dicẽs. Uos ex p[at]re diabolo estis. Augusti. Hic iam cauenda est here sis manicheorum: que dicit esse quã dam naturam mali: et gentem quã dam tenebrarũ cum principib[us] suis. vnde diabolus originem ducit: et hic dicunt ducere originem carnem nostram: et s[ecundu]m hoc putant dictum a domino. Uos ex patre diabolo estis: q[uod] esset illi velut natura mali ducentes originem de gente contraria tenebrarum. Orige. In hoc autem simile videntur incurrisse ei qui diceret alteram esse oculi videntis substantiam et alteram caligantis vel se auertentis: quemadmodũ enim in his non differt substantia s[ed] quedam contingit causa que facit caligare sic substantia eadem est: siue recipiet rationem siue non. August. Iudei ergo filij erant diaboli imitã do. non nascẽdo. vnde sequitur. Et desi. pa. ve. vul. fa. Ecce vnde filij estis scilicet talia desiderantis: non quia de illo nati estis. Queritis enim me occi. ho. qui veritatem vobis dico. et ille inuidit homini et occidit. vnde sequitur. Ille homici. erat ab initio. Utiq[ue] in primo homine et in quo potuit fieri homicidium. nõ enim posset occidi homo: nisi prius fieret homo. Non ferro accinctus diabolus ad hominem venit: verbum malum seminauit et occidit. Noli ergo putare non esse homicidium quando fratri tuo mala persuades. vos autem ideo seuitis in carne: quia nõ potestis in mente. Orige. Perpende autem q[uod] non p[ro]pter aliquem singulariter tantũ: sed pro toto genere quod peremit: in quantum in adam cũcti moriuntur: et vere dictus est ab initio homicida. Chrysosto. Et non dixit. Opera s[ed] desideria eius facitis ostendens: quoniã vehementer et ille et ipsi ab occasionibus possidentur: et quia continue eum accusabãt q[uod] non est a deo: insinuat occulte q[uod] hoc etiam eis ex diabolo est. vnde sequitur. Et in veritate non stetit. Augu. xi. de ci. dei. Forte autem aliquis dicet q[uod] ab initio sue conditiõis in veritate nõ steterit. et iõ nũq[uam] b[ea]t[u]s cũ s[an]ctis ãgelis fuerit: suo recusans eẽ subditus creatori: ac p[er] hoc falsus et fallax: q[ui]a p[ro]pria subiectiõe noluit tenere quod nature est: affectans per superbam elationẽ simulare quod nõ ẽ. Huic sententie quisquis acquiescit cum manicheis sapit vt suam quandam propriam: tanq[uam] ex aduerso quodam principio dyabolus habeat naturam mali qui tanta vanitate desipiunt: vt non attendãt non dixisse dominũ. A veritate alienus fuit: sed in veritate non stetit: vbi a veritate lapsum intelligi voluit. Illud etiam quod ait ioannes. Ab initio dyabolus peccat: hoc itelligunt: si natura le est nullo modo esse peccatũ. Sed quid respondetur propheticis testimonijs. siue quod ait Isaias sub figurata persona principis babylonie dyabolũ notãs. Quõ occidit lucifer q[ui] mãe oriebatur? siue qd ezechiel. I deliti[j]s padisi dei fuisti: q[uo]d si aliter queniẽti[us] itelligi neq[ue]unt op[or]t[et] qd dem ẽ. In v[er]itate n[on] stetit: sic accipiamus q[uod] i v[er]itate fuerit: s[ed] non p[er]mãserit. et illud q[uod] ab initio dyabolus peccat: nõ ab initio ex quo creatus est peccare putandus est: sed ab initio peccati. cepit enim in ipso

Diabolus homicida dicitur.

Manicheorum cõfutatio.

peccatum et ipse initiũ peccati fuit. Orige. Est aũt vniforme quidem in veritate morari: variũ ãt ac multiforme nõ morari i ea q̃busdã vt ita dicã tremẽtib⁹ gressib⁹ ⁊ nitẽtib⁹ sistere in ea. nõ tamẽ obtinere valentibus. Quibusdã vero nõ passis illud: sed in periculo assistẽtib⁹: fm illud. Mihi aũt paulisper cõmoti sunt pedes ⁊ ceteris ab ea cadentibus. Causa igit̃ cur diabolus veritatẽ nõ colat subditur. Quia veritas nõ est in eo scilꝫ q̃ vana suspicat̃: ⁊ seductus est ipse a seipso: in hoc deterior q̃ illi quidẽ ab eo fallunt̃: is autẽ sibĳpsi deceptionis auctor existit. Sed opꝫ inuestigare q̃ño dicit̃ q̃ veritas i ipo nõ est: vtrũ q̃ nullã vnq̃ verã habet doctrinã: sed cuncta q̃ opinat̃ falsa sunt: vel q̃ xp̃i pticeps nõ est qui dixit. Ego sum veritas. Impossibile

Questio subtilis tractat̃.

aũt est aliquã rõnalẽ substantiã de cunctis opinari falso: et de nullo vel exiliter rectitudinẽ cõspicere. Diabolus igit̃ saltẽ id vere capit dogma cõsiderãdo de se q̃ rõnalis est. Nõ igitur eius natura cõsistit ex cõtrario veritatĩ. i. ex errore ⁊ ignau:a nũq̃ enim veritatem cognoscere posset. Augu. xi. de ciui. dei. Uel cum dicit. Quia veritas in eo non est: subiecit iudiciũ q̃li quesissem⁹. vñ ostdat̃ q̃ in veritate nõ steterit: ait q̃ veritas nõ est in eo. Esset aũt in eo si in ipsa stetisset. Sequitur. Cũ loqui. men. ex pro. loqui. quia men. est ⁊ pater eius. Augu. In his verbis quidam diabolũ putauerunt patrem habere. ⁊ q̃uerunt quis esset diaboli pater. hic est error manicheoꝝ. Diabolũ autẽ dñs dixit patrẽ mendacĳ nõ enĩ ois q̃ mẽtit̃ p̃r mẽdacĳ sui ẽ. Si enĩ ab alio mẽdaciũ accepisti, ⁊ dixisti tu q̃dẽ mẽtit⁹ es: sꝫ p̃r mẽdacĳ ñ es. Ille vo q̃ ñ aliũde accepit mẽdaciũ q̃ mẽdacio tãq̃ veneno ſpẽa hominẽ occideret: p̃r est mẽdacĳ: sicut de⁹ p̃r ẽ veritatis. Theo. Hic ei ⁊ deũ apud homines criminatus est ad euam dicens. Quoniã inuidens vobis lignũ inhibuit. et apud deum q̃ñdã criminatus est homines: vt cum dixit. An gratis colit iob dñm? Orige. Attẽde tñ q̃ hoc nomẽ mendax dicitur tã de diabolo q̃ mendaciũ genuit. sicut hic dicit̃. Quia mẽdax est: q̃ de homine. fm illud psalmi. Ois hõ mendax. nã siquis men dax nõ est: hmõi nõ est homo tãtũ: ita q̃ ei ⁊ similibus dici põt. Ego dixi dĳ estis. vñ cũ aliquis loquit̃ mẽdaciũ. de proprĳs loquit̃. Spiritus

Calumnia diaboli.

aũt sanctus loquit̃ a verbo veritatis et sapientie: fm illud. De meo accipiet ⁊ annunciabit vobis. Augusti. de que. euan. Uel aliter. Diabolus nõ speciale nomẽ est: sed commune. In quocũq̃ enĩ opa diaboli fuerint inuenta: diabolus est appellãdus. opis enĩ nomẽ est nõ nature. Itaq̃ hoc i loco patrẽ iudeoꝝ cayn significat: cuius imitatores volentes esse iudei saluatorẽ peremerũt: ab ipso enĩ forma data est fratricidĳ: quem dixit mendaciũ de propĳs loqui: vt ostenderet vnũquẽq̃: nõ nisi p̃pria voluntate peccare: sed q̃ cayn imitatores diaboli est: patrẽ eius diabolũ dixit cuius opa secutus est. Alcui. Sꝫ q̃ dñs veritas ẽ. ⁊ fili⁹ veracis dei veritatem dic: sꝫ iudei q̃ filĳ erãt diaboli: auer si erãt a veritate. Et hoc ẽ qđ sequit̃. Ego autem q̃ vi. di. vo. nõ cre. mi. Orige. Sed q̃ño hoc d̃r iudeis q̃ in eũ crediderãt: sꝫ cõsidera q̃ põt aliquis fm aliquã intentionẽ credere: sꝫ aliã vo nõ credere: sicut q̃ credũt in eũ q̃ sub põtio pilato crucifixus est: nõ aũt credũt in natũ de maria vgine: in eũdẽ credũt ⁊ nõ credunt. Sic igit̃ hi ad quos loq̃bat̃ credebant in eũ: fm q̃ videbatur signoꝝ factor: non credebant aũt his q̃ profunde ab eo dicebant̃. Chry. Quia igit̃ inimici estis veritatis: in nullo me incusantes vultis me interficere. ⁊ ideo subdit. Quis ex vobis arguet me de peccato? Theo. q. d. Si dei filĳ estis vtiq̃ peccantes debetis habere odio. Si ergo me quoq̃ quẽ exosum habetis nõ potestis arguere de peccato: manifestũ est q̃ p̃pter veritatẽ me odio habetis: q̃m sꝫ dicebat se filiũ dei. Orige. Habet

Verbu; dei filio pprium

autem hoc verbũ xp̄i magnã fiduciam cũ nullus hominum fiducialiter hoc dicere potuerit: nisi sol⁹ dñs noster qui peccm non fecit. Gregoꝛ. in home. Pensate aũt mãsuetudinẽ dei. Nõ dedignatur ex rõne ostẽdere se pec catorẽ nõ esse: qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare vnde subdit. Qui est ex deo vba dei audit: ꝑpterea vos nõ audi. quia ex deo non estis. Aug. Noli attẽdere. naturã sed vitiũ. Sunt isti ex deo ꝛ nõ sunt ex deo: natura ex deo: vitio nõ ex deo. Eis aũt hoc dictũ est qui nõ solũ peccato vitiosi erant. nã hoc cõmune erat oibus: sed etiã ꝑcogniti ꝙ nõ erãt credituri ea fide q̃ possent a peccatoꝝ obligatione liberari. Gregoꝛ. in home. Interroget se ergo vnusquisq;: si verba dei aure cordis percipit: et intelliget vñ sit. Nã sunt nõnulli: qui ꝑcepta dei nec aure corporis pcipe dignanẽ. Et sunt nõnulli q̃ h̃ q̃dẽ corpis aure pcipiũt sed nullo ea mentis desiderio cõplectunẽ. Et sunt nõnulli q̃ libenter verba dei suscipiunt: ita vt etiã in fletibus cõpunganẽ: sed post lachrymarũ tẽpus ad iniquitatẽ redeunt. hi profecto verba dei nõ audiunt: quia hec exercere in opere contemnunt.

¶ Respõderũt ergo iudei: et dixerũt ei. Nõne bene dicimus nos qꝛ samaritanus es tu: et demonium habes? Respondit Iesus et dixit. Ego demoniũ nõ habeo: sed honorifico patrem meum ꝛ vos inhonorastis me. Ego aũt nõ quero gloꝛiã meã. Est q̃ q̃rat: ꝛ iudicet. Amẽ amẽ dico vobis: siqs sermonẽ meũ seruauerit mortem non videbit ineternum.

Iudeorũ mes pꝛersa.

¶ Chry. Cũ aliquid altius dñs diceret: hoc apud iudeos: q̃ valde insensibiles erant insania videbatẽ: vt ex eoꝝ respõsiõe colligitẽ. Dicitẽ enim. Respon. ergo iu. ꝛ dixe. ei: nõne bñ di. nos: quia sa. es tu ꝛ demoni. ha.

Oꝛige. Sed dignũ est querere: quõ cũ samaritani secula futura denegent: nec aĩe durabilitatẽ acceptẽt: ausi sunt samaritanũ dicere saluatorẽ: qui de resurrectione et iudicio tot et tanta edocuit. Sed forsan volut improperantes illi hoc dicunt: dũ que sent: ũt ipsi nõ docet. Alcui. Samaritani em̃ gens odiosa israelitico populo: decẽ tribub⁹ in captiuitatẽ ductis: terrã eoꝝ possidebãt. Oꝛige. Cõuenit quoq; ꝙ aliqui de eo arbitrenẽ ꝙ fm̃ samaritanos sentiret: vt nihil post obitũ referuetẽ hominib⁹: sed ficte ad placẽdũ iudeis de resurrectione ꝛ eterna vita tractaret. Demoniũ vero illũ habere dicebant: ꝑpter eius sermones trãscendentes capacitatẽ humanã: quibus deũ patrẽ suũ asserebat. ꝛ se de celo descẽdisse. ꝛ cetera hmõi. vel ꝑpter suspitionẽ eoꝝ: qꝛ plures in beelzebub ꝑncipe demonioꝝ opinabanẽ ipsum eycere demones. Theo. Vel samaritanũ illũ dicebant tanq̃ rit⁹ hebraicos dissoluẽtẽ: vtpote sabbati. samaritani em̃ nõ perfecte iudaizabant. Ex hoc vero ꝙ eoꝝ cogitatiões a reuelabat: demoniũ ipsum habere suspicabantur. quẽ vero eũ samaritanũ dixerũt nusq̃ euãgelista dicit: ex quo palã est ꝙ multa ꝑtermiserũt euãgeliste. Gregoꝛ. in hom. Ecce iniuriã suscipiens deus: nõ cõ tumeliosa verba respondet. Sequitur em̃. Respõdit iesus ꝛ dixit: Ego demo. nõ habeo. Ex qua re quid nobis innuitẽ: nisi vt ex eo tẽpore cũ a ꝑximis ex falsitate cõtumelias accipimus: eoꝝ etiã vera taceam⁹ mala ne ministerium iuste correptiõis in arma vertatur furoris. Chrysos. Et attẽdẽdũ ꝙ vbi eos docere opoꝛtebat: ꝛ eoꝝ superbiã subtrahere: asper erat: vbi vero exprobrantẽ eũ opoꝛtebat sufferre multa mãsuetudine vtebatur: erudiens nos q̃ q̃dẽ ad deũ vindicare: que vero ad nos despicere: Augu. Et vt homo prius eius imiteẽ patientiã: vt perueniat ad potentiã. Sed q̃uis maledictus maledicta nõ redderet: pertinuit tũ

Christus q̃re samaritanus vocatus.

ad eū negare. Duo aūt sibi fuerant obiecta. Samaritanus es: & demonium habes. Nō dixit. Nō sum samaritanus: samaritanus em̄ interpretatur custos: nouerat aūt ille se nostrū esse custodē. non em̄ ptinuit ad eū vt redimeremur: & non ptinet vt seruemur. Deniq; ipse est samaritanus qui accessit ad sauciū: & misericordia ipendit. Orige. Aliter quoq; dn̄s magis q̄ paulus oībus oīa fieri voluit vt oēs nancisca꜡. et ideo se nō negauit eē samaritanū. Estimo aūt solus iesu fore vocē. Ego demoniū nō habeo: sed nec habui. sicut & illud. Uenit princeps mūdi huius: & in me nō habet quicq;: q2 etiā que delictoꝝ reputata sunt minima demonibus adaptan꜡. Aug. Deinde post tale ouitū hoc solū dixit de gloria sua. Sed honorifi. patrē meum quasi dicat. Ne vobis arrogans videar. habeo quē honorificē. Theo. Honorificauit aūt patrē vlciscēs eū et nō tolerans homicidas & mendaces se dei veraces filios appellari. Orige. Solus aūt xp̄s verissime veneratus est patrē. nullus em̄ honorans quicq; ex his que nō honorantur a deo honorat deū. Grego. in ho. Sed q2 q̄sq; dei zelo viu꜡: a prauis hoībus dehonesta꜡: in semetipso nobis dn̄s patientie prebuit exēplū q̄ ait. Et vos inho. Augu. q. d. Ego facio qđ debeo: vos nō facitis qđ debetis. Orige. Nō aūt illis solū hoc dictū est: sed & oībus iniuste agentib꜉ qui iniuriā inferunt xp̄o qui est iusticia; et inferentibus cōtumeliā sapientie: eo q꜋ xp̄s est sapientia: & similiter de alijs hmōi. Grego. Sȝ q̄d nobis cōtra iniurias faciendū sit: suo exemplo nos admonet cū subiūgit. Ego au. glo. mea nō q̄ro: est qui querat et iudicet. Chry. q. d. Ex honore quē ad patrē habeo hec locut꜉ sum vobis: & propter hoc dehonoratis me: sed nulla est mihi cura hui꜉ contumelie: illi em̄ noxas debetis ꝓpter quē hec audio. Orige. Querit autē deus gloriā christi in quolibet suscipientiū illum: quā quidem reperiret in operātibus fȝ inītas virtutis causas. Cum autē non reperit: punit illos in quibus non reperit gloriaȝ filij sui. vnde dicit. Est qui querat & iudicet. Augustinus. Quem autem vult intelligi nisi patrem. Quomodo ergo alio loco dicit Pater non iudicat quemq;: sed omne iudicium dedit filio? Sed videte q꜋ iudicium quandoq; pro dānatiōe accipitur: hic autem secūdum discretionem positum est. q. d. Est pater q̄ gloriam meam a vestra discernat. vos enim s̄m hoc seculum gloriamini: ego nō sum hoc seculum. Discernit ēt gloriā filij sui a gloria oīum hominū. nō em̄ q2 hō factus est: iā comparandus est nobis: nos hoīes cū pctō: ille sine pctō: & h̄ fȝ ipsaȝ formā fui. nā illđ q̄s digne loqua꜡. In principio erat verbū? Augusti. Uel aliter. Si vere dictum est a saluatore. Omnia mea tua sunt: palam est q꜋ & ipsuȝ iudiciū filij patris est. Greg. Cum vero malorū puersitas crescit non solū frangi p̄dicatio non debet: sed etiā augeri. vñ dominus postq̄ demoniū habere dictus est: predicationis sue bn̄ficia largius ipendit dicēs: Amē amen dico vobis: siquis sermonē meum seruauerit mortem nō videbit in eternū. Augusti. Uide bit dictum est pro eo quod est experie꜡. Cū ḡ moriturus moritur꜉ loq̄retur quid sibi vult qđ ait. Qui ser. me. serua. mor. nō vi. in eter. nisi q2 videbat aliam mortem de qua nos liberare venerat: mortem eternaȝ: mortem dānationis cum diabolo et angelis eius: ipsa est vera mors. nā ista migratio est. Orige. Sic igitur intelligendum est. Siquis ser. me. ser. mor. non vi. in eter. ac si diceret. Siquis luceȝ meā custodierit: tenebras nō videbit. Quod autem dicit in eternum: cōmuniter est sumēdū: vt sit talis intellectus. Siquis sermonem meum seruauerit in eternū mortem non videbit in eternum: q2 eousq; nō videt aliq̄s mortē quousq; iesu verbum custodit. Cum vero q̄s torpens in obseruantia sermonis &

exēplū ꝓponitur.

Questio pulchra

circa sui custodiã negligẽs factus:
eum cessat custodire: subinde mortẽ
videt: nõ apud aliũ ꝙ apud seipm.
Sic igitur a saluatore instructi pro=
phete querenti. Quis est homo qui
viuet ⁊ nõ videbit mortẽ: responde
re possumus. Qui custodit verbum
christi. Chryso. Seruauerit autem
dicit non solum fide: sed etiam per
vitam puram. Simul autẽ et occul=
te insinuat: quoniam nihil possunt
ei facere. Si eñ qui sermonem eius
seruabit. non morietur in eternum:
multo magis ⁊ ipse potest nõ mori.

¶ Dixerunt ergo iudei. Nunc
cognouimus: quia demonium
habes. Abraam mortuus est et
prophete: et tu dicis: siquis ser=
monẽ meum seruauerit non gu
stabit mortẽ ineternũ. Nũquid
tu maior es patre nostro abraã
qui mortuus est. Et prophete
mortui sunt. Quẽ teipsum fa=
cis? Respõdit iesus. Si ego glo
rifico meipsum: gloria mea ni=
hil est. Est pater meus qui glo=
rificat me: quem vos dicitis. q2
de⁹ vester est: et nõ cognouistis
eũ. Ego aũt noui eũ. Et si dixe=
ro: q2 nõ scio eũ ero similis vo=
bis mendax. Sed scio eũ: et ser
monẽ eius seruo. Abraã pater
vester exultauit vt videret diez
meũ: vidit et gauisus est.

¶ Gregor. in home. Sicut bonis ne=
cesse est vt meliores ẽt p cõtumelias
existãt: ita semp reprobi de bñficio
peiores fiunt. Nã accepta p̃dicatiõe
iterũ iudei blasphemãt: dicit enim.
Dixerunt ergo iu. Nunc cogno. q2
demo. habes. Orige. Hi qui sacris
scripturis credunt cõprehendunt: ꝙ
que preter rectã rationẽ ab homini
bus exercentur: nõ preter demones
Opinio friuola iudeorũ
fiunt. Sic igitur iudei virtute demo
nis putabant iesum dixisse. Siquis
sermo. meũ sua. mor. non videbit in
eter. Hoc autẽ passi sunt: q2 dei vir=
tutẽ nõ perspexerunt: nã hic de mor
te quadã inimica rõni qua pereunt
delinquentes: hoc fassus est. Hi vo
de cõmuni morte cõiectãtes esse qđ
dicit: increpant dicẽtẽ quasi defun=
cto abraã ⁊ prophetis. vnde subdit.
Abraã mor. est ⁊ pphete: et tu dicis
Siqs ser. meũ serua. mor. nõ gusta.
in eter. Cũ aliqua differentia sit inter
ter mortẽ gustare ⁊ videre: p eo qđ
mortem nõ videbit: mortẽ nõ gusta=
bit: protulerunt: velut incauti audi=
tores confundentes dominicum ser
monem. Sicut enim dñs inquantũ
panis viuus est gustabilis est. In
eo vero ꝙ est sapientia est visibilis
pulchritudis. Sic etiaz aduersarius
eius mors ⁊ gustabilis est et visibi=
lis. Cum ergo quis steterit per ie=
sum in intellectuali loco mortem nõ
gustabit: si statum seruat secun=
dum illud. Sunt de hic stantibus
qui nõ gustabunt mortem. cum au=
tẽ aliquis sermonẽ christi acceperit
et custodierit mortem non videbit.
Chrysosto. Rursus autem ex inani
gloria ad cognationez confugiunt.
vnde sequit. Nunquid tu maior es
patre nostro abraã: q̃ mortuus est?
Poterant etiam dicere: nunquid tu
maior es deo cuius sermonẽ qui au
dierunt mortui sunt? sed non dicunt
hoc: quia etiam ꝙ abraam minorez
eum estimabant. Origenes. Non
enim discernunt: quia non solum
abraam: sed etiam quolibet nato ex
muliere: qui natus ex virgine maior
est. nec verum dicebãt iudei. Abraã
Mendacium iudeorũ.
mortuus est. audiuit enim verbum
christi atq3 seruauit. et hmõi simile
dicẽs de pphetis de quib⁹ subdunt.
Et prophe. mor. sunt. nam ⁊ verbuz
filij dei custodierunt. cum verbum
dñi factum fuerit ad osee vel isaiã:
vel hieremiam: quod siquis alius:
custodiuit ipsi pphete custodierũt.
Mendacium ergo dicunt et in hoc.
Scimus q2 demonium habes: et in
hoc abraam mortuus est ⁊ prophe=
te. Gregorius in home. Quia enim
eterne morti inheserant: et eandem
mortem cui inheserant non vide=

bant: cum solam mentes carnis aspicerent in veritatis sermone caligabant. subdunt aūt. Quē teipsum facis? Theophi. q. d. Tu qui nulla cura dignus es carpentarij fili⁹ de galilea: tibi subripis gloriam. Beda. Quē teipsum facis: hoc est. Cuius meriti: cuius vel dignitatis vis credi? Abraam tamen mortuus erat corpore: ala autem vivebat. Maior autē est mors anime in eternū victure: q̄ corporis q̄ndoq̄ morituri. Orige. Cecutientium aūt fuit hec prolatio: quoniā non se fecit iesus id quod est: sȝ ex patre recepit. vnde sequitur. Respondit iesus. Si ego glori. meipsuȝ glo. mea nihil est. Chry. Hoc q̄ntum ad eorū suspitionem dixit: sicut ⁊ supra. Testimoniū meū non est veruȝ: si testimonium perhibeo de meipso. Beda. His autē verbis nihil eē ostēdit gloriā vite presentis. Aug. Dixit auteȝ hoc propter illud qđ dixerāt. Quem teipsum facis. refert em̄ gloriam suā ad patrē de quo est. vn̄ subdit. Est pater me⁹ qui glorificat me. De isto verbo calūniantur arriani fidei nostre: ⁊ dicunt. Ecce maior est pater qui glorificat filium. Heretici non legistis ⁊ ipsum filiū dicentē q̄ glorificet patrem suum. Alcui. Glorificauit aūt pater filiū: cum tpe baptismi: ⁊ in monte ⁊ tpe passionis coram turbis vox facta est ad eum: et post passionē cum resuscitauit ⁊ collocauit eū ad dexteram sue maiestatis. Chry. Addidit autē. Quem vos dicitis: q: deus vester est. Uolebat ei ostendere q̄m non solū patrem eum nesciebant: sed neq̄ deū. Theophi. Nā si vere patrē cognoscerent: filiū eius venerarentur. Deū etiā cōtemnunt: q̄ homicidiū in lege ꝓhibuit. aduersus xp̄m clamātes. vn̄ subdit. Et non cognouistis eum. Alcui. q. Uos carnaliter illū deū vestrum vocatis: ꝓ tēporalibus ei seruitis ⁊ nō cognouistis eum: sicut intelligēdus est spiritaliter ei seruire nescitis. Augu. Quidam heretici dicunt deū annunciatum in veteri testamento: non esse patrē christi: sed nescio quē

alum⁹ a arriorum luitur

principem malorum angelorū. Contra ipsos ergo dicit patrem suū: quē illi dicebant deum suum. Et non cognouerunt. Si enim ipsum cognouissent: eius filiuȝ recepissent. De se autem subdit. Ego autem noui eū. Secundum carnē iudicantibus: potuit ⁊ hic arrogans videri: sed arrogantia non ita caueatur: vt veritas relinquatur: ꝓpter qđ subdit. Et si dixero: q: non scio eū: ero similis vobis mēdax. Chry. q. d. Sicut vos dicentes scire eum mētimini: ita ego si dixero me nescire: sȝ maxima demōstratio est q̄ ab illo sit missus hoc qđ sequitur. Sed scio eum. Theophi. Naturaliter ipsius cognitionē obtinens: qualis em̄ ego sum: talis ⁊ pater: q̄m ego meipsum cognosco: ⁊ illum cognosco. Prebet autē indiciuȝ q̄ ipsum cognoscat cum subdit. Et sermonē eius seruo. Sermonē mandata nūcupans. Quidaȝ autē sic intelligunt hoc qđ dicitur. Sermonem eius seruo. i. rationē substantie ei⁹. Eadē em̄ est ratio substātie patris et filij. ideoq̄ patrē cognosco. nā et pro q̄m sumitur: vt sit sensus. Q̄m eius ſmonē [illegible]. Aug. Sermonē etiā patris t[illegible] fili⁹ loquebatur: ⁊ ipse erat verbū p̄ris: qđ hominib⁹ loq̄batur. Chry. Et q: dixerant. Nūq̄d tu maior es p̄re nr̄o abraam: nihil de morte exponens: se maiorē q̄ abraā esse ostendit p̄r cum subdit. Abraā pater. vester exul. vt vi. diē meū. vidit ⁊ gauisus est. s. ꝓpter beneficiū quod a me hȝ vt a maiore. Theophi. q. d. Diē meum desiderabilē habuit ⁊ letitie plenū: nō quasi alicuius minimi aut fortuiti. Aug. Nō timuit: sȝ exultauit vt videret. credēs vtiq̄ exultauit sperando: vt videret intelligēgendo diē meū. Incertū aūt pōt esse vtrū dixerit tēporalē diē dn̄i: q̄ erat venturus in carne an diē dn̄i q̄ nescit ortū nescit occasum. Sed ego nō dubito patrē abraā totū scisse. Ait eniȝ seruo suo quē mittebat. Pone manū sub femore meo: ⁊ iura mihi ꝑ deū celi. Ergo q̄ fuit illa iuratio: nisi q: significabat de genere abrae ventur[ū]

Intellect⁹ anagogic⁹.

Dies dn̄i duplex.

in carne deuz celi. Gre. Tunc et diē domini abraā vidit cum in figura summe trinitatis tres angelos ho spitio suscepit. Chry. Uel diem suuz dicit diem crucis: quē abraā i obla tione arietis et isaac prefiguraūit per hoc ostendens q non inuitus ad passiones venit: et ostendēs eos esse alienos ab abraam. Si in qui bus ille exultauit hi dolent. Augu. Quale autem gaudiuz fuit cordis videntis verbum manēs: splendo rem p̄re mētibus refulgentē apud patrem manentem deum: et aliq̄n in carne venturū nō de patris gre mio recessurum.

¶ Dixerunt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nondū habes et abraā vidisti? Dixit ergo ei iesus. Amen amē dico vobis. anteq̄ abraā fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent i eū. Jesus autem ab scondit se et exiuit de templo.

¶ Grego. Carnales mētes iudeoꝝ audientium v̄ba xp̄i oculos a car ne non subleuant: dum in eo solam carnis etatem pensant. vnde dicit. Dixerunt ergo iudei ad eū. Quin quagīta ānos nōdum ha. et abraā vi. q. d. multa sunt annorum curri cula ex quo abraā mortu⁹ est: et quo modo vidit diem tuum: carnaliter ei hoc intellexerūt. Theophi. Tūc autem. xxxiij. annorū christus erat: quare ergo non dixerunt. Quadra. annos nondū ha. sed quinquag. nis Superuacua est hm̄oi questio: sim pliciter enim prout eis occurrit dixe runt. Respondent tn̄ quidam q per quinquagesimū annū ex reuerētia iubileū nomināt: in quo et captiuos manumittebant: et emptitijs posses sionibus cedebāt. Grego. Quos be nigne redemptor noster a carnis sue intuitu submouet: et ad diuinita tis contēplationem trahit. vnde seq tur. Dixit ergo eis iesus. Amē amē dico vobis anteq̄ abraaz fieret ego sum. Ante em̄ preteriti tēporis est: sum vero presentis. et q: preteritum et futurū tp̄s diuinitas non habet: sed semper esse habet. nō ait. Añ abraā ego fui: sed ante abraā ego sum: sm̄ illud. Ego sum qui sum. Ante ergo vel post abraā habuit esse: qui et ac cedere potuit p exhibitionē p̄ntie et recedere p cursum vite. Aug. Qz ve ro creatura est abraā: non dixit. Añ teq̄ abraā eēt: sed anteq̄ fieret. neq hoc dixit. Ego factus sum: nā in p̄n cipio erat verbuz. Grego. Sed susti nere ista eternitatis verba mētes in fidelium non valentes: quē intellige re nō poterāt obruere querebāt. vñ sequitur. Tule. ergo la. iu. vt ia. in eum. Aug. Tanta duritia quo curre ret nisi ad similes. s. lapides? Qz vo postq̄ cuncta que ad eū spectabant docendo perfecerat: hi lapides inij ciunt. deserit eos quasi correctionem non suscipientes. vnde subditur. Je sus aūt absco. se: et exiuit de templo. Non autē abscondit se in angulo tē pli: quasi timēs: aut in domūculā fu giens: vel post murū: aut colūnā se vertens: sed celica potestate inuisibi lem insidiantibus se constituens: p mediū illorū exiuit. Jesus autē ab scō se et exi. de templo. Grego. Qui si diuinitatis sue potētiā exercere vo luisset: tacito nutu mētis in suis eos actibus ligaret: aut in penas subite mortis obrueret: sed q̄ pati venerat exercere iudiciū nolebat. Aug. Ma gis enim erat cōmendanda patien tia: q̄ exercēda potentia. Alcui. Jō etiam fugit: qz nondum venerat ho ra passionis: et qz ipse non elegerat hoc genus mortis. Augu. Ergo tāq̄ homo a lapidib⁹ fugit: sed veh illis a quorū lapideis cordibus deus fu git. Beda. Mystice autem quotquot malas cogitationes quis assumit: quasi tot lapides in iesum mittit: ac deinde q̄tum ad se pertinet si ad de liberationē transit: iesuz extinguit. Grego. Quid autem abscondendo se dominus significat: nisi q eis ipa veritas absconditur: qui eius verba sequi contemnunt: eā quippe quam si inuenit humilē veritas fugit mē

Questio curiosa.

Jesus fact⁹ inuisibilis

tem. Quid aūt nobis hoc exemplo loquitur: nisi vt etiam cum resistere possumus iram superbientium humiliter declinemus.

Capitulū. ix.



Et preteriens iesus vidit hominē cecū a natiuitate: ⁊ interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi: qs peccauit hic an parentes eius vt cecus nasceretur? Rñdit iesus: neq3 hic peccauit: neq3 parētes eius: sed vt manifestentur opa dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Uenit nox quando nemo potest operari. Quandiu sum in mundo: lux sum mundi. Hec cū dixisset expuit in terram ⁊ fecit lutū ex sputo: ⁊ liniuit lutum super oculos ceci: ⁊ dixit ei. Uade ⁊ laua in natatoria syloe: quod interptaꝛ missus. Abijt ergo ⁊ lauit: ⁊ venit videns.

¶ Chry. Quia iudei sermonū christi altitudinem nō susceperāt: exiēs de templo curauit cecum. sui absentia eorum furorem mitigans: et per operationē signi: eorū duriciā molliens: ⁊ de his que dicta sunt a se faciēs fidē. vñ dr. Et pte. ie. vi. ho. ce. a na. Ubi cōsiderādū ꝙ egrediēs de tēplo studiose vēit ad op⁹ sui manifestatiuū. ipse em̄ vidit cecū: nō cecus ad eū accessit. Et ita studiose respexit vt discipuli ei⁹ vidētes eū studio se aspiciētē interrogarēt. Sequitur em̄. Et inter. eū disci. eius. Rabbi: quis pec. hic an paren. eius: vt cec⁹ nasceretur? Augu. Rabbi magister est. Magistrū appellāt: qꝛ discere cupiebāt. questionē quippe pposuerāt dño tāq3 magistro. Theophi. Uideꝛ tñ hec qō peccare: neq3 ei susceperāt apostoli nugas gētilium: qm̄ aīa in alio seculo viuēs peccauit: s3 diligēter intuenti nō apparet simplex hec qstio. Chry. Uenerūt ei, ad hāc interrogationē: qꝛ pri⁹ supra paralyticū curās dixit. Ecce san⁹ fact⁹ es: nō vltra pecces. Illi igitur cogitantes: qꝛ propter pctā fuerat ille paralysi resolut⁹: qrunt de isto. Si hic peccauit qd nō est dicere: a natiuitate em̄ cecus est. Aut parētes ei⁹: s3 neq3 hoc. fili⁹ em̄ p patre nō sustinet penā. Sequitur. Rñdit ie. Neq3 hic peccauit: neq3 parētes ei⁹. Aug. Nūqd vel ipe sine originali peccato nat⁹ erat: vel viuēdo nihil addiderat? Habēbāt ergo peccatū ⁊ ipe ⁊ parētes ei⁹: s3 non ipo pctō factū est vt cec⁹ nasceretur. Ipse aūt causam dicit quare cec⁹ sit natus; cū subdit. Sz vt manifestētur opa dei in illo. Chry. Nō aūt ex hoc ostēdit ꝙ alij ceci facti sunt pp pctā parentū. Neq3 ei cōtingit vno peccāte aliū puniri. qd aūt dicit. Ut manifestetur gloria dei: de seipo dicit non de pre. Illi⁹ em̄ gloria iā manifesta erat: s3 nunqd iste iniusta passus est? Sed ego eū bñficiū accepisse dico p cecitatē: p hāc em̄ interiorib⁹ respexit oculis. Qui vero ex nō ente ad esse eū deduxit ptātē habebat absq3 iniuria: ⁊ ita eū dimittere. Dicūt aūt quidā qm̄ vt hic nō est causatiuū: sed significat euētū. sicut ⁊ illō. Lex subintrauit vt abundaret delictū. sic et hoc consecutū est vt dñs oculos clausos apiens: ⁊ alia naturalis infirmitatis nocumēta corrigēs: suā demōstrauit virtutem. Grego. i. mor. Alia itaq3 est pcussio qua pctōr pcutitur: vt sine retractatione puniatur: alia qua pctōr pcutiꝛ vt corrigatur: alia qua qsq3 pcutitur: nō vt preterita corrigat: sed ne vētura cōmittat: alia p quam nec pterita culpa corrigiꝛ: nec futura phibeꝛ. Sed dum inopinata salus pcussionē sequitur: saluantis virt⁹ cognita ardētius amaꝛ. Chry. Et qꝛ de seipso dixit. Ut manifesteꝛ gloria dei. subiūgit. Me opz operari opa ei⁹ q misit me. i. me opz manifestare meipm: ⁊ facere ea que manifestent me patri eadē facientem.

ctas nota

Sensus pfund⁹

Beda. Cũ em̃ filius se operari ope-
ra patris asserit: sua pris opa ea-
dẽ esse mõstrauit: qu nt infirma
saluare: debilia robor. re: hoĩes illu
minare. Augu. Per hoc aũt q dicit.
Qui misit me: vniuersam gloriã dat
illi de quo est: qr ille habet filiũ qui
de illo sit: ipe nõ hz de quo sit. Chry.
Addit aũt. Donec dies est. i. donec li
cet credere hoibus in me: donec vita
hec consistit opz me operari. Et hoc
ostendit subdens. Uenit nox quãdo
nemo põt operari. Nox dicta est fm
illud. Proijcite eũ in tenebras exte-
riores. Ibi ergo erit nox: vbi nemo
põt operari sed recipere quod ope-
ratus est. Cũ viuis fac: si quid factu
rus es. Chryso. Ultra em̃ neq fides
est: neq labores: neq penitẽtia. Au
gu. Si aũt modo operamur: hic est
dies: hic est christus. vnde subdidit.
Quãdiu sum in mũdo: lux sum mun
di. Ecce ipse est dies. Dies iste q cir
cuitu solis impletur: paucas horas
habet. Dies presentie christi vsq in
cõsummationẽ seculi extendet. Ipse
enim dixit. Ecce ego vobiscum sum
vsq in cõsummationẽ seculi. Chry.
Quia vero sermonẽ quẽ dixerat: p
opera credi fecit: subiungit euange
lista. Hec cũ dix. expu. in ter. z fecit
lu. ex spu. z li. su. ocu. ceci. Qui autez
maiores substantias de nihilo ad es
se produxit: multo magis oculos si-
ne materia fecisset. Sed voluit doce
re seipsum esse creatorẽ qui in prin-
cipio vsus est luto ad hois formatio
nẽ. Ideo aũt nõ aqua vtitur ad lutũ
faciendũ sed puto: vt nihil ascribat
fonti: sz discas: qm̃ virt' oris ei' ocu
los aperuit z plasmauit: z deinde vt
non videatur eis ex virtute terre eẽ
curatio iussit lauari. vnde sequitur.
Et dixit ei: vade z laua in nata. sy.
qd interpre. missus: vt discas qm̃ nõ
indigeo luto ad faciendos oculos.
Et qr in syloe erat virt' christi: q oia
operabatur: ppter hoc z interpreta
tionẽ nobis euãgelista adiecit dicẽs
Quod interpretatur missus. vt discat
qm̃ z illic christus eũ curauit. Sicut
em̃ apostol' dicit: q petra erat chri-
stus: ita z syloe spiritualis erat cui'
repẽtinus aque defluxus occulte in-
sinuat nobis christi manifestationẽ
pter omnẽ spem. Sed quare non sta
tim euz fecit lauari: sed ad syloe mi
sit? vt destruatur iudeorum indeuo-
tio. Conueniẽs em̃ eraz omnes euz
videre euntẽ: z lutũ super oculos ha
bentẽ. Et etiã volens ostendere: qm̃
non alienus est a lege z veteri testa
mento: mittit eũ ad syloe. non autẽ
erat timendũ ne syloe sumeret hãc
gloriã: multi em̃ lauantes ibi oculos
nullo tali bñficio sunt potiti. Et iterz
vt discas ceci fidẽ qui nõ cõtradixit:
neq cogitauit apud seipsum. Lutuz
solet magis excecare. multotiens la
ui in syloe: z in nullo sum adiut': si-
quã virtutẽ haberet: psens vtiq cu-
rasset: sed simpliciter obediuit. vñ
sequitur. Abijt ergo z la. z ve. vidẽs.
Sic igitur manifestauit suã gloriã:
non enim parua gloria est vt estime
tur auctor creationis. Ea enim que
de maiori est fides: q minus est certi-
ficat: in vniuersa autẽ creatione ho-
norabilior est homo. Eorum autem
que in nobis sunt mẽbrorum: hono-
rabilior est oculus: hic enim corpus
gubernat: hic ornat visum. Et quod
sol est in orbe terrarum: hoc est ocu-
lus in corpore. vnde superiorem lo-
cum sortitur: sicut in quodaz regali
loco collocatus. Theophi. Quidam
tamen dicunt: q lutum non fuit de-
positum: sed in oculos est cõuersuz.
Beda. Mystice aũt postq̃ expulsus
est de cordibus iudeorum: mox trãs-
iuit ad gentilium populum. Preteri
re autem eius vel iter facere: est de
celis in terram descendere. Itaq vi
det cecum. cum misericorditer respe
xit genus humanum. Augu. Genus
enim humanum est iste cecus. hec
enim cecitas contigit in pmo homi-
ne p pctm̃: de quo oẽs originem duxi
m'. cec' ẽ q a natiuitate. Spuit dñs i
terrã: de saliua lutũ fecit: qr vbũ ca-
ro fcm̃ ẽ: z inũxit oclos ceci. Inũctus
erat z nõdũ videbat. qñ. n. iũxit: for
te eũ cathecuminũ fecit. Mittit illuz
ad piscinã que vocatur syloe: quia

Nox nimi hce. qm̃ ventura

Myste- rium in lauat.

Glo dei nif. ta.

baptizatus est in christo:et tunc eũ illuminauit. Pertinuit autē ad euā gelistam vt cōmendaret nobis nomen huius piscine. et ait. Quod interpretatur missus: Nisi enim ille fuisset missus:nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Greg. xviij. mor. Uel aliter. Per saliuā sapor intime contemplationis accipitur: q̄ ad os a capite defluit:quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos gustu reuelationis tangit. vnde dominus saliuam luto miscuit: ceci nati oculos reparauit qz superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem sue cōtemplationis irradiat:et ab originali cecitate hominem ad intellectum reformat.

fe is e.

¶ Itaq3 vicini ꝛ qui viderant eum prius quia mēdicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat ꝛ mendicabat? Alij dicebant quia hic est: alij autem nequaq3 sed similis est ei⁹. Ille vero dicebat quia ego su3. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit Ille homo qui dicitur iesus lutũ fecit ꝛ vnxit oculos meos ꝛ dixit mihi. Uade ad natatoria syloe ꝛ laua. Et abij ꝛ laui ꝛ video. Et dixerũt ei. Ubi est ille? Ait: nescio. Adducũt eum ad phariseos qui cecus fuerat. Erat aũt sabbatũ quādo lutũ fecit iesus: ꝛ apuit oculos ei⁹. Iterũ ergo interrogabāt eum pharisei q̄uo vidisset. Ille aũt dixit eis. Lutũ mihi posuit sup oculos ꝛ laui ꝛ video. Dicebāt ergo ex phariseis quidā. Nō ē hic hō a deo q̄ sabbatũ nō custodit. Alij aũt dicebāt. Quō pōt hō peccator hec signa facere? Et scisma erat iter eos.

Dicũt ergo ceco iterũ. Tu q̄d dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille aũt dixit: Quia propheta est.

¶ Chry. Inopinabilitas facti miraculi incredulitatem iducebat. et ideo dicitur. Itaq3 vicini et qui viderant eu3 prius qz mēdicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Mirabilis dei clementia quo descēdebat? Eos q̄ mendicabant cũ multa deuotione curabat: et hinc iudeorum os obstruens: quoniam non p̄claros: nō insignes: neq3 principes: sed ignobiles sua dignos ducebat prouidētia. etenim in salute omnium venerat. Sequitur. Alij dicebant: qz hic est. Ceco enim per longam viam eunte diligentes inspectores facti ex inopinabilitate eius quod viderāt non vltra poterant dicere. Non est hic. Sequitur. Alij aute3 nequaq3 sed similis eius est. Aug. Aperti ei oculi vultum mutauerant. Sequitur. Ille autē dice. qz ego sum. Uox grata ne damnetur ingrata. Chry. Non enim verecũdatus est de priori cecitate: neq3 formidauit furorē plebis: neq3 renuit ostendere seipsum: vt prediceret benefactorem. Sequitur dicebant ergo ei: quomo aperti sunt oculi tui. Hunc modum neq3 nos scimus neq3 ipse qui curatus est nouit: sed quod quidem factum est nouerat modum aute3 cōprehendere nō poterat. vnde sequitur. Respondit. ille homo qui dr iesus: lutũ fecit: linuit oc'os meos. Uide quomodo verax est. nō dixit vnde fecit. Quod enī nō nouerat non dicit. neq3 eni3 sciuit quoniam in terra expuit: qm̄ autē superunxit: per sensum tactus didicit. Sequit. Et dixit. Uade ad natatoria syloe ꝛ laua. Et ho: etiam ex auditu testatus est: recognouit enim eius voce3 ex disputatione cum discipulis. Et quia ad vnum se preparauerat sc3 omnia sibi suaderi a iubente subiũxit. Et abij et laui: et vidi. Aug.

Clementia iesu miranda.

Cecus fit apostolus

Ecce

Ecce ānūciator factꝰ est gratie. ecce euangelizat et cōfitetur iudeis. Cecꝰ ille cōfitebatur: et cor impiorū strīgebatur: quia nō habebāt i corde qđ iam ille habebat in facie. vñ sequitur. Et dixerūt. vbi est ille? Chry. Dicebāt aūt hoc occasionē meditantes: iā enim aduersus ipsū ꝯspirauerāt. Christus aūt nō aderat his q̄ curabant. nō eñ q̄rebat gloriā neq; se ostētare. Recedebat etiā semp curans iesus: vt oīa suspitio tolleretur signorū. Qui enim nō cognoscebāt eum qualiter ob gratiā eiꝰ se curatos cōfiterentur? vnde sequitur. Ait nescio. Aug. In his ver. inuncto simīlis erat nondū videnti ꝓdicat ꝛ nescit quid predicat. Bed. Unde figuram tenet cathecuminorū: qui ꝛ isti credunt in iesum: adhuc tamē eum quasi nesciūt: qr nondū oti existūt. Phariseorum aūt erat approbare opus vel improbare. Chry. Judei igitur querētes. Ubi est ille. Uolebāt eū inuenire: vt eū ducerent ad eos qi vero nō habuerūt eū ducūt cecū. vñ sequitur. Adducunt eū ad pha. q̄ ce. fuerat. vt. s. vehemētius eūilter rogarēt. Propterea aūt ꝛ euangelista subdit. Erat aūt sabbato quando lu. fecit le. ꝛ ape. ocu. eius. Ut. s. eorū malam mentē demonstraret: ꝛ causam ꝑpter quā eū querebāt vt scʒ occasionem contra eū inuenirent: ꝛ vt detraherent miraculo per estimatā legis ꝑuaricatiōeʒ: quod etiā manifestū ē ex his q̄ sequuntur. Sequitur enim. Iterū ergo inter. euʒ pha. quōvidisset. Uide āt qualiter nō turbatur cecus. nā quādo quideʒ turbis dicebat sine periculo iterrogatus: nō ita magnū erat ꝟitatē dicere. Mirabile aūt est nūc ꝙ in amplori periculo cōstitutus: neq; negat neq; cōtraria dicit prioribus. Sequitur enim. Ille aūt dixit eis. Lutum posuit mihi sup oculos meos: ꝛ laui: ꝛ video. Hoc āt ad eos qui iā audierāt succinctus loquitur. Nō eniʒ dixit nomē dicētis. neq; qm̄ dixit mihi. Uade et laua: sed confestim. Lutum posuit ꝛc. et sic contrarium

Costantia ceci notatur.

Cathe. Aurea

passi sunt eius qđ volebant. Dixerunt enim eū vt negaturuʒ: sed ab eo tertius didicerāt. Sequitur. Dicebāt ergo ex phariseis. Augu. Nō omnes sed quidam. iā enim inungebant quidē. Dicebant ergo: nec videtes nec inūcti. Nō est hic homo a deo qui sabbatū nō cũstodit. Ipse potius custodiebat qui sine peccato erat. Sabbatum enim obseruare spiritualiter est nō habere peccatum. et hoc admonet deus quando cōmendat sabbatū. Omne opus seruile non facietis. Quid sit opus seruile a domino audite. Ois q̄ facit peccaū seruus est pcti. sʒ isti sabbatum carnaliter obseruabāt: spiritualiter violabāt. Chry. Malitiose aūt qđ factū est silentes: estimatam preuaricationē in mediū ferebāt. Non enim dicebāt quoniā sabbato curat: sed qꝛ sabbatū nō fuat Sequitur. Alij dicebāt quō potest hō peccator hec signa facere? A signis enim inducebantur: sʒ imbecilliter erant dispositi. congruū enim erat ostendere qualiter sabbatū nō soluitqr: sed nōdū hanc habebant mētem ꝙ deus esse vt possent respondere quoniā dominꝰ sabbati hec fecit. Nullus deniq; eorū audebat ea que volebat manifeste dicere: sʒ in ambiguitate. hi quideʒ propter improbabilitatem. alij vero ꝓpter amorem principatus. Sequitur ꝛ scisma erat inter eos. Hoc scisma primo incepit in paulo: deinde in principibus. Augu. Dies enim erat christꝰ qui inter lucem et tenebras diuidit Chry. Uolētes aū qui dixerāt. Hō peccator non potest talia signa facere: os aliorū obstruere: eum qui suscepit virtutis experientiā in medium ducunt: vt nō videantur ipsi ad uocatione oti. vñ sequitur. Dicunt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de illo qui apuit tibi oculos? Theo. Uide quō beniuole q̄rūt. ñ ei dixerūt. Tu qđ dicis ꝺ illo sabbatū nō obfuat sʒ miraculū cōmemorant. Quomodo aperuit tibi oculos: bene ipsum sanatum concitantes: quasi dicerent.

Insidiosa niter rogatio

S. tho. m m m m

[illegible]

[illegible] sua.

¶ Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset: et vidisset donec vocaverunt parentes eius qui viderat; et interrogaverunt eos dicentes. Hic est filius vester quem vos dicitis quia cecus natus est? Quomodo ergo nunc videt? Responderunt eis parentes eius: et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: et quia cecus natus est. Quomodo autem nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: etatem habet ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quoniam timebant iudeos. Iam enim conspirauerant iudei vt siquis eum confiteretur esse christum extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerunt: quia etatem habet ipsum interrogate.

¶ Chry. Quia pharisei cecum attonitum facere non valuerunt: sed videbant eum cum omni propalatione benefactorem suum predicantem: per parentes putabant christi miraculum annihilare. vnde dicit. Non credi. ergo iudei de illo quia cecus fuisset et vidisset donec voca. pa. eius qui viderat. Augu. i. cecus erat et viderat. Chry. Sed hec est veritatis natura: per que putatur insidias pati per hec efficitur firmenda. cum enim [illegible] quidem obviat: et per ea que inserit veritatem. videtur: per ea clarior eam ostendit quod et nunc factum est. Ne enim aliquis diceret quod vicini nihil certum dixerunt: sed per quandam assimilationem locuti sunt. parentes in medium adducuntur qui maxime suum filium cognoscebant. Statuentes autem eos in medium: cum multo furore interrogant. vnde sequitur. Et inter. eos dicen. Hic est filius vester? et non dicunt. Qui quondam fuit cecus: sed quem dicitis quod natus est cecus. O iniqui quis pater eligeret talia mentiri de filio? Solum non dicunt quem vos fecistis cecum. Duobus autem his ad negationem eos inducere conantur. et in hoc quod dicunt. Quem dicitis quia natus est cecus. et in hoc quod subdunt. Quomodo ergo nunc videt? Theo. q. d. Aut hoc falsum est quod nunc videat aut primum quod cecus fuerit: sed constat hoc esse verum quod videt: falsum ergo fuit quod cecum eum dicebatis. Chrys. Tribus ergo interrogationibus factis: si filius eorum est: si cecus fuit: et qualiter vidit. duas confitentur. vnde sequitur. Responderunt ergo eis parentes eius et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: et quia cecus natus est. Tertiam autem abiiciunt. vnde subdunt. Quomodo autem nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Et hoc est pro veritate factum est vt nullus alius sed ipse qui curatus est et qui dignus fide erat: hoc confiteretur. vnde sequitur. Ipsum interrogate. etatem habet: ipse de se loquatur. Augu. q. d. Iuste cogeremur loqui pro infante: quia ipse pro se loqui non posset. Cecum a nativitate novimus: sed loquentem. Chry. Qualiter ergo gratificuerint parentes quod eorum que sciebant: quedam tacuerunt propter timorem iudeorum. Sequitur enim. Hec di. pa. eius quia time. iudeos. Rursus et hic opinionem iudeorum et mentem evangelista inducit. vnde sequitur. Iam enim conspi. iu. vt siquis eum confi. christum extra syna. fieret. Aug. Iam non erat malum fieri extra synagogam

illi expellebant: christus suscipiebat: sequitur. Propterea parentes eius di. q2 eta. hz. ipsum interrogate. Alcui. In quo ostēdit euāgelista il los nō per ignorātiā: sed ppter metum talia rñdisse. Theo. Imbecilliores eñi filio erāt q̄ testis aderat intrepidus veritatis: illuminatos habēs oculos intellectus a deo.

¶ Uocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus: quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio: vnum scio quia cecus cum essem modo video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos. Respondit eis. Dixi vobis iam ꝛ audistis. Quid. iterum vultis audire? Nunquid ꝛ vos vultis discipuli eius fieri. Maledixerunt ergo ei: ꝛ dixerunt. Tu discipulus illius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo: ꝛ dixit eis. In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit: ꝛ apuit meos oculos. Scimus āt quia peccatores deus non audit: sed siquis dei cultor est: et voluntatem eius facit hunc exaudit. A seculo non est auditū quia quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non posset facere quicq̄. Responderunt ꝛ dixerunt ei. In peccatis natus es totus: ꝛ tu doces nos. Et eiecerunt eum.

¶ Chry. Q2 pentes miserūt phari. ad illū q̄ curatus ē: rursus vocauerūt eū scđo. vñ đr. Uoc. ḡ rurs⁹ ho. q̄ ce. fu. Nō āt māifeste dicūt. Nega qm̄ ipse te curauit: sz sub ptextu religionis ad hoc eū iducere volūt. vñ seq̄r. Da gl'. deo. q. d. Cōfitere: q2 hic nihil est opat⁹. Aug. Nega qđ accepisti. hoc plane nō ē deo gloriā dare sz deū poti⁹ blasphemare. Al. Sic ḡ volebāt illū dare gl'iā deo. vt sicut ꝛ ipsi xp̄z diceret pctō. ē. vñ seq̄r. Nos sci. q2 hic hō pctōr ē. Chry. Qualr̄ ḡ non arguistis eū dicē. Quis ex vob arguet me de pctō? Al. Sz ille vt neq3 pateret calūnie: neq3 v̄itatē celaret nō dixit. Scio eū iustū. nā seq̄r. Dicit ḡ ille. Si pctōr est nescio. Chry. Qualr̄ q̄ dixit. Qm̄ pp̄ha ē. nūc dic. Si pctōr ē nescio. nūq̄d mō timuit cec⁹? Absit: sz voluit xp̄z a rei testimonio ꝛ nō a sua voce ab incusatione eripe: ꝛ suā rñsionē facere fidedignā ab accepto bñficio. Uñ subdit. Unū scio: q2 cec⁹ cū essem: mō video. q. d. Nihil mō de hoc dico vtrū sit peccator. sz itez dico q̄ manifeste noui. q2 igit̄ nequerūt euertere quod fcm̄ est: ad priores redeūt s̄mōes rursus modū curatiōis inq̄rētes: sicut canes q̄ devenationē nūc huc: nunc illuc iuestigātes. vñ seq̄r. Dixe. ḡ illi. Quid fecit tibi: qūo. ap. tibi ocu. hoc ē. Nūq̄d p̄stigio aliq̄? Nō ei dixe. q̄r vidimi: sz q̄r ap. ocu. tibi. dātes occasionē deti ahēdi ꝯ ei⁹ opationē. Dōec igit̄ res inq̄sitiōe idigebat: cecus remisse loq̄bat̄: q2 v̄o iā vicerat audacter de reliq̄ eis loq̄t̄. vñ seq̄r: Rñdit eis. Dixi vob iā ꝛ audistis q̄d itē vultis audire. q. d. Nō attēdist ad ea q̄ dicūt̄. vñ vltra nō rñdebo vobis inaniter interrogātibus ꝛ nō volentibus addiscere sz cauillari que dicuntur. vnde sequitur. Nūquid ꝛ vos vultis discipuli eius fieri? Aug. Quid est. nunq̄d ꝛ vos nisi q2 iam ego sum. nunquid ꝛ vos vultis. iam video: sed non inuideo. Hec loquebatur tam stomachans aduersus duritiā iudeoꝝ: ꝛ ex ceco vidēs: non ferens cecos. Chryso. Itaq3 forte quid est veritas: ita ibe alle mēdaciū. nā v̄itas ꝛ siq̄dē dispe

Iniqua emuloꝝ ptextio.

Ueritas facit claros.

ctos assumpserit: claros eos facit vl' ostendit. Mendacium autez et si cū fortibus fuerit: imbecilles eos mōstrat. Sequitur. Maledixe. ergo ei et dixe. Tu discip. eius sis. August. Maledictum est si cor discutias: nō si verba perpendas. tale maledictū super nos: et super filios nostros. Sequitur. Nos aūt moysi discipuli sumus. nos scimus quia moysi locut' est deus. Sed tūc sciretis: quia per moysen predictus est deus: habetis enim dominū dicentem. Si crederetis moysi: crederetis et mihi. de. me ille scripsit. ita ne segnem seruum et deorsum pomtis contra dominum? nam subditis. Hunc autem nescim' vnde sit. Chrysosto. Ea que per visum cognoscitis: auditu minora estimatis: illa enim que nosse vos dicitis: a progenitoribus audistis. Sed nonne fidedignior est: qui certificauit q a deo venit per miracula: que non solum audistis sed vidistis? vnde sequitur. Respondit ille homo et dixit eis. In hoc enim mirabile est: quia vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Ubiqz signuz inducit: quia hoc depravare non poterant: sed ab eo conuincebantur. et quia dixerant: q homo peccator non potest talia signa facere: decetero illorum assumit iudiciuz propria verba eis in memoriā reducens. vnde subdit. Scimus autē qz peccatores de' non audit. q. d. Opinio hec mea et vestra cōmunis est. Augu. Hec nondū vnctus loquitur. Nā et peccatores exaudit deus. Si eñ non, frustra publicanus diceret. Deus propiti' esto mihi peccatori: et illa cōfessione meruit iustificationē: quomodo ipse cecus illuminationē. Theoph. Uel dicendū est: quoniā q dictū est deū non exaudire peccatores: hoc significat: q facere miracula deus peccatoribus nō concedit. Cū vero veniā implorant de cōmissis: trāslati sunt de gradu peccantiū ad statū penitētium. Chryso. Et vide q cuz supra dixit. Si peccator est nescio: non dubitans dixit. hic eniz non solū a peccatis eum excusat: sed valde deo placentem ostendit. nam subdit. Sed si dei cultor est: et voluntatē eius facit: hunc exaudit. Non eñ sufficit deuz cognoscere: sed voluntatē eius facere. deinde extollit quod factū est di. A seculo non est au. quia quis ape. ocu. ce. nati. q. d. Si confitemini qm deus peccatores non audit. hic autē miraculū fecit: et tale quale null' hominū fecit. manifestum est virtutez qua hoc fecit maiorem esse: q̄ que ē in hominē virtus. vnde subdit. Nisi esset hic a deo: nō posset facere qcq̄. Augusti. Libere constanter veraciter. Hec enim que facta sunt a domino a quo fierēt nisi a deo? aut qñ a discipulis talia fierent: nisi in eis dominus habitaret? Chrysostom'. Quia ergo veritatē locutus ē inmullo confusus est: quando maxime admirari eū oportebat tunc euz condēnant. Sequitur eñ. Responderūt et dixerūt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos. Augusti. Quid est totus? cum oculis clausis. sz qui aperuit oculos: saluat et totū. Chry. Uel dicunt. Totus. ac si dicerent. A prima etate in peccatis es. hic igit eius cecitatē exprobrāt: ostendētes q propter peccata factus est cecus: quod rationem non habebat. donec ergo expectabant eum negaturum esse: fidedignum esse putabant: sed nunc eum eijciūt. vnde sequitur. Et eiecerunt eum foras. Augu. Ipsi illum magistrum fecerant: ipsi vt discerent totiens interrogauerunt et ingrati docentē proiecerunt. Beda. Solet enim maiorum consuetudo a minorib' aliquid discere dedignari.

Opinio fl'a phariseorū.

...cei opi... o fal...

¶ Audiuit iesus: quia eiecerūt eum foras: et cum inuenisset eū dixit ei. Tu credis in filiuz dei? Respondit ille et dixit. Quis ē domine vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum: et dixit ei

iesus. In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vidēt videant: et qui vident ceci fiāt. Et audierunt quidam ex phariseis qui cum ipso erant: et dixerunt ei. Nunquid et nos ceci sumus? Dixit eis iesus. Si ceci essetis non haberetis peccatū. Nunc vero quia dicitis videm⁹ peccatum vestrum manet.

¶ Chryso. Qui propter veritatē et christi confessionē iniuria opprimū tur: hi maxime honorātur: quod in ceco factū est. eiecerunt eīn eum ex templo iudei: et inuenit eum dominus templi et eū suscepit: sicut agonotheta athletam multū laborātē z coronauit. vnde dicitur. Audiuit iesus quia eie. eum fo. z cum inue. eū dixit ei. Tu cred. in fi. dei? Ostendit autē euangelista: quoniam propter hoc venit iesus vt ei loqueretur. Interrogat autē non ignorans: sed volens seipsum notū facere. et ostendens quoniam multū appreciatur eius fidem. quasi dicat. Plebs conuitiata est mihi. sed nulla mihi ē cura illorum: vnius cura est: vt tu credas. melior est faciens voluntatem dei: q̄ decies mille iniqui. Hyla. vj. de trinita. Si autē sola christi qualiscunq̄ confessio fidei esset consummatio dictum fuisset. Tu credis in christū. Sed quia hereticis pene omnibus hoc nomen in ore esset futurū vt christum confiterētur: z filium tamen negarent: id quod propriū christo est: ad fidem poscitur. i. vt credatur in dei filiū. Credidisse autem in dei filium quid proficit si credat in creaturā: cū a nobis fides in christo non creature dei: sed filij dei postuletur. Chryso. Nondum autē cecus christum nouerat: cecus eīn erat anteq̄ veniret ad christū. et post curationem a iudeis circūtrahebat. vnde sequitur. Respondit ille et dixit. Quis est domine vt credam in eū? Desiderantis z valde ingerētis animę verbum est: pro quo tot disputauit. Hunc ignorat: vt discas in eo veritatis amorē. nondū dixit ei dominus. Ego sum qui curaui te: sed medie adhuc loquitur. vnde sequitur. Et vidisti eū. Theophi. Hoc autem dicit: vt reducat ei in memoriā sanitatē. et quia ab ipso virtutē videndi acceperat. Attende aūt quoniā qui loquebatur ex maria nat⁹ est: et ipse idem est dei filius. non alius et ali⁹ s̄m errorem nestorij. vnde sequitur. Et qui loquitur tecum ipse est. Augusti. Modo lauat faciē cordis ei⁹. Denique iam facie lota cordis z mundata consciētia: agnoscit illū non filiū hominis tantū q̄d ante crediderat: sed iam filiū dei qui carnē susceperat. vnde seq̄tur. At ille ait. Credo dn̄e. Parum est credere. vis videre qualē credat. Et procidens adorauit eum. Beda. In quo possunt sumere exemplū: vt non erecta ceruice quis dominū roget: sed supplex ī terrā prostratus: eius misericordiā imploret. Chryso. Per hoc igitur ei⁹ diuinam virtutem ostendens: z verbo opus adiungens. domin⁹ autem illū feruentiorē circa fidem fecit. et eos qui sequebātur erexit. vnde seq̄tur. Et dixit eis iesus. In iudicium ego in hunc mundū veni. Augusti. Dies enim erat inter lucem et tenebras discurrens. recte autem subditur. Ut qui non vident videant: q̄ de tenebris liberat. Sed quid est quod subditur. Et qui vident ceci fiant. audi quod sequit̄. Cōmoti sunt enī pharisei q̄dam ex verbis istis. vnde sequitur. Et audierūt quidā ex phariseis qui cum ipso erant: et dixerūt ei. Nunquid z nos ceci sumus. hoc eīn eos mouebat. Et qui vident ceci fiant. Sequitur. Dixit ergo eis iesus. Si ceci essetis: non haberetis peccīn. i. si vos cecos diceretis: et ad medicū recurreretis. Nunc vero q̄ dicitis: Uidemus. peccatū vestrum manet. q̄ eīn dicendo videm⁹. medicum non queritis: in cecitate vestra manebitis. hoc est ergo q̄d pauloante dixit. Ego veni: vt qui non vident videant. i. qui se nō videre confiten-

Ceci illuminātur: z pfect⁹

Nestorij error dānatur

Cōfessionis remediū.

tur:et medicuz querunt vt videant.
Et qui vident ceci fiant.i.qui se pu
tant videre: et medicū non querūt:
in sua cecitate permaneāt:ergo istā
discretionē vocauit iudiciuz:cū ait.
In iudiciū veni in hūc mundū. Nō
illud iudiciū iam intulit mundo:qd
de viuis et mortuis in fine seculi iu
dicabit. Chrysosto. Uel aliter. In iu
dicium dixit.i.in maius suppliciuz.
ostendens quoniā qui condemnaue
runt eū ipi sunt q condemnati sunt.
Qd autē dicit. Ut qui non vident vi
deant et qui vident ceci fiant. Idez
est qd paulus dicit. q gentes q non
querebant iustitiā inuenerunt iusti
tiam:que ē ex fide christi. Israel au
tem persequens legem iustitie:in le
gē iustitie non peruenit. Theophi.
quasi dicat. Ecce q a natiuitate non
viderat.iam videt omnia in corpo
re.qui vero videre vidētur:excecati
sunt intellectu. Chrysosto. Sunt eñi
due visiones et due cecitates scilicet
sensibilis et intellectualis.illi autē
ad sensibilia inhiant solū: et de sen
sibili soluz verecūdabātur cecitate.
vnde ostēdit eis q melius esset eos
esse cecos:q sic vidētes.propter qd
dicit. Si ceci essetis:non haberetis
peccatū.quia tolerabilius fieret vo
bis suppliciuz. Sed nunc dicitis:qr
videtis. Theophi. Non consideran
tes factuz in ceco miraculū:nō estis
digni venia: quasi ex visis miracu
lis ad fidem non attracti. Chrysost.
Hoc igitur quod estimabant eē ma
gnam laudē:ostēdit q eis fert sup
plicium: ⁊ simul consolatus est eum
qui a natiuitate fuerat cecus de cor
porali cecitate. Non aūt sine causa
euangelista dicit: q audierunt hoc
quidā ex phariseis q cuz ipso erāt:
sed vt rememoretur quoniaz isti illi
erant qui prius restiterant christo:
deinde eū lapidare voluerunt. Erāt
enim quidā superficietenus sequen
tes: et facile in contrariuz transmu
tabantur. Theophil'. Uel aliter. Si
ceci essetis:id est inscij scripturarū:
nequaq tam grande vobis peccatū
incumberet tanq ignorantia peccā
tibus:nunc vero quia prudētes vos
atq legisperitos asseritis: per vos
ipsos condēnabiles estis. Cap. x.



Amen amen dico vobis:qui non intrat per ostium in ouile ouiū:sz ascen
dit aliūde: ille fur est et latro. Qui autem intrat
per ostium pastor est ouium.
Huic ostiarius aperit: et oues
vocē eius audiūt. Et proprias
oues vocat nominatim:et edu
cit eas. Et cum proprias oues
emiserit ante eas vadit: ⁊ oues
illum sequūtur:quia sciunt vo
cem eius. Alienū autem non se
quūtur:sed effugiunt ab eo: qr
non nouerunt vocem alienorū.
Hoc prouerbium dixit eis ie
sus. Illi autem non cognoue
runt quid loqueretur eis.

Chrysosto. Quia domin' de ceci
tate iudeorū disputauerat:ne dicāt.
Nō est ex nostra cecitate q ad te nō
accedimus: sed a te auertimur:vt
erroneuz fugientes: vult ostendere
q non est erroneus sed pastor: po
nens signa latronis et pastoris. Et
primo ostendit quis est erroneus et Pseudo
fur dicens. Amen amē dico vobis: xpi no
qui nō intrat p ostiū in ouile ouiuz: tātur.
sed ascendit aliunde:ille fur est ⁊ la
tro. Hoc autē et eos qui ante eū fue
runt occulte insinuat:⁊ eos qui post
eum:futuri sunt antichristū et pseu
dochristos. ostium autē scripturas
vocauit:he enim dei cognitionē ape
riunt: he oues custodiunt:et lupos
superuenire non permittunt. Hereti
cis introitū precludentes. Qui ergo
non scripturis vtitur sz aliūde ascē
dit:hoc est aliā sibi et non legitimā
viam facit:hic fur est.dicit autem.
Ascendit et non intrat ad similitudi
nem furis:maceriā transcēdere vo
lentis:⁊ periculose omnia agentis.

dicēs aūt. Aliūde: etiā scribas occul
te insinuauit qui docebāt mādata &
doctrinas hoim: & legē ꝑuaricabāt.
Si aūt infra seipm ostiū dicit: non
oportet turbari. etem pastorē seipsū
& ouē differēter ꝓdicat. qz em addu
cit nos patri: ostiū se dicit. qz vo ꝓ
curat: pastorē. Aug. Uel aliter. Mul
ti sunt qui ſm quādā vite huius cō
suetudinē dicunt boni hoies: qui ea
que in lege mādata sūt quasi obser
uāt: & xpiani nō sunt. & plerūqz se ia
ctant sicut pharisei. nunqd & nos ce
ci sumus? qi vero oia ista q faciūt: &
nesciūt ad quē finē referāt: inaniter
faciūt: dñs de grege suo & ostio quo
intratur ad ouile similitudinē po
Uirtutes gentiliū vane sunt. suit dicens. Amē amē &c. Dicāt ergo
pagani vel iudei vel heretici: bene
viuim⁹: si p ostium nō intrāt: qd eis
pdest? Ad hoc em debet vnicuiqz ꝓ
desse bene viuere: vt detur illi semp
viuere: qz nec bñ viuere dicēdi sunt:
qui finem bñ viuēdi vel cecitate ne
sciunt vel inflatione cōtemnūt. Non
est aūt cuiqz spes vera semp viuēdi:
nisi cognoscat vitā qd est xps. & per
hanc ianuā intret in ouile. Quicūqz
ergo vult intrare ad ouile: p ostium
intret: nō solū xpm predicet: sed xpi
gloriā qrat non suā. Humilis autē
ianua est xps: qui intrat p hanc ia
nuā oportet humilē esse: vt sano ca
pite possit intrare. Qui autē se non
humiliat: sed extollit: p maceriam
vult ascēdere: ideo exaltat vt cadat.
Querūt ergo plerūqz tales homines
etiā persuadere hoibus vt bene vi
uant: & christiani nō sint: p aliā par
tem volūt ascēdere: rapere & occide
re. Tales ergo fures sunt: qz qd alie
num est suū dicunt. Latrones: qz qd
furātur occidūt. Chrysost. Uidistis
qualiter descripsit latronē: intuere
& pastoris diffinitionē. Sequit enim.
Passio xpi imitanda. Qui autē intrat p ostium: pastor est
ouiū. August. de ver. do. Intrat per
ostiū: qui intrat p xpm: qui imitat
passionē xpi: qui cognoscit humili
tatē xpi: vt cū deus factus sit homo
pro nobis cognoscat se homo nō eē
deū: sed hominē. Qui em vult deus
videri cū sit homo. nō imitatur illū
qui cū deus esset: homo fact⁹ est. Ti
bi autē nō dicitur. Esto aliqd min⁹
qz es: sed agnosce quid es. Seqtur.
Huic ostiarius aperit. Chryso. Ni
hil ꝓhibet ostiariū vocare moysen:
ille enim est cui eloquia dei credita
sunt. Theophi. Uel spiritussanctus
est ostiarius: per quē scripture rese
rate nobis indicant christum. Aug.
Uel aliter. Ostiariū ipsum dominū
debemus accipere. multo sunt enim
magis inter se diuersa in rebus hu
manis pastor & ostium: qz ostiarius
et ostium. et tamen domin⁹ & pasto
rem se dixit et ostium. Cur ergo nō
intelligamus ipsum et ostiarium?
ipse em se aperit: qui seipsum expo
nit. Si aliā personā queris ostiariū:
vide ostiarium forte spiritūsanctū:
de quo dominus dicit. Ipse vos do
cebit omnē veritatē. ostium est chri Sp̄s sanctus ostiari⁹
stus q est veritas. quis aperit ostiū:
nisi qui docet veritatē? Cauendū ta
men est ne maior estimet ostiarius
esse qz ostiū: qz in domib⁹ hominum
ostiari⁹ ostio: nō ostiū ꝑponit ostia
rio. Chryso. Quia vero dicebāt eum
esse deceptorē: & hoc ex infidelitate
sui ipsorū certificabant dicentes: qs
principū credit in eum? ostendit nūc
qz ex hoc qz non attendunt ei: ex ordi
ne ouium excludūtur. vnde sequit.
Oues vocem eius audiunt. Si enim
pastoris est per legitimum intrare
ostium: per quod ipse intrauit. ab
ouium congregatione se abstrahūt
qui ipsum non audiunt. Sequitur.
Et proprias oues vocat nominatim.
Augustin⁹. Nouit enim nomina pre
destinatorū. vnde discipl'is ait. Gau
dete quoniam nomina vestra scri
pta sunt in celo. Sequit. Et educit
eas. Chrys. Oues educebat qn eas
mittebat: nō extra lupos: sed in me
dio luporum. Uidet aūt & de ceco oc
culte insinuare. etenim illum edu
xit vocans ex medio iudeorum: et
vocem eius audiunt. Augustinus.
Sed et quis alius oues emittit: nisi
qui earum peccata dimittit? vt eum
seq duris libertate vinculis possint.

Sequitur eum. Et cũ proprias oues emiserit ante eas vadit. Glo. Emittit siquidẽ eas de tenebris ignorantie ad lucẽ dũ ante eas vadit: quasi in colũna nubis ⁊ ignis. Chrysosto. Nimirũ pastores cõtrariũ faciunt oues sequentes: sed ipse ostendit re contrariũ facere: quoniam oues deducit ad veritatem. Augusti. Et q̃s est qui oues p̃cessit: nisi qui surgens a mortuis iam non moritur: ⁊ patri dixit. Quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum: ⁊ ipsi sint mecum. Sequitur. Et oues illum sequuntur: quia sciunt vocẽ eius: alienum aũt nõ sequuntur: sed fugiunt ab eo. q: non nouerunt vocem alienorũ. Chryso. Alienos dicit eos qui circa theodã et iudã: aut eos qui post hec alios debent decipere pseudo apostolos: vt enim nõ dicatur vnus illorum eẽ per multa se ab eis separat. Primo quidẽ per doctrinã scripturarũ: per quas christus ad se homines adducebat. Illi vero ab eis homines abstrahebant. Secundo per ouiũ obedientiã. nam in eũ quidem non solũ viuentem: sed etiã mortuum homines crediderunt: illos autem confestim reliquerunt. Theophi. Significat etiã antichristum qui paululum decipiens non obtinebit sequaces post eius mortem. Augu. Sed quomõ soluetur ista questio? Audiunt vocem christi quandoq; non oues audiuit enim iudas: sed lupus erat et non audiunt oues: aliqui eñ eoꝝ qui christum crucifixerunt non audierunt. sed oues erant. Sed dicet aliquis quãdo nõ audiebant: oues non erant. vox audita eos mutauit: et ex lupis oues fecit. Me autem adhuc mouet q: per ezechielẽ obiurgat dominus pastores et dicit inter cetera de ouibus. Errantem nõ reuocastis: ⁊ errantem dicit ⁊ ouẽ appellat. Non erraret si vocem pastoris audiret: sed ideo errauit: quia vocẽ alieni audiuit. Dic ergo. Nouit dñs qui sunt eius: nouit p̃scitos: nouit predestinatos. Ipsi sunt oues: aliquando seipsi nesciunt: sed pastor nouit eas. multe enim oues foris sunt: ⁊ multi lupi intus. De p̃destinatis ergo loquitur. Est autẽ aliqua vox pastoris in qua oues nõ audiunt alienos: in qua nõ oues nõ audiũt christum. Que est ista vox? Qui perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. Hanc vocẽ nõ negligit proprius: nõ audit alienus. Sequitur. Hoc prouer. dixit eis iesus. Illi autem nõ cognoue. quid loquebatur eis. Pascit enim dñs manifestis: exercet obscuris. Cum autem duo audiunt verba euangelij: vnus impius: alter pius. ⁊ talia foris sunt vt ambo nõ intelligant. Unus dicit: verum est qđ dixit: et bonum est qđ dixit: sed nos nõ intelligimus. Iste q: credit: iam pulsat: dignus est cui aperiatur: si pulsare p̃sistat. Alius dicit. Nihil dixit qui adhuc audiat. Nisi credideritis non intelligetis.

Allegorica expositio. (margin)

Nouit dñs qui sunt ei⁹. (margin)

¶ Dixit ergo eis iterum iesus: Amen amen dico vobis: quia ego sum hostium ouium. Oẽs quotquot venerunt fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oues. Ego suꝫ hostiũ: Per me siquis introierit saluabitur et ingredietur et egredietur: et pascua inueniet. Fur nõ venit: nisi vt furetur: et mactet ⁊ perdat. Ego veni vt vitã habeant: et abundantius habeant.

¶ Chryso. Dñs attentiores volens iudeos facere manifestat qđ supra dixerat. vnde dicit. Dixit ergo iteꝝ eis iesus. Amẽ dico vobis: Ego sum hostium ouiũ. Augu. Ecce qđ clausum posuerat aperuit: ipse est hostiũ intremus: et nos intrasse gaudeamus. Sequit. Omnes quotquot venere fures sunt et latrones. Chryso. Non de prophetis hoc dicit: sicut heretici dicunt: sed de seditiosis. vnde et laudans oues subiungit. Sed nõ audierunt eos oues. Nusq; autem videtur laudare eos qui nõ obedierunt prophetis: ꝫ eos arguit vehe-

mẽter. Aug. Intellige ergo. Quot-
quot venerunt preter me: non autẽ
preter illum prophete venerunt: qr
cum illo venerunt qui cũ verbo dei
venerunt: qui veraces fuerũt: quia
ipse verbũ et veritas venturus pre
cones mittebat: sed eorum corda quos
miserat possidebat. carnez quippe
ipse accepit ex tẽpore qui est semper.
in principio erat verbũ. ante aduen
tum autem eius quo humilis venit
in carne precesserunt iusti. sic eũ cre
dẽtes venturũ: quomodo nos credi
mus in eũ qui venit. tempora varia
Una fi- ta sunt: nõ fides. Eadez enim fides
des om- vtrosque coniungit: et eos qui venturum
niũ tem- esse: et eos qui venisse crediderunt.
porum. Quotquot ergo preter illum vene-
runt: fures fuerũt et latrones id est
ad furandum et occidendum vene-
runt. Sed non audierunt eos oues
illi scilicet de quibus dictum est. No-
uit dominus qui sunt eius. Eos
ergo non audierũt oues: in quibus
non erat vox christi: errantes: vana
fingentes: miseros seducentes. qua
re autem se hostiũ dixerit apit sub-
dens. Ego sum hostium per me si qs
intro. saluabitur. Alcui. quasi dicat
Illos nõ audiunt oues: sed me au-
diunt: quia ego sum hostium. et qui
per me nõ fictus. sed verus introie-
rit perseuerãdo saluabitur. Theo.
Educit autem ad pscua dominus
oues per hostiũ. vnde sequitur. Et
ingredietur et egredietur et pascua
inueniet. Que sunt autem hec pa-
scua: nisi delectatio futura et reqes
in quam nos dominus introducit.
Pascua mystica Augustinus. Sed quid est quod di-
cit. Ingredietur et egredietur. Ingre-
di quippe in ecclesiam per hostium
ipsum valde bonum est: exire autẽ
de ecclesia nõ est bonũ. Potest ergo
dici ingredi nos quãdo interius ali
quid cogitamus: egredi autem quã
do exterius aliquid operamur: secundum
illud. Exiuit homo ad opus suum.
Theophil. Vel ingredi dicitur cui
est cure homo interior. egredi vero
qui hominez exteriorẽ id est mẽbra
que sunt super terrã in christo mor-
tificat: hic enim pascua in futuro re
periet seculo. Chrysosto. Vel hoc di-
citur propter apostolos: qui cũ ocio
introierunt et exierunt: vt totius or-
bis terrarũ facti dñi: et nullus eos
eijcere valuit. et nutrimentum ha-
buerunt. Augu. Sed plus me dele-
ctat quod ipse quodã modo nos admo-
nuit: cum secutus adiũgit. Fur non
venit nisi vt furetur. Alcui. q. d. Me
rito oues nõ audiunt vocẽ furis: qr
nõ venit fur nisi vt furetur: alienã rez
sibi vsurpando: nõ de preceptis xpi
suos sectatores instruens: sed suis
exemplis eos viuere suadens. vñ
subditur. Et mactet mala doctrina
retrahendo a fide. Et pdat in eter-
na damnatione: illi ergo furantur et
occidunt. Ego veni vt vitã habeãt:
et abundantius habeant. Augu.
Videtur mihi dixisse vt vitã habeãt
ingredietes: hoc est per fidem que
per dilectionem operatur: per quã
fidem in ouile. ingrediuntur vt vi-
uant: quia iustus ex fide viuit. Et
abundantius habeant. s. egredien-
tes. s. quando veri fideles moriunt:
et abundantius habeant vitaz: vbi Vita du-
nunquam deinde moriantur. Quanuis plex di-
ergo et hic de ipso ouili nõ desint pa- stinguit
scua. inuenient tamen pascua vbi
saturentur: qualia inuenit cui dictũ
est. Hodie mecuz eris in paradiso.
Grego. super ezechiel. in hom. xiij.
Ingredietur ergo ad fidẽ: egredietur
ad spẽm. pascua vero inueniet in
eterna satietate. Chryso. Quod au
tem dicit. Fur non venit nisi vt fure
tur et mactet et perdat. de seditiosis
dicit qd ad litteram est factum om-
nibus occisis et perditis: qui eos se-
quebantur: et sic etiam presenti vita
eos priuauerunt. Ego autem veni
pro salute ouium: vt vitam habeãt:
et abundantius habeant in regno
celorum. et hec est tertia differentia
qua se discernit a pseudo prophetis.
Theophi. Mystice autem fur dia-
bolus est qui venit tentando vt fu-
retur per cogitationes illicitas. et
mactet per consensum: et deinde per
opera destruat.

tem. Quid aūt nobis hoc exemplo loquitur: nisi vt etiam cum resistere possumus iram superbientium humiliter declinemus.

Capitulū. ix.



Et preteriens iesus vidit hominem cecū a natiuitate: et interrogauerunt eum discipuli eius. Rabbi: qs peccauit hic an parentes eius vt cecus nasceretur? Rñdit iesus: neqʒ hic peccauit: neqʒ parētes eius: sed vt manifestentur opa dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Uenit nox quando nemo potest operari. Quandiu sum in mundo: lux sum mundi. Hec cū dixisset expuit in terram et fecit lutum ex sputo: et liniuit lutum super oculos ceci: et dixit ei. Uade et laua in natatoria syloe: quod interpretat missus. Abiit ergo et lauit: et venit videns.

¶ Chry. Quia iudei sermonū christi altitudinem nō susceperāt: exiēs de templo curauit cecum. sui absentia eorum furorem mitigans: et per operationem signi: eorū duriciā molliens: et de his que dicta sunt a se faciēs fidem. vñ dr. Et pteriens ie. vi. ho. ce. a na. Ubi cōsiderādū q egrediēs de tēplo studiose venit ad op⁹ sui manifestatiuū. ipse eñ vidit cecū: nō cecus ad eū accessit. Et ita studiose respexit vt discipuli ei⁹ videntes eū studio se aspicientē interrogarēt. Sequitur eñ: Et inter. eum disci. eius. Rabbi: quis pec. hic an paren. eius: vt cec⁹ nasceretur? Augu. Rabbi magister est. Magistrū appellāt: qr discere cupiebāt. questionē quippe proposuerāt dño tanqʒ magistro. Theophi. Uidet tñ hec qō peccare: neqʒ ei susceperāt appostoli nugas gētilium: qm aia in alio seculo viuēs peccauit: sʒ diligēter intuenti nō apparet simplex hec qstio. Chry. Uenerūt ei, ad hanc interrogationē: qr pri⁹ supra paralyticum curās dixit. Ecce san⁹ fact⁹ es: nō vltra pecces. Illi igitur cogitantes: qr propter pctā fuerat ille paralysi resolut⁹: qrunt de isto. Si hic peccauit qd nō est dicere: a natiuitate eñ cecus est. Aut parētes ei⁹: sʒ neqʒ hoc. fili⁹ eñ p patre nō sustinet penā. Sequitur. Rndit ie. Neqʒ hic peccauit: neqʒ parētes ei⁹. Aug. Nūqd vel ipse sine originali peccato nat⁹ erat: vel viuēdo nihil addiderat? Hēbāt ergo peccatū et ipe et parētes ei⁹: sʒ non ipo pctō factū est vt cec⁹ nasceretur. Ipse aūt causam dicit quare cec⁹ sit natus: cū subdit. Sʒ vt manifestētur opa dei in illo. Chry. Nō aūt ex hoc ostēdit q alij ceci facti sunt pp pctā parentū. Neqʒ ei cōtingit vno peccāte aliū puniri. qd aūt dicit. Ut manifestetur gloria dei: de seipo dicit non de pre. Ill⁹ eñ gloria iā manifesta erat: sʒ nunqd iste iniuste passus est? Sed ego eū bñficiū accepisse dico p cecitatē: p hanc eñ interiorib⁹ respexit oculis. Qui vero ex nō ente ad esse eum deduxit ptātē habebat absqʒ iniuria: et ita eū dimittere. Dicūt aūt quidā qm vt hic nō est causatiuū: sed significat euētū. sicut et illō. Lex subintrauit vt abundaret delictū. sic et hoc consecutū est vt dñs oculos clausos apiens: et alia naturalis infirmitatis nocumēta corrigēs: suā demōstrauit virtutem. Grego. i. mor. Alia itaqʒ est pcussio qua pctōr pcutitur: vt sine retractatione puniatur: alia qua pctōr pcutit vt corrigatur: alia qua qsqʒ pcutitur: nō vt preterita corrigat: sed ne vētura cōmittat: alia p quam nec pterita culpa corrigit: nec futura phibet. Sed dum inopinata salus pcussionē sequitur: saluantis virt⁹ cognita ardētius amat. Chry. Et qr de seipso dixit. Ut manifestet gloria dei. subiūgit. Me opʒ operari opa ei⁹ q misit me. i. me opʒ manifestare meipm: et facere ea que manifestent me patri eadē facientem.

Sensus profund⁹

[...]tas nota

Beda. Cũ em̃ filius se operari ope=
ra patris asserit: sua p̃ris opa ea=
dẽ esse mõstrauit: qu nt infirma
saluare: debilia robor. re: hoĩes illu
minare. Augu. Per hoc aũt q̃ dicit.
Qui misit me: vniuersam gloriã dat
illi de quo est: qr ille habet filiũ qui
de illo sit: ip̃e nõ hʒ de quo sit. Chry.
Addit aũt. Donec dies est. i. donec li
cet credere hoĩbus in me: donec vita
hec consistit opʒ me operari. Et hoc
ostendit subdens. Uenit nox quãdo
nemo põt operari. Nox dicta est ſm
illud. Proĳcite eũ in tenebras exte=
riores. Ibi ergo erit nox: vbi nemo
põt operari sed recipere quod ope=
ratus est. Cũ viuis fac: si quid factu
rus es. Chryso. Ultra em̃ neq̃ fides
est: neq̃ labores: neq̃ penitẽtia. Au
gu. Si aũt modo operamur: hic est
dies: hic est christus. vnde subdidit.
Quãdiu sum in mũdo: lux sum mun
di. Ecce ipse est dies. Dies iste q̃ cir
cuitu solis impletur: paucas horas
habet. Dies presentie christi vsq̃ in
cõsummationẽ seculi extendet. Ipse
enim dixit. Ecce ego vobiscum sum
vsq̃ in cõsummationẽ seculi. Chry.
Quia vero sermonẽ quẽ dixerat: p
opera credi fecit: subiungit euange
lista. Hec cũ dix. expu. in ter. ⁊ fecit
lu. ex spu. ⁊ li. su. ocu. ceci. Qui autẽ
maiores substantias de nihilo ad es
se produxit: multo magis oculos si=
ne materia fecisset. Sed voluit doce
re seipsum esse creatorẽ qui in prin=
cipio vsus est luto ad hoĩs formatio
nẽ. Ideo aũt nõ aqua vtitur ad lutũ
faciendũ sed puto: vt nihil ascribat
fonti: sʒ discas: q̃m virt⁹ oris ei⁹ ocu
los aperuit ⁊ plasmauit: ⁊ deinde vt
non videatur eis ex virtute terre eẽ
curatio iussit lauari. vnde sequitur.
Et dixit ei: vade ⁊ laua in nata. sy.
qd̃ interpre. missus: vt discas q̃m nõ
indigeo luto ad faciendos oculos.
Et qr in syloe erat virt⁹ christi: q̃ oĩa
operabatur: ꝓpter hoc ⁊ interpreta
tionẽ nobis euãgelista adiecit dicẽs
Quod interp̃tatur missus. vt discat
q̃m ⁊ illic christus eũ curauit. Sicut
em̃ apostol⁹ dicit: q̃ petra erat chri=
stus: ita ⁊ syloe spiritualis erat cui⁹
repẽtinus aque defluxus occulte in
sinuat nobis christi manifestationẽ
p̃ter ... nnẽ spem. Sed quare non sta
tim eũ fecit lauari: sed ad syloe mi
sit? vt destruatur iudeorum indeuo=
tio. Conueniẽs em̃ erat omnes eũ
videre euntẽ: ⁊ lutũ super oculos ha
bentẽ. Et etiã volens ostendere: q̃m
non alienus est a lege ⁊ veteri testa
mento: mittit eũ ad syloe. non autẽ
erat timendũ ne syloe sumeret hãc
gloriã: multi em̃ lauantes ibi oculos
nullo tali bñficio sunt potiti. Et iterũ
vt discas ceci fidẽ qui nõ cõtradixit:
neq̃ cogitauit apud seipsum. Lutũ
solet magis excecare. multotiens la
ui in syloe: ⁊ in nullo sum adiut⁹: si=
quã virtutẽ haberet: p̃sens vtiq̃ cu=
rasset: sed simpliciter obediuit. vñ
sequitur. Abĳt ergo ⁊ la. ⁊ ve. vidẽs.
Sic igitur manifestauit suã gloriã:
non enim parua gloria est vt estime
tur auctor creationis. Ea enim que
de maiori est fides: qd̃ min⁹ est certi=
ficat: in vniuersa autẽ creatione ho=
norabilior est homo. Eorum autem
que in nobis sunt mẽbrorum: hono=
rabilior est oculus: hic enim corpus
gubernat: hic ornat visum. Et quod
sol est in orbe terrarum: hoc est ocu=
lus in corpore. vnde superiorem lo=
cum sortitur: sicut in quodaʒ regali
loco collocatus. Theophi. Quidam
tamen dicunt: q̃ lutum non fuit de=
positum: sed in oculos est cõuersũ.
Beda. Mystice aũt postq̃ expulsus
est de cordibus iudeorum: mox trãs=
iuit ad gentilium populum. Preteri
re autem eius vel iter facere: est de
celis in terram descendere. Itaq̃ vi
det cecum. cum misericorditer respe
xit genus humanum. Augu. Genus
enim humanum est iste cecus. hec
enim cecitas contigit in p̃mo homi=
ne p pctm̃: de quo oẽs originem dux
im⁹. cec⁹ ẽ q̃ a natiuitate. Spuit dñs i
terrã: de saliua lutũ fecit: qr v̄bũ ca=
ro fcm̃ ẽ: ⁊ inũxit oc̃los ceci. Inũctus
erat ⁊ nõdũ videbat. qñ. n. iñxit: for
te eũ cathecuminũ fecit. Mittit illũ
ad piscinã que vocatur syloe: quia

Nox xpi luce qñ ventura.

Myste=rium in lauat.

Glo dei nif. ta.

baptizatus est in christo: et tunc eum illuminauit. Pertinuit autē ad euāgelistam vt commendaret nobis nomen huius piscine. et ait. Quod interpretatur missus: Nisi enim ille fuisset missus: nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Greg. xviij. mor. Uel alr. Per saliuā sapor intime contemplationis accipitur: q̄ ad os a capite defluit: quia de claritate conditoris adhuc in hac vita nos positos gustu reuelationis tangit. vnde dominus saliuam luto miscuit: et ceci nati oculos reparauit: qz superna gratia carnalem cogitationem nostram per admixtionem sue cōtemplationis irradiat: et ab originali cecitate hominem ad intellectum reformat.

fe is e.

Itaqz vicini ꝛ qui viderant eum prius quia mēdicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat ꝛ mendicabat? Alij dicebant quia hic est: alij autem nequaqz sed similis est eiꝰ. Ille vero dicebat quia ego suz. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit Ille homo qui dicitur iesus lutū fecit ꝛ vnxit oculos meos ꝛ dixit mihi. Uade ad natatoria syloe ꝛ laua. Et abij ꝛ laui ꝛ video. Et dixerūt ei. Ubi est ille? Ait: nescio. Adducūt eum ad phariseos qui cecus fuerat. Erat aūt sabbatū quādo lutū fecit iesus: ꝛ apuit oculos eiꝰ. Iterū ergo interrogabāt eum pharisei quō vidisset. Ille aūt dixit eis. Lutū mihi posuit sup oculos ꝛ laui ꝛ video. Dicebāt ergo ex phariseis quidā. Nō ē hic hō a deo q̄ sabbatū nō custodit. Alij aūt dicebāt. Quō pōt hō peccator hec signa facere? Et scisma erat iter eos. Dicūt ergo ceco iterū. Tu qd dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit: Quia propheta est.

Chry. Inopinabilitas facti miraculi incredulitatem inducebat. et ideo dicitur. Itaqz vicini et qui viderant euz prius qz mēdicus erat dicebant. Nonne hic est qui sedebat et mendicabat? Mirabilis dei clementia quo descēdebat? Eos q̄ mendicabant cū multa deuotione curabat: et hinc iudeorum os obstruens: quoniam non p̄claros: nō insignes: neqz principes: sed ignobiles sua dignos ducebat prouidētia. etenim in salute omnium venerat. Sequitur. Alij dicebant: qz hic est. Ceco enim per longam viam eunte diligentes inspectores facti ex inopinabilitate eius quod viderāt non vltra poterant dicere. Non est hic. Sequitur. Alij autez nequaqz sed similis eius est. Aug. Aperti ei oculi vultum mutauerant. Sequitur. Ille autē dicebat qz ego sum. Uox grata ne damnetur ingrata. Chry. Non enim verecūdatus est de priori cecitate: neqz formidauit furorē plebis: neqz renuit ostendere seipsum: vt predicet benefactorem. Sequitur dicebant ergo ei: quomodo aperti sunt oculi tui. Hunc modum neqz nos scimus neqz ipse qui curatus est nouit: sed quod quidem factum est nouerat modum autez cōprehendere nō poterat. vnde sequitur. Respondit. ille homo qui dr iesus: lutū fecit: et liniuit oculos meos. Uide quomodo verax est. nō dixit vnde fecit. Quod enī nō nouerat non dicit. neqz eniz sciuit quoniam in terra expuit: qm autē superunxit per sensum tactus didicit. Sequitur. Et dixit. Uade ad natatoria syloe et laua. Et ho: etiam ex auditu testatus est: recognouit enim eius vocez ex disputatione cum discipulis. Et quia ad vnum se preparauerat scz omnia sibi suaderi a iubente subiūgit. Et abij et laui: et vidi. Aug.

Clementia iesu miranda.

Cecus fit apostolicus

Ecce

Ecce annũciator fact⁹ est gratie. ecce euangelizat et cõfitet iudeis. Ecc⁹ ille cõfitebatur: et cor impiorũ stridebat: qui a nõ habebãt i corde qd̃ iam ille habebat in facie. vñ seqt. Et dixerũt. vbi est ille? Chry. Dicebãt aũt hoc occasionẽ meditantes: iã enim aduersus ipsũ cõspirauerãt. Christus aũt nõ aderat his q̃ curabant. nõ eñ q̃rebat gloriã neq₃ se ostẽtare. Recedebat etiã semp curans iesus: vt oĩs suspitio tolleret signorũ. Qui enim nõ cognoscebãt eum qualiter ob gratiã ei⁹ se curatos cõfiterent? vnde sequit. Ait nescio. Aug. In his ver. inuncto simili⁹ erat nondũ videnti pdicat ⁊ nescit quid predicat. Bed. Unde figuram tenet cathecuminorũ: qui ⁊ si credunt in iesum: adhuc tamẽ eum quasi nesciũt: q: nondũ oti existũt. Phariseorum aũt erat approbare opus vel improbare. Chry. Judei igit querẽtes. Ubi est ille. Uolebãt eũ inuenire: vt eũ ducerent ad eos q: vero nõ habuerũt eũ ducũt cecũ. vñ sequit. Adducunt eũ ad pha. q̃ ce. fuerat. vt. s. vehemẽtius eũ iter rogarẽt. Propterea aũt ⁊ euangelista subdit. Erat aũt sabbato quando lu. fecit ie. ⁊ ape. ocu. eius. Ut. s. eorũ malam mentẽ demonstraret: ⁊ causam propter quã eũ querebãt vt sc₃ occasionem contra eũ inuenirent: ⁊ vt detraherent miraculo per estimatã legis puaricatiões₃: quod etiã manifestũ ẽ ex his q̃ sequunt. Sequit enim. Iterũ ergo inter. eu₃ pha. quõ vidisset. Uide at qualiter no turbat cecus. nã quãdo quide₃ turbis dicebat sine periculo iterro gatus: nõ ita magnũ erat veritatẽ dicere. Mirabile aũt est nũc q₃ in ampliori periculo cõstitutus: neq₃ negat neq₃ cõtraria dicit prioribus. Sequit enim. Ille aũt dixit eis. Lutum posuit mihi sup oculos meos: ⁊ laui: ⁊ video. Hoc at ad eos qui iã audierãt succinctus loquit. Nõ eni₃ dixit nomẽ dicẽtis. neq₃ q̃m dixit mihi. Uade et laua: sed confestim. Lutum posuit ⁊c. et sic contrarium

Cõstantia ceci notat.

passi sunt eius qd̃ volebant. Durerunt enĩ ⁊ eũ vt negaturu₃: sed ab eo tertius didicerãt. Sequit. Dicebãt ergo ex phariseis. Augu. Nõ omnes sed quidam. iã enim inungebant quidẽ. Dicebant ergo: neq₃ videtes nec inũcti. Nõ est hic homo a deo qui sabbatũ nõ custodit. Ipse potius custodiebat qui sine peccato erat. Sabbatum enim obseruare spiritualiter est nõ habere peccatum. et hoc admonet deus quando cõmendat sabbatũ. Omne opus seruile non facietis. Quid sit opus seruile a domino audite. Oĩs q̃ facit peccaũ seruus est pcti. s₃ isti sabbatum carnaliter obseruabãt: spiritualiter violabãt. Chry. Malitiose aũt qd̃ factũ est silentes: estimatam preuaricationẽ in mediũ ferebãt. Non enim dicebãt quoniã sabbato curat: sed qm̃ sabbatũ nõ suat Sequit. Alij dicebãt quõ potest hõ peccator hec signa facere? A signis enim inducebantur: s₃ imbeciliter erant dispositi. congruũ enim erat ostendere qualiter sabbatũ nõ soluit q: sed nondũ hanc habebant mẽtem q₃ deus esse vt possent respondere quoniã domin⁹ sabbati hec fecit. Nullus deniq₃ eorũ audebat ea que volebat manifeste dicere: s₃ in ambiguitate. hu quidem propter improbabilitatem. alij vero ppter amorem principatus. Sequit et scisma erat inter eos. Hoc scisma primo incepit in paulo: deinde in principibus. Augu. Dies enim erat christ⁹ qui inter lucem et tenebras diuidit Chry. Uolẽtes aũ qui dixerãt. Hõ peccator non potest talia signa facere: os aliorũ obstruere: eum qui suscepit virtutis experientiã in medium ducunt: vt nõ videant ipsi ad uocatione oti. vñ sequit. Dicunt ergo ceco iterũ. Tu quid dicis de illo qui apuit tibi oculos? Theo. Uide quõ beniuole q̃rũt. ñ ei dixerũt. Tu qd̃ dicis d illo sabbatũ nõ obsuat s₃ miraculũ cõmemorãt. Quomodo aperuit tibi oculos: bene ipsum sanatum concitantes: quasi dicerent.

Insidiosa niter rogatio

Benefecit tibi: vnde debes eū p̄dicare. Augu. Vel querebant quēadmodum hominem calumniarentur vt eum de synagoga eijcerent. sed ille constanter quod sentiebat expl̄sit. vnde sequitur. Ille autem dixit quia propheta est. Adhuc quidem inunctus in corde: nondum dei filium confitebatur: non mentitur tamen. Ipse enim dominꝰ de ipso ait. Non est propheta sine honore nisi in patria sua.

C Non crediderunt ergo iudei de illo quia cecus fuisset: ⁊ vidisset donec vocauerunt parentes eius qui viderat; ⁊ interrogauerunt eos dicentes. Hic est filius vester quem vos dicitis: q꜠ cecꝰ natꝰ est? Quomodo ergo nunc videt? Respōderunt eis parentes eius: ⁊ dixerunt. Scimus quia hic est filius noster: ⁊ quia cecus natꝰ est. Quomodo autem nunc videat nescimus: aut quis eius aperuit oculos nos nescimus: ipsum interrogate: etatem habet: ipse de se loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quoniā timebant iudeos. Iam enim conspirauerant iudei vt si quis eum confiteretur esse christum extra synagogam fieret. Propterea parentes eius dixerūt: quia etatem habet ipsum interrogate.

C Chry. Quia pharisei cecum attonitū facere non valuerunt: sed videbant eum cum omni propalatiōe benefactorem suum predicantem: per parentes putabant christi miraculum ānihilare. vnde dicit. Nō credi. ergo iudei de illo quia cecus fuisset ⁊ vidisset donec voca. pa. eiꝰ qui viderat. Augu. i. cecus erat et viderat. Chry. Sed hec est veritatis natura: per que putatur insidias pati per hec fortior fit: mendacium enim sibi ipsi quidem obuiat: ⁊ per ea que ledere veritatem videtur: per ea clariorem eam ostendit quod ⁊ nunc factum est. Ne eīn aliquis diceret q꜠ vicini nihil certum dixerunt: sed per quandam assimilationem locuti sunt. Parentes in medium ducuntur: qui maxime suū filium cognoscebant. Statuentes autem eos in medium: cum multo furore interrogant. vnde sequitur. Et inter. eos dicen. Hic est filius vester? ⁊ non dicunt. Qui quādoq꜠ fuit cecus: sed quē dicitis q꜠ natus est cecus. O iniqui q̇s pater eligeret talia mētiri de filio? Solū nō dicunt quē vos fecistis cecū. Duobꝰ autem his ad negationē eos inducere conantur. ⁊ in hoc q꜠ dicūt. Quē dicitꝫ q꜠ natus est cecus. ⁊ in hoc q꜠ subdunt. Quō ergo nūc videt? Theo. q. d. Aut hoc falsum est q꜠ nūc videat aut primū q꜠ cecus fuerit: sed constat hoc esse verū q꜠ videt: falsum ergo fuit q꜠ cecū eū dicebatis. Chrys. Tribus ergo interrogationibꝰ factis: si filius eorū est: si cecus fuit: ⁊ qualiter vidit. duas confitentur. vñ sequit̄. Respōderūt ergo eis parentes eiꝰ ⁊ dixerūt. Scimꝰ q꜠ hic est filiꝰ noster: ⁊ q꜠ cecus natꝰ ē. Tertiā autē abijciūt. vñ subdūt. Quō autem nūc videat nescimꝰ: aut q̇s eiꝰ apuit oculos nos nescimꝰ. Et hoc ēt pro ꝟitate factū est vt nullus aliꝰ sed is q̇ curatꝰ est ⁊ q̇ dignꝰ fide erat: hoc cōfiteret̄. vñ sequit̄. Ipsum interro. etatē hēt: ipse de se loquat̄. Augu. q. d. Iuste cogeremur loq̇ pro infante: q꜠ ipse pro se loq̇ nō posset. Cecū a natiuitate nouimꝰ: sꝫ loquētem. Chry. Qualr̄ ergo gratificerint parentes q̇ eorū que sciebāt: quedam tacuerūt ꝓpter timorē iudeorū. Sequit̄ em̄. Hec di. pa. eiꝰ q꜠ time. iudeos. Rursus ⁊ hic opinionē iudeorū ⁊ mētē euāgelista inducit. vnde sequit̄. Iā enim ꝯspi. iu. vt si q̇s eum ꝯfi. xp̄m extra syna. fieret. Aug. Iā nō erat malū fieri extra synagogā

Natura ꝑitis q̃ sit.

illi expellebant: christus suscipie-bat: sequitur. Propterea parentes ei9 di. q2 etas. hz. ipsum interrogate. Alcui. In quo ostēdit euāgelista il los nō per ignorātiā: sed ꝓpter me tum talia rn̄disse. Theo. Imbecil-liores em̄ filio erāt q̄ testis aderat intrepidus veritatis: illuminatos habēs oculos intellectus a deo.

¶ Uocauerunt ergo rursum hominem qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriam deo. Nos scimus: quia hic homo peccator est. Dixit ergo eis ille. Si peccator est nescio: vnum scio quia cecus cum essem mo do video. Dixerunt ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo aperuit tibi oculos. Respondit eis. Dixi vobis iam ꝛ audistis. Quid iterum vultis audire? Nunquid ꝛ vos vultis discipu li eius fieri. Maledixerunt er go ei: ꝛ dixerunt. Tu discipu-lus illius sis: nos autem moysi discipuli sumus. Nos scimus quia moysi locutus est deus: hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo: ꝛ di-xit eis. In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit: ꝛ apuit meos oculos. Scim9 āt quia peccatores deus non au dit: sed siquis dei cultor est: et voluntatem eius facit hunc ex audit. A seculo non est auditū quia quis aperuit oculos ceci nati. Nisi esset h9c a deo: non posset facere quicq̄. Respon-derunt ꝛ dixerunt ei. In pec-catis natus es totus: ꝛ tu do-ces nos. Et eiecerunt eum.

¶ Chry. Qr pentes miserūt phari. ad illū q̄ curat9 ē: rurs9 vocauerūt eū scdo. vn̄ dr. Uoc. ḡ rurs9 ho. q̄ ce. fu. Nō āt māifeste dicūt. Nega q̄m xp̄s te curauit: sz sub p̄textu religio nis ad h eū iducere volūt. vn̄ seq̄r. Da gl'. deo. q. d. Cofitere: q2 h nihil est opat9. Aug. Nega qd̄ accepisti. H plane nō ē deo gloriā dare sz deū poti9 blasphemare. Al. Sic āt vole-bāt illū dare gl'iā deo. vt sicut ꝛ ipsi xp̄z diceret pctō: ē. vn̄ seq̄r. Nos sci. q2 h hō pctōr ē. Chry. Qualr̄ ḡ non arguistis eū dicē. Quis ex vob ar-guet me de pctō? Al. Sz ille vt neq3 pateret calūnie: neq3 v̄itatē celaret nō dixit. Scio eū iustū. nā seq̄r. Di cit ḡ ille. Si pctōr est nescio. Chry. Qualr̄ q̄ dixit. Q̄m ꝓpha ē. nūc dic. Si pctōr ē nescio. nūq̄d mō timuit cec9? Absit: sz voluit xp̄z a rei testi-monio ꝛ nō a sua voce ab incusatio ne eripe: ꝛ suā rn̄sionē facere fidedi gnā ab accepto bn̄ficio. Un̄ subdit. Unū scio: qr cec9 cū essem: mō video. q. d. Nihil mō de h dico verū sit pc-cator. sz iterū dico q manifeste noe ui. q2 igr̄ nequerūt euertere quod fcm̄ est: ad priores redeūt imōes rur sus modū curatiōis inq̄rētes: sicut canes q̄ devenationē nūc huc: nunc illuc iuestigātes. vn̄ seq̄r. Dixe. ḡ il li. Quid fecit tibi: quō. ap. tibi ocu. h ē. Nūq̄d p̄stigio aliq̄? Nō ei dixe. q̄r vidisti: sz q̄lr ap. ocu. tibi. dātes occasionē deti ahēdi ꝯ ei9 opationē. Dōec igr̄ res inq̄sitiōe idigebat: ce cus renuisse loq̄bat: q2 vo iā vicerat audacter de reliq̄ eis loq̄r. vn̄ seq̄r: Rn̄dit eis. Dixi vob iā ꝛ audisti; q̄d ite vultis audire. q. d. Nō attēdistis ad ea q̄ dicūt. vn vltra nō rn̄debo vobis inaniter interrogātibus ꝛ nō volentibus addiscere sz cauilla ri que dicuntur. vnde sequitur. Nū quid ꝛ vos vultis discipuli eius fie ri? Aug. Quid est. nunq̄d ꝛ vos nisi q2 iam ego sum. nunquid ꝛ vos vul tis. iam video: sed non inuideo. Hec loquebatur iam stomachans aduersus duritiā iudeoꝝ: ꝛ ex ceco vidēs: non ferens cecos. Chryso. Itaq3 forte quid est veritas: ita lbe alle mēdaciū. nā v̄itas ꝛ siq̄d ē dispe

Iniqua emuloꝝ ꝓtextio.

Ueritas facit claros.

ctos assumpserit: claros eos facit. Ueritas ostendit. Mendacium autē et si cū fortibus fuerit: imbecilles eos mōstrat. Sequitur. Maledixe. ergo ei et dixe. Tu discip. eius sis. August. Maledictum est si cor discutias: nō si verba perpendas. tale maledictū super nos: et super filios nostros. Sequitur. Nos aūt moysi discipuli sumus. nos scimus quia moysi locut⁹ est deus. Sed utinā sciretis: quia per moysen predictus est deus: habetis enim dominū dicentem. Si crederetis moysi: crederetis et mihi. de me ille scripsit. ita ne segnem seruum et deorsum pomtis contra dominum: nam subditis. Hunc autem nescim⁹ vnde sit. Chrysosto. Ea que per visum cognoscitis: auditu minora estimatis: illa enim que nosse vos dicitis: a progenitoribus audistis. Sed nonne fidedignior est: qui certificauit q̄ a deo venit per miracula: que non solum audistis sed vidistis: vnde sequitur. Respondit ille homo et dixit eis. In hoc enim mirabile est: quia vos nescitis vnde sit: et aperuit oculos meos. Ubiq; signum inducit: quia hoc depravare non poterant: sed ab eo conuincebantur. et quia dixerant: q̄ homo peccator non potest talia signa facere: decetero illorum assumit iudiciū propria verba eis in memoriā reducens. vnde subdit. Scimus autē q̄ peccatores de⁹ non audit. q. d. Opinio hec mea et vestra cōmunis est. Augu. Hec nondū vnctus loquitur. Nā et peccatores exaudit deus. Si em̄ non. frustra publicanus diceret. Deus propiti⁹ esto mihi peccatori: ex illa cōfessione meruit iustificationē: quomodo ipse cecus illuminationē. Theoph. Uel dicendū est: quoniā q̄ dictū est deum non exaudire peccatores: hoc significat: q̄ facere miracula deus peccatoribus nō concedit. Cū vero veniam implorant de cōmissis: trāslati sunt de gradu peccantiū ad statū penitētium. Chryso. Et vide q̄ cum supra dixit. Si peccator est nescio: non dubitans dixit. hic enim non solū a peccatis cum excusat: sed valde deo placentem ostendit. nam subdit. Sed quis dei cultor est: et voluntatē eius facit: hunc exaudit. Non em̄ sufficit deum cognoscere: sed voluntatē eius facere. deinde extollit quod factū est di. A seculo non est au. quia quis ape. ocu. ce. nati. q. d. Si confitemini q̄m deus peccatores non audit. hic autē miraculū fecit: et tale quale null⁹ hominū fecit. manifestum est virtutē qua hoc fecit maiorem esse: q̄ que ē sm hominē virtus. vnde subdit. Nisi esset hic a deo: nō posset facere q̄c q̄. Augusti. Libere constanter veraciter. Hec enim que facta sunt a domino a quo fierēt nisi a deo: aut q̄n a discipulis talia fierent: nisi in eis dominus habitaret. Chrysostom⁹. Quia ergo veritatē locutus ē inmullo confusus est: quando maxime admirari eū oportebat tunc eum condēnant. Sequitur em̄. Responderūt et dixerūt ei. In peccatis natus es totus: et tu doces nos. Augusti. Quid est totus: cum oculis clausis. sed qui aperuit oculos: saluat et totū. Chry. Uel dicunt. Totus. ac si dicerent. A prima etate in peccatis es. hic igitē eius cecitatē exprobrāt: ostendētes q̄ propter peccata factus est cecus: quod rationem non habebat. donec ergo expectabant eum negaturum esse: fidedignum esse putabant: sed nunc eum eijciūt. vnde sequitur. Et eiecerunt eum foras. Augu. Ipsi illum magistrum fecerant: ipsi. vt discerent totiens interrogauerunt et ingrati docentē proiecerunt. Beda. Solet enim maiorum consuetudo a minorib⁹ aliquid discere dedignari.

Ceci opinio falsa.

Opinio sta phariseorū.

¶ Audiuit iesus: quia eiecerūt eum foras: et cum inuenisset eū dixit ei. Tu credis in filium dei? Respondit ille et dixit. Quis ē domine vt credam in eum? Et dixit ei iesus. Et vidisti eum: et qui loquitur tecum ipse est. At ille ait. Credo domine. Et procidens adorauit eum: et dixit ei

iesus. In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vidēt videant: et qui vident ceci fiāt. Et audierunt quidam ex phariseis qui cum ipso erant: et dixerunt ei. Nunquid et nos ceci sumus? Dixit eis iesus. Si ceci essetis non haberetis peccatū. Nunc vero quia dicitis videmꝰ peccatum vestrum manet.

Ceci illumina: ꝛ peccaꝰ

¶ Chryso. Qui propter veritatē et christi confessionē iniuria opprimūtur: hi maxime honorātur: quod in ceco factū est. eiecerunt em̄ eum ex templo iudei: et inuenit eum dominus templi et eū suscepit: sicut agonotheta athletam multū laborātē ꝛ coronauit. vnde dicitur. Audiuit iesus quia eie. eum fo. ꝛ cum inue. eū dixit ei. Tu cred. in fi. dei? Ostendit autē euangelista: quoniam propter hoc venit iesus vt ei loqueretur. Interrogat autē non ignorans: sed volens seipsum notū facere. et ostendens quoniam multū appreciatur eius fidem. quasi dicat. Plebs conuitiata est mihi. sed nulla mihi ē cura illorum: vnius cura est: vt tu credas. melior est faciens voluntatem dei: ꝙ decies mille iniqui. Hyla. vi. de trinita. Si autē sola christi qualiscunqꝫ confessio fidei esset consummatio dictum fuisset. Tu credis in christū. Sed quia hereticis pene omnibus hoc nomen in ore esset futurū vt christum confiterētur: ꝛ filium tamen negarent: id quod propriū christo est: ad fidem poscitur. i. vt credatur in dei filiū. Credidisse autem in dei filium quid proficit si credat in creaturā: cū a nobis fides in christo non creature dei: sed filij dei postuletur. Chryso. Nondum autē cecus christum nouerat: cecus em̄ erat antequam veniret ad christū. et post curationem a iudeis circūtrahebat. vnde sequitur. Respondit ille et dixit. Quis est domine vt credam in eū? Desiderantis ꝛ valde ingerētis animę verbum est: pro quo tot disputauit. Hunc ignorat: vt discas in eo veritatis amorē. nondū dixit ei dominus. Ego sum qui curaui te: sed medie adhuc loquitur. vnde sequitur. Et vidisti eū. Theophi. Hoc autem dicit: vt reducat ei in memoriā sanitatē. et quia ab ipso virtutē videndi acceperat. Attende aūt quoniā qui loquebatur ex maria natꝰ est: et ipse idem est dei filius. non alius et aliꝰ scḋm errorem nestorij. vnde sequitur. Et qui loquitur tecum ipse est. Augusti. Modo lauat faciē cordis eiꝰ. Deniqꝫ iam facie lota cordis ꝛ mundata consciētia: agnoscit illū non filiū hominis tantū qḋ ante crediderat: sed iam filiū dei qui carnē susceperat. vnde seqtur. At ille ait. Credo dn̄e. Parum est credere. vis videre qualē credat. Et procidens adorauit eum. Beda. In quo possunt sumere exemplū: vt non erecta ceruice quis dominū roget: sed supplex i terrā prostratus: eius misericordiā imploret. Chryso. Per hoc igitur eiꝰ diuinam virtutem ostendens: ꝛ verbo opus adiungens. dominꝰ autem illū feruentiorē circa fidem fecit. et eos qui sequebātur erexit. vnde seqtur. Et dixit eis iesus. In iudicium ego in hunc mundū veni. Augusti. Dies enim erat inter lucem et tenebras discurrens. recte autem subditur. Ut qui non vident videant: qꝛ de tenebris liberat. Sed quid est quod subditur. Et qui vident ceci fiant. audi quod sequit̄. Cōmoti sunt enim pharisei qḋdam ex verbis istis. vnde sequitur. Et audierūt quidā ex phariseis qui cum ipso erant: et dixerūt ei. Nunquid ꝛ nos ceci sumus. hoc em̄ eos mouebat. Et qui vident ceci fiant. Sequitur. Dixit ergo eis iesus. Si ceci essetis: non haberetis pctm̄. i. si vos cecos diceretis: et ad medicū recurreretis. Nunc vero qꝛ dicitis: Uidemus. peccatū vestrum manet. qꝛ em̄ dicendo videmꝰ. medicum non queritis: in cecitate vestra manebitis. hoc est ergo qḋ paulo ante dixit. Ego veni: vt qui non vident videant. i. qui se nō videre confiten=

Nestorij error dānatur

Cōfessionis remediū.

tur:et medicuʒ querunt vt videant.
Et qui vident ceci fiant.i.qui se pu
tant videre : et medicū non querūt:
in sua cecitate permaneāt:ergo istā
discretionē vocauit iudiciuʒ:cū ait.
In iudiciū veni in hūc mundū. Nō
illud iudiciū iam intulit mundo:qđ
de viuis et mortuis in fine seculi iu
dicabit. Chrysosto. Uel aliter. In iu
dicium dixit.i.in maius suppliciuʒ.
ostendens quoniā qui condemnaue
runt eū ipi sunt q̄ condemnati sunt.
Qđ autē dicit. Ut qui non vident vi
deant et qui vident ceci fiant. Ideʒ
est qđ paulus dicit. ꝙ gentes q̄ non
querebant iustitiā inuenerunt iusti
tiam:que ē ex fide christi. Israel au
tem persequens legem iustitie:in le
gē iustitie non peruenit. Theophi.
quasi dicat. Ecce q̄ a natiuitate non
viderat.iam videt omnia in corpo
re.qui vero videre vidētur:excecati
sunt intellectu. Chrysosto. Sunt eñ
due visiones et due cecitates scilicet
sensibilis et intellectualis.illi autē
ad sensibilia inhiant solū : et de sen
sibili soluʒ verecūdabātur cecitate.
vnde ostēdit eis ꝙ melius esset eos
esse cecos:q̄ꝫ sic vidētes.propter qđ
dicit. Si ceci essetis:non haberetis
peccatū.quia tolerabilius fieret vo
bis suppliciuʒ. Sed nunc dicitis:q̄r
videtis. Theophi. Non consideran
tes factuʒ in ceco miraculū:nō estis
digni venia : quasi ex visis miracu
lis ad fidem non attracti. Chirsost.
Hoc igitur quod estimabant eē.ma
gnam laudē:ostēdit ꝙ eis fert sup
plicium : ⁊ simul consolatus est eum
qui a natiuitate fuerat cecus de cor
porali cecitate. Non aūt sine causa
euangelista dicit : ꝙ audierunt hoc
quidā ex phariseis q̄ cuʒ ipso erāt:
sed vt rememoretur quoniaʒ isti illi
erant qui prius restiterant.christo:
deinde eū lapidare voluerunt. Erāt
enim quidā superficietenus sequen
tes : et facile in contrariuʒ transmu
tabantur. Theophil'. Uel aliter. Si
ceci essetis:id est inscij scripturarū:
nequaq̄ꝫ tam grande vobis peccatū
incumberet tanq̄ꝫ ignorantia peccā
tibus:nunc vero quia prudētes vos
atq̄ꝫ legisperitos asseritis : per vos
ipsos condēnabiles estis. Cap. x.



Amen amen dico
vobis:qui non in
trat per ostium in
ouile ouiū:sʒ ascen
dit aliūde : ille fur
est et latro. Qui autem intrat
per ostium pastor est ouium.
Huic ostiarius aperit : et oues
vocē eius audiūt. Et proprias
oues vocat nominatim:et edu
cit eas. Et cum proprias oues
emiserit ante eas vadit:⁊ oues
illum sequūtur:quia sciunt vo
cem eius. Alienū autem non se
quūtur:sed effugiunt ab eo: q̄r
non nouerunt vocem alienorū.
Hoc prouerbium dixit eis ie
sus. Illi autem non cognoue
runt quid loqueretur eis.

Chrysosto. Quia domin' de ceci
tate iudeoꝝ disputauerat:ne dicāt.
Nō est ex nostra cecitate ꝙ ad te nō
accedimus : sed a te auertimur :vt
erroneuʒ fugientes : vult ostendere
ꝙ non est erroneus sed pastor : po
nens signa latronis et pastoris. Et
primo ostendit quis est erroneus et
fur dicens. Amen amē dico vobis:
qui nō intrat p ostiū in ouile ouiuʒ:
sed ascendit aliunde:ille fur est ⁊ la
tro. Hoc autē et eos qui ante eū fue
runt occulte insinuat:⁊ eos qui post
eum:futuri sunt antichristū et pseu
dochristos. ostium autē scripturas
vocauit:he eniʒ dei cognitionē ape
riunt: he oues custodiunt:et lupos
superuenire non permittunt. Hereti
cis introitū precludentes. Qui ergo
non scripturis vtitur sʒ aliūde ascē
dit:hoc est aliā sibi et non legitimā
viam facit:hic fur est.dicit autem.
Ascendit et non intrat ad similitudi
nem furis:macerīā transcēdere vo
lentis:⁊ periculose omnia agentis.

Pseudo xpi notatur.

dices a sūt. Aliū de: etiā scribas occul te insinuauit qui docebāt mādata & doctrinas holm: & legē puaricabāt. Si aūt infra seipm ostiū dicit: non oportet turbari. etēi pastorē seipsū & ouē differēter pdicat. q: eū adducit nos patri: ostiū se dicit. q: vo pcurat: pastorē. Aug. Uel aliter. Multi sunt qui sm quādā vite huius cōsuetudinē dicunt boni hoies: qui ea que in lege mādata sūt quasi obseruāt: & xpiani nō sunt. & pleruq; se iactant sicut pharisei. nunqd & nos ceci sumus? q: vero oia ista q faciūt: & nesciūt ad quē finē referāt: inaniter faciūt: dñs de grege suo & ostio quo intratur ad ouile similitudinē posuit dicens. Amē amē &c. Dicāt ergo pagani vel iudei vel heretici: bene viuim⁹: si p ostium nō intrāt: qd eis pdest? Ad hoc eīn debet vnicuiq; pdesse bene viuere: vt detur illi semp viuere: q: nec bñ viuere dicēdi sunt: qui finem bñ viuēdi vel cecitate nesciunt vel inflatione cōtemnūt. Non est aūt cuiq; spes vera semp viuēdi: nisi cognoscat vitā qđ est xps. & per hanc ianuā intret in ouile. Quicūq; ergo vult intrare ad ouile: p ostium intret: nō solū xpm predicet: sed xpi gloriā q̄rat non suā. Humilis autē ianua est xps: qui intrat p hanc ianuā opoītet humilē esse: vt sano capite possit intrare. Qui autē se non humiliat: sed extollit: p maceriam vult ascēdere: ideo exaltat vt cadat. Querūt ergo pleriq; tales homies etiā persuadere hoibus vt bene viuant: & christiani nō sint: p aliā partem volūt ascēdere: rapere & occidere. Tales ergo fures sunt: q: qđ alienum est suū dicunt. Latrones: q: qđ furātur occidūt. Chrysost. Uidistis qualiter descripsit latronē: intuere & pastoris diffinitionē. Sequit enī. Qui autē intrat p ostium: pastor est ouiū. August. de ver. do. Intrat per ostiū: qui intrat p xpm: qui imitat passionē xpi: qui cognoscit humilitatē xpi: vt cū deus factus sit homo p nobis cognoscat se homo nō eē deū: sed hominē. Qui eū vult deus

videri cū sit homo. nō imitatur illū qui cū deus esset: homo fact⁹ est. Tibi autē nō dicitur. Esto aliqd min⁹ q̄ es: sed agnosce quid es. Seqtur. Huic ostiarius aperit. Chryso. Nihil phibet ostiariū vocare moysen: ille enim est cui eloquia dei credita sunt. Theophi. Uel spiritussanctus est ostiarius: per quē scripture reserate nobis indicant christum. Aug. Uel aliter. Ostiariū ipsum dominū debemus accipere. multo sunt eniz magis inter se diuersa in rebus humanis pastor & ostium: q̄ ostiarius et ostium. et tamen domin⁹ & pastorem se dixit et ostium. Cur ergo nō intelligamus ipsum: et ostiarium? ipse eīn se aperit: qui seipsum exponit. Si aliā personā queris ostiariū: vide ostiarium forte spiritūsanctū: de quo dominus dicit. Ipse vos docebit omnē veritatē. ostium est christus q̄ est veritas. quis aperit ostiū: nisi qui docet veritatē? Cauendū tamen est ne maior estimet ostiarius esse q̄ ostiū: q: in domib⁹ hominum ostiari⁹ ostio: nō ostiū pponit ostiario. Chryso. Quia vero dicebāt eum esse deceptorē: & hoc et infidelitate sui ipsorū certificabant dicentes: q̄s principū credit in eum? ostendit nūc q: ex hoc q: non attendunt ei: ex ordine ouium excludūtur. vnde sequit. Oues vocem eius audiunt. Si eniz pastoris est per legitimum intrare ostium: per quod ipse intrauit. ab ouium congregatione se abstrahūt qui ipsum non audiunt. Sequitur. Et proprias oues vocat nominatiz. Augustin⁹. Nouit eniz nomina predestinatoz. vnde discipulis ait. Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in celo. Sequit. Et educit eas. Chrys. Oues educebat qñ eas mittebat: nō extra lupos: sed in medio luporum. Uidet aūt & de ceco occulte insinuare. etenim illum eduxit vocans ex medio iudeorum: et vocem eius audiunt. Augustinus. Sed et quis alius oues emittit: nisi qui earum peccata dimittit: vt eum seq̄ duriora libertate vinculis possint.

Uirtutes gentiliū vane sunt.

Spūs sanctus ostiari⁹

Passio xpi imitanda.

Sequitur enim. Et cum proprias oues emiserit ante eas vadit. Glo. Emittit siquidem eas de tenebris ignorantie ad lucem dum ante eas vadit: quasi in columna nubis et ignis. Chrysosto. Nimirum pastores contrarium faciunt oues sequentes: sed ipse ostendit re contrarium facere: quoniam oues deducit ad veritatem. Augusti. Et quis est qui oues precessit: nisi qui surgens a mortuis iam non moritur: et patri dixit. Quos dedisti mihi: volo vt vbi ego sum: et ipsi sint mecum? Sequitur. Et oues illum sequuntur: quia sciunt vocem eius: alienum autem non sequuntur: sed fugiunt ab eo. quia non nouerunt vocem alienorum. Chryso. Alienos dicit eos qui circa theodam et iudam: aut eos qui post hec alios debent decipere pseudo apostolos: vt enim non dicatur vnus illorum esse per multa se ab eis separat. Primo quidem per doctrinam scripturarum: per quas christus ad se homines adducebat. Illi vero ab eis homines abstrahebant. Secundo per ouium obedientiam. nam in eum quidem non solum viuentem: sed etiam mortuum homines crediderunt: illos autem confestim reliquerunt. Theophi. Significat etiam antichristum qui paululum decipiens non obtinebit sequaces post eius mortem. Augu. Sed quomodo soluetur ista questio? Audiunt vocem christi quandoque non oues audiuit enim iudas: sed lupus erat et non audiunt oues: aliqui enim eorum qui christum crucifixerunt non audierunt. sed oues erant. Sed dicet aliquis quando non audiebant: oues non erant. vox audita eos mutauit: et ex lupis oues fecit. Me autem adhuc mouet quod per ezechielem obiurgat dominus pastores et dicit inter cetera de ouibus. Errantem non reuocastis: et errantem dicit et ouem appellat. Non erraret si vocem pastoris audiret: sed ideo errauit: quia vocem alieni audiuit. Dic ergo. Nouit dominus qui sunt eius: nouit prescitos: nouit predestinatos. Ipsi sunt oues: aliquando seipsi nesciunt: sed pastor nouit eas. multe enim oues foris sunt: et multi lupi intus. De predestinatis ergo loquitur. Est autem aliqua vox pastoris in qua oues non audiunt alienos: in qua non oues non audiunt christum. Que est ista vox? Qui perseuerauerit vsque in finem: hic saluus erit. Hanc vocem non negligit proprius: non audit alienus. Sequitur. Hoc prouer. dixit eis iesus. Illi autem non cognouerunt quid loquebatur eis. Pascit enim dominus manifestis: exercet obscuris. Cum autem duo audiunt verba euangelii: vnus impius: alter pius. et talia forte sunt vt ambo non intelligant. Unus dicit: verum est quod dixit: et bonum est quod dixit: sed nos non intelligimus. Iste quia credit: iam pulsat: dignus est cui aperiatur: si pulsare persistat. Alius dicit. Nihil dixit qui adhuc audiat. Nisi credideritis non intelligetis.

Allegorica expositio.

Nouit dominus qui sunt eius.

¶ Dixit ergo eis iterum iesus: Amen amen dico vobis: quia ego sum hostium ouium. Omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones: sed non audierunt eos oues. Ego sum hostium: Per me siquis introierit saluabitur et ingredietur et egredietur: et pascua inueniet. Fur non venit: nisi vt furetur: et mactet et perdat. Ego veni vt vitam habeant: et abundantius habeant.

¶ Chryso. Dominus attentiores volens iudeos facere manifestat quod supra dixerat. vnde dicitur. Dixit ergo iterum eis iesus. Amen dico vobis: Ego sum hostium ouium. Augu. Ecce quod clausum posuerat aperuit: ipse est hostium intremus: et nos intrasse gaudeamus. Sequitur. Omnes quotquot venerunt fures sunt et latrones. Chryso. Non de prophetis hoc dicit: sicut heretici dicunt: sed de seditiosis. vnde et laudans oues subiungit. Sed non audierunt eos oues. Nusquam autem videtur laudare eos qui non obedierunt prophetis: sed eos arguit vehe-

mẽter. Aug. Intellige ergo. Quotquot venerunt preter me: non autẽ preter illum prophete venerunt: qꝛ cum illo venerunt qui cũ verbo dei venerunt: qui veraces fuerũt: quia ipse verbũ et veritas venturus precones mittebat: sed eoꝝ corda quos miserat possidebat. carnẽ quippe ipse accepit ex tẽpore qui est semper. in principio erat verbũ. ante aduentum autem eius quo humilis venit in carne precesserunt iusti. sic eũ credẽtes venturũ: quomodo nos credimus in eũ qui venit. tempora variata sunt: nõ fides. Eadẽ enim fides vtrosqꝫ coniungit: ꝛ eos qui venturũ esse: et eos qui venisse crediderunt. Quotquot ergo preter illum venerunt: fures fuerũt et latrones id est ad furandum et occidendum venerunt. Sed non audierunt eos oues illi scilicet de quibꝰ dictum est. Nouit dominus qui sunt eius. Eos ergo non audierũt oues: in quibus non erat vox christi: errantes: vana fingentes: miseros seducentes. quare autem se hostiũ dixerit apit subdens. Ego sum hostium pme siqs intro. saluabitur. Alcui. quasi dicat Illos nõ audiunt oues: sed me audiunt: quia ego sum hostium. et qui per me nõ fictus. sed verus introierit perseuerãdo saluabitur. Theo. Educit autem ad pscua dominus oues per hostiũ. vnde sequitur. Et ingredietur ꝛ egredietur et pascua inueniet. Que sunt autem hec pascua? nisi delectatio futura ꝛ reqes in quam nos dominus introducit. Augustinus. Sed quid est quod dicit. Ingredieꝛ ꝛ egredietur. Ingredi quippe in ecclesiam per hostium ipsum valde bonum est: exire autẽ de ecclesia nõ est bonũ. Potest ergo dici ingredi nos quãdo interius aliquid cogitamus: egredi autem quãdo exterius aliquid operamur: sm illud. Exiuit homo ad opus suum. Theophilꝰ. Uel ingredi dicitur cui est cure homo interior. egredi vero qui hominẽ exteriorẽ id est mẽbra que sunt super terrã in christo mortificat: hic enim pascua in futuro reperiet seculo. Chrysosto. Uel hoc dicitur propter apostolos: qui cũ occio introierunt ꝛ exierunt: vt totius orbis terrarũ facti dñi: et nullus eos eijcere valuit. et nutrimentum habuerunt. Augu. Sed plus me delectat qꝫ ipse quodã modo nos admonuit: cum secutus adiũgit. Fur non venit nisi vt furetur. Alcui. q. d. Merito oues nõ audiunt vocẽ furis: qꝛ nõ venit fur nisi vt fureꝛ: alienã rẽ sibi vsurpando: nõ de preceptis xp̃i suos sectatores instruens: sed suis exemplis eos viuere suadens. vñ subditur. Et mactet mala doctrina retrahendo a fide. Et pdat in eterna damnatione: illi ergo furantur ꝛ occidunt. Ego veni vt vitã habeãt: et abundantius habeant. Augu. Uidetur mihi dixisse vt vitã habeãt ingredientes: hoc est per fidem que per dilectionem operatur: per quã fidem in ouile. ingrediuntur vt viuant: quia iustus ex fide viuit. Et abundantius habeant. s. egredientes. s. quando veri fideles moriunꝛ: et abundantius habeant vitã: vbi nunqꝫ deinde moriantur. Quamuis ergo ꝛ hic de ipso ouili nõ desint pascua. inuenient tamen pascua vbi saturentur: qualia inuenit cui dictũ est. Hodie mecũ eris in paradiso. Grego. super ezechieꝛ. in hom. xiij. Ingredietur ergo ad fidẽ: egredieꝛ ad spẽm. pascua vero inueniet in eterna satietate. Chryso. Quod autem dicit. Fur non venit nisi vt furetur et mactet ꝛ perdat. de seditiosis dicit qḋ ad litteram est factum omnibus occisis ꝛ perditis: qui eos sequebantur: et sic etiam presenti vita eos priuauerunt. Ego autem veni pro salute ouium: vt vitam habeãt: et abundantius habeant in regno celorum. et hec est tertia differentia qua se discernit a pseudo pphetis. Theophi. Mystice autem fur diabolus est qui venit tentando vt furetur per cogitationes illicitas. et mactet per consensum: ꝛ deinde per opera destruat.

Una fides omniũ temporum.

Pascua mystica

Uita duplex distingui

¶ Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem et qui nō est pastor: cuius non sunt oues propriae: videt lupū venientē: et dimittit oues et fugit. et lupus rapit et dispergit oues. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est. et nō pertinet ad eum de ouibus.

¶ Augu. Aperuit dñs duas res quas quodammodo clausas proposuerat. primo quidem scimus: quia ostiū ipse est. nunc autem ostēdit quia pastor est dicens. Ego sum pastor bonus. Supra aūt dixerāt pastorē intrare per ostium. si ergo ipse est ostium: quomodo per seipsum intrat? Sicut ergo ipse per seipsum nouit patrem. nos autem per illum. sic intrat in ouile per seipsum: nos autem per ipsum. nos quia christum predicamus per ostium intramus. christus autem seipsum predicat. lumē enim et alia demonstrat: et seipsum. Si autē prepositi ecclesie qui filij sunt pastores sunt. quomodo vnus pastor est: nisi quia sunt illi oēs vnius mēbra pastoris: et quidē qui pastor est: dedit mēbris suis. nam et petrus pastor et ceteri apostoli pastores: et oēs boni episcopi: Ostiū vero nemo nr̄m se dicit: hoc sibi ipse proprie tenuit. nō aūt adderet. Bonus. nisi essent et pastores mali. ipsi sunt fures et latrones: aut certe vt multū mercēnarij.

Pastoris boni forma.

Grego. in hom. Atque eius bonitatis formā quā nos imitemur adiungit dicens. Bonus pastor animā suam dat pro ouib⁹ suis. fecit qđ monuit. ostēdit qđ iussit. pro ouibus suis animā suam posuit. vt in sacramento nr̄o corp⁹ suū et sanguinē verteret: et oues quas redemerat carnis sue alimento satiaret. ostensa est nobis de contēptu mortis via quā sequamur: apposita forma cui imprimamur. primū nobis est exteriora nr̄a misericorditer ouibus eius impendere. postremū vero si necesse sit etiā in morte animā nostrā pro eisdem ouibus ministrare. Qui autē nō dat pro ouibus substantiā suā qui pro his daturus est aiam suam? Augusti. Non autē solus christus hoc fecit: et tamē si illi qui fecerunt mēbra eius sunt: idem ipse vnus hoc fecit. ipe enim potuit facere sine illis: illi sine illo nō poterant. Augusti. Omnes tn̄ pastores boni fuerunt: nō solū quia sanguinem fuderūt: sed quia pro ouibus fuderūt. nō enim fuderunt elatione: sed charitate. nā et apud hereticos qui propter iniquitates et errores suos aliquid molestiarū perpessi fuerūt nomine martyrij se iactāt: vt hoc pallio dealbati facilius furentur. quia lupi sunt. Nō autem omnes qui corpora sua in passione etiam ignibus tradunt estimandi sunt sanguinem fudisse pro ouibus. sed potius contra oues. dicit enim apostolus. Si tradidero corpus meū vt ardeam. charitatē aūt nō habeā: nihil mihi prodest. Quomodo aūt hz vel exiguā charitatē qui etiam coniunctus nō amat vnitatem: quam dñs commendans noluit multos appellare pastores: sed pastorē vnū dicens. ego sum pastor bonus. Chryso. Sic igitur de cetero dñs de passione sua disputabat ostendens: quoniam pro salute fieret mūdi. et nō inuitus in hanc venit. Deinde rursus ostēdit signa pastoris et mercennarij cū dicit. Mercennarius autē et qui nō est pastor: cuius nō sunt oues proprie videt lupum venientem et dimittit oues et fugit. Grego. Sūt enim nōnulli qui dū plus terrenam substantiā quam oues diligunt: merito nomē pastoris perdūt. nō enim pastor sed mercennarius vocatur: qui nō pro amore intimo oues dominicas: sed ad temporales mercedes pascit Mercēnarius quippe est qui pastoris locū tenet: sed lucrum animarū nō querit: terrenis cōmodis inhiat honore prelationis gaudet. Augu. de ver. domini. Aliud ergo querit in ecclesia: non deum querit. si deum quereret: cast⁹ esset: quia legitimū maritum anima deum habet. quis

Pseudo martyres hereticorū

quis a deo preter deū aliquid q̄rit: nō caste deū querit. Grego. in homi. Utrum vero pastor sit vel mercēnarius cognosci veraciter nō potest: si occasio necessitatis deest: trāquillitatis enim tēpore plerunq; ad gregis custodiā: sicut verus pastor: sic etiam mercēnarius stat: sed lupus veniēs indicat quo quisq; aio super gregis custodiam stabat. Augusti. de ver. domi. Lupus autē diabolus est: et qui illum sequunt. nam dictū est q induti quidē pellibus ouium. intus sunt lupi rapaces. Augusti. super ioan. Ecce lupus ouis guttur apprehendit: diabolus fidei adulterium psuasit. excōicādus est: sed excōmunicatus inimicus erit: insidiabitur: nocebit cum potuerit. vnde taces: nō increpas: lupum venientē vidisti et fugisti: corpore stetisti: animo fugisti: affectiones enim nostre motus animorū sunt. leticia animi diffusio est. tristitia autem contractio. cupiditas animi progressio: timor animi fuga est. Gregorius in home. Lupus etiam super oues venit cum quilibet iniustus et raptor: fideles quosq; atq; hūiles opprimit Sed is qui pastor esse videbatur et nō erat: reliquit oues et fugit: q: dum sibi ab eo periculū metuit: resistere eius iniusticie nō presumit. fugit autem non mutādo locum: sed subtrahendo solatium. Sed cōtra hec mercēnarius nullo zelo accēditur: quia dum sola exteriora ꝯmoda requirit interiora gregis damna negligenter patitur. vnde subditur. Mercennarius autē fugit: quia merce. est: et non pertinet ad eum de ouibus. Sola ergo causa est vt mercennarius fugiat: quia mercēnarius est. Ac si dicat. Stare in periculo ouium non potest. q in eo q ouibus preest: non oues diligit sed lucrum terrenum querit: et ideo opponere se contra periculum trepidat. ne hoc qđ diligit amittat. Augustinus. Si aūt apostoli pastores fuerunt non mercennarij: quare fugiebant quando persecutionem patiebantur? et hoc

Expositio mystica.

domino dicente. Si vos persecuti fuerint fugite: pulsemus: aderit q aperiat. Augustinus ad honora. Fugiunt ergo omnino de ciuitate in ciuitatem serui christi: ministri verbi et sacramenti eius: quando eorum quisq; specialiter a persecutoribus queritur: vt ab alijs que nō ita requirantur non deseratur ecclesia. Cum autem omnium id est episcoporum et clericorum et laicorum est commune periculum: hi qui alijs indigent non desiderantur ab his quibus indigent. aut igitur ad loca munita omnes transeant. aut qui habent remanendi necessitatem: nō relinquantur ab eis per quos eorū ecclesiastica est implēda necessitas. Tunc ergo de locis in quibus sunt premente persecutione fugiendum est christi ministris: quando ibi aut plebs christi non fuerit cui ministretur: aut potest impleri per alios necessarium ministeriū: quibus eadē non est causa fugiendi. Cum autem plebs manet et ministri fugiunt ministeriumq; subtrahitur: quid erit nisi mercennariorum illa fuga damnabilis: quibus non est cura de ouibus? Augustinus super Joannem. Jn bonis ergo nominantur ostium ostiarius: pastor: et oues: in malis fures et latrones: mercennarij: lupus. Augustinus. de ver. domini. Diligendus est pastor: cauendus latro: tolerādus mercennarius. Tandiu enim est vtilis mercennarius. quamdiu non videt lupum furem vel latronem: cum autem viderit fugit. Augustinus super Joan. Nec enim mercennarius diceretur: nisi acciperet a ꝯducēte mercedē. filij eternā hereditatem pris patiēter expectāt: mercēnarius tpalē mercedē cōducti festinanter exoptat: et tñ p linguas vtrorūq; diuina xpi glia diffamatur. Jnde ergo ledit. vnde mala facit: non vnde bona dicit: botrum carpe: spinam caue: quia botrus aliquando de radice vitis exortus: pendet in spinis. multi quippe in ecclesia cōmoda terrena sectantes

Apostoli quare fugerint.

Mali prelati sunt tolerandi

christū predicant: ⁊ per eos vox xp̄i auditur: ⁊ sequuntur oues non mercenarium: sed vocem pastoris p̄ mercenarium.

Ego sum pastor bonus et cognosco oues meas: ⁊ cognoscūt me mee. Sicut nouit me pater ⁊ ego agnosco patrem: ⁊ aīam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili: ⁊ illas opz me adducere: ⁊ vocem meā audiēt ⁊ fiet vnuz ouile ⁊ vnus pastor. Propterea me pater diligit: qr ego pono animā meā vt iteruz sumā eam. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipo. Potestatem habeo ponēdi eā: ⁊ potestatē habeo iterum sumēdi eam. Hoc mandatum accepi a patre meo. Dissensio iterū facta est inter iudeos propter sermones hos. Dicebant autē multi ex ipsis. Demonium hz ⁊ insanit. Quid eū auditis? Alij autem dicebant: hec verba non sunt demonium habentis. Nūquid demonium potest cecorum oculos aperire?

Chry. Duos superius malos premisit dn̄s: vnum qui furatur et mactat ⁊ rapit: alterum qui non prohibet: per illum seditiosos insinuans: per hunc iudeorum magistros confundens: ⁊ non procurātes creditas oues. Sed ab vtrisq; seipsum christ⁹ distīxit: ab illis quidē qui ad ledendum venerunt in hoc q dixit. Ueni vt vitam habeant. ab his qui contēnunt luporum rapinas: ex eo q pro ouibus animā ponit: ⁊ ideo quasi cōcludens. Ego sum pastor bon⁹. Sed qr superi⁹ dixerat: q oues pastoris vocem audiunt: ⁊ sequuntur eū: neq̄s dicat. Quid ergo dicis de his qui tibi non credunt? cōsequenter subdit. Et co. oues me. ⁊ cogn. me mee. C.6

⁊ paulus ostendit dicens. Nō repellit dn̄s plebem suaz quam prescīuit. Grego. in om̄. Ac si aperte dicat: diligo oues meas: ⁊ ipse me diligentes obsequuntur. qui enī veritatem nō diligit: adhuc minime cognouit. Theo. Hinc autem differentiaz mercenarij ⁊ pastoris eliciens. Nā mercenarius ignorat oues: qr raro visitat eas. pastor vero cognoscit oues proprias: tanq̄ erga eas sollicitus. Chry. Deinde vt non estimes parē mēsuram cognitionis christi ⁊ ouiū: consequenter subdit. Sicut no. me. pa. ⁊ ego co. patrem. q.d. Ita certissi me ipsum scio: sicut ipe me: hic ergo est par cognitio. ibi non. nā seq̄tur. Et ani. me. po. pro oui. meis. Greg. in om̄. Ac si aperte dicat. In hoc constat: qr cognosco patrem: ⁊ cognoscor a patre: quia animā meā pono pro ouibus meis. i. ea charitate qua p̄ ouibus meis morior quantum p̄rez diligam ostendo. Chry. Hoc etiā dicit ostēdēs q nō est errone⁹: qr ⁊ apostolus quando seipsum voluit ostendere verū esse magistrū. cōtra pseudo apostolos induxit rationē periculis ⁊ mortibus. Theo. Seductores enī nō exposuerunt animā suā pro ouib⁹: sed sicut mercēnarij deserunt illos qui eos sequebantur. dn̄s aūt vt non caperentur dixit. Sinite hos abire. Greg. Qr vero non solum iudeā: sed etiā gētilitatē redimere venerat adiūgit. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili. Augu. de ver. do. Loquebatur enim primo de ouili de genere carnis israel: erant autem alij de genere fidei ipsi⁹ israel: extra erāt: adhuc in gentib⁹: erāt predestinati: nōdū cōgregati. Nō ergo sunt de hoc ouili: quia non sunt de genere carnis israel: sed erunt de hoc ouili. nā sequitur. Et illos oportet me adducere. Chry. Ostēdit vtrosq; dispersos ⁊ pastores nō habētes. Sequitur. Et vocem meā audient. Ac si dicat. Quid miramini: si hi sūt me secuturi ⁊ vocē meā audituri: qñ alios videbitis me sequētes: ⁊ vocē meā audiētes? deinde ⁊ futurā com

p:enũciat vnionem. vnde subdit. Et fiet vnum ouile ⁊ vnus pastor. Gre: go. in ome. Quasi ex duobus gregibus vnum ouile efficit: q: iudaicum ⁊ gentilẽ populũ in sua fide coniungit. Theo. Idẽ nãꝗ omnibus est baptismi signaculũ vnus pastor verbũ dei. Attendant ergo manichei: quoniã vnũ ouile ⁊ vn⁹ pastor est noui ⁊ veteris testamẽti. Aug. Quid ergo est. Non sum missus nisi ad oues q̃ perierunt domus israel: q: p̃sentiaȝ suam corporalẽ nõ exhibuit nisi populo israel: ad gentes autẽ nõ perrexit ipse sed misit. Chry. Hoc autez verbum oportet: qđ hic positum est: non necessitatis est demonstratiuũ: sed eius qđ omnino fiet: q: autẽ alienum dicebant eũ a patre subiungit. Propterea me pa. dili. quia ego po. ani. me. vt iterum sumã eam. Aug. id est q: morior vt resurgã: cum magno eni pondere dictũ est. Et pono. Non glorientur iudei: seuire potuerunt si ego voluero ponere animam meam quid seuiendo facturi sunt? Theo. Dilexit aũt pr̃ filium: nõ tanꝗ stipẽdia mortis pro nobis sustinẽde: dilectionẽ suã ei tribuẽs: ſ; quasi sue quiditatis proprietatẽ in genito intuens dñ ex eadem charitate pro nobis voluit mortem subire. Chry. Uel vtitur hic condescẽsione. q. d. Et si nihil aliud esset hoc suasit mihi amare vos: ꝙ vos ita amamini a patrẽ vt ego etiã ꝓpter hoc diligar ab eo: q: pro vobis morior. Nõ autem a patre antea nõ amabatur: ⁊ nos sumus facti amoris eius causa. Similiter aũt ⁊ hoc ostẽdere vult: quoniã non inuitus ad passionẽ venit. vnde sequitur. Nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a meipso. Augu. iiij. de tri. In quo demonstrauit ꝙ nulla causa peccati vsꝗ ad mortem carnis accesserit: sed quia voluit quando voluit: ⁊ quomodo voluit. vnde sequitur. potestatem ha. po. ani. meam. Chrysostomus. Qui enĩ multotiens consiliabantur eũ interficere: dicit. quoniam nolẽte eo inutilis erat hic labor. Ita enim habeo potestatẽ animã meã ponere: vt nullus possit me inuito facere: quod in hominibus non est. nos enim nõ habemus potestatẽ aliter ponere nisi interficiendo nosmetipsos: ipse autem solus dñs est ponendi eam. Hoc autem existente vero ⁊ illud constat: ꝙ quandocũꝗ voluerit eã suscipere possit. vnde sequitur. Et potestatez ha. ite. su. eam. In quo ⁊ resurrectionez demonstrauit indubitabilẽ. Ut aũt non estiment cum eum interfecerint derelictũ a patre subiungit. Hoc mãdatum accepi a patre meo. s. ponendi animã ⁊ sumendi. Ex quo non est intelligendũ: ꝙ prius expectauerit audire: ⁊ opus ei fuerit discere: sed voluntariũ monstrauit ꝓcessum: et contrarietatis ad patrem suspitionem destruxit. Theo. Nihil enim aliud mandatum hic dicitur q̃ ea q̃ ad patrẽ concordia. Alcui. Uerbum enim non verbo accepit mandatuz. sed in verbo vnigenito patris est oẽ mãdatum. Cũ autem dicitur filius accipere quod substantialiter hȝ nõ potestas minuitur ⁊ ſ; generatio ei⁹ ostenditur. pater enim filio quẽ perfectum genuit oĩa gignendo dedit. Theo. Postꝗ autem de se sublimia ostenderat: mortis vite se principez exprimẽs: rursum inducit humilia. sic mira dispositione vtraꝗ connectens: vt nec minor aut subditus patri reputetur: nec dei aduersari⁹ sed eius potestat ⁊ consilij. Augu. Per hoc autem quod dixit de aĩa sua: instruimur cõtra apolinaristas q̃ dicunt christũ non habuisse animã humanã. i. rationalẽ. Queramus aũt quomodo dñs aĩam suã ponit. Christus enim est verbũ ⁊ hõ. i. verbum: anima ⁊ caro. christus ergo ex eo ꝙ v̄bũ ẽ ponit aĩam: ⁊ iteꝝ sumit eã: an ex eo ꝙ anima hũana est: ipsa se ponit: ⁊ iteꝝ ipsa se sumit. an iterum ex eo ꝙ caro est: caro animã ponit ⁊ iterum sumit? Si autem dixerimus q: verbum dei posuit animam suam: ⁊ iterum sumpsit eam: ergo aliquando anima illa separata est a dei verbo. Mors enim corpus ab anima se

Un⁹ pastor vtriusꝗ testamẽti.

Manc... tũ ver... quoni... do int... ligenc...

Quest... subtil...

parauit. a verbo aūt animā separatam non dico. Si autem dixerimus: quip̄a se aīa posuit: absurdissim⁹ sensus est. si enim a verbo separata nō erat: a seipsa poterat separari. Caro ergo ponit animā suā: ⁊ iterū sumit eam: nō tamē potestate sua: sed potestate inhabitātis carnē. s. verbi. Alcui. Et q̄r lux in tenebris lucebat: ⁊ tenebre eū non cōprehenderūt subiungitur. Dissensio itaq̧ fctā est inter iudeos ꝓpter sermones hos. dicebant autē multi ex ip̄is. Demonium h̄z ⁊ insanit. Chry. Q̄r em̄ maiora erant q̄ꝫ s̄m hominē ea que dicebantur: demoniū eū habere dicebant: sed ꝙ demoniuz non habebat ostendunt alij ab his que fecit. vnde sequitur. Alij aūt dicebant. Hec verba non sunt demoniū habentis. nunquid demoniū potest cecorū oculos aperire. q. d. Nec ipsa verba demoniū habentis videntur. Si v̄o nō suademini a verbis: ab operib⁹ moueamini. q̄r ergo dn̄s eaz que ꝑ res est tribuerat demonstrationem: silebat de reliquo. Neq̧ enim respōsione erāt digni: sed ⁊ nos erudiuit mā suetudinem ⁊ longanimitatē omnē: ipsi etiā seip̄os cōpescebant: q̄si abinuicem diuisi altercarentur.

¶ Facta sunt autem encenia in hierosolymis ⁊ hyems erat. Et ambulabat iesus in templo in porticu salomonis. Circūdederunt ergo eum iudei: ⁊ dixerunt ei. Quousq̧ animā nostrā tollis? Si tu es christus dic nobis palam. Respōdit eis iesus. Loquor vobis: ⁊ non creditis. Opera que ego facio ī nomine patris mei: hec testimoniū perhibent de me. Sed vos non creditis: q̄r non estis ex ouib⁹ meis Oues mee vocē meā audiūt: et ego cognosco eas: ⁊ sequuntur me: ⁊ ego vitam eternā do eis: ⁊ non peribūt ineternum: ⁊ nō rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego ⁊ pr̄ vnū sumus.

¶ Alcui. Audiuimus patientiaz dei ⁊ inter opprobria predicationē salutis: sed ipsi obdurati magis eū tentare q̄ꝫ ipsi obedire volebāt. vnde dr̄ Fa. sunt autē ence. ī hierosolymis. Augu. Encenia festiuitas erat dedicationis tēpli. Grece ei cenō dicit̄ nouū. quādocūq̧ nouū aliquid fuerit dedicatum encenia vocantur. Chry. Dicit em̄ diē s̄m quā templū dedicatū est. redeūtib⁹ eis a captiuitate babylonis. Theo. Splendide ergo ꝓsequebantur solennitatē veluti ꝓpriū decorē recuperante ciuitate post tā longā captiuitatē. Alcui. Uel hec dedicatio in memoriā illi⁹ erat dedicationis quā iudas machabeus fecit. *Tres tē pli dedicatiōes.* Prima em̄ dedicatio a salomone facta est tp̄e autūni. Secūda a zorobabel ⁊ iesu sacerdote tēpore veris: hec autē tp̄e hyemali. vnde sequitur. Et hyems erat. Beda. Sub iuda ei machabeo statutū legit̄ vt eadē dedicatio ꝑ oēs annos in memoriā solennibus renouaretur officijs. Theo. Tēpus. aūt hyemis euangelista exprimit: ad ostendendū ꝙ ꝓximum esset tēpus passionis. nā in vere sequēti passus est dn̄s ⁊ ideo hierosolymis conuersabatur. G: ego. ij. mo. Uel idcirco hyemis curauit tp̄s exprimere: vt inesse iudeorū cordibus malitie frigus indicaret. Chryso. In hac autē solēnitate christus cum multo studio aderat: de reliquo em̄ iudeaz frequentabat. quia passio erat in ianuis. vnde seq̄tur. Et ambu. ie. in tē. in porti. salomonis. Alcui. Porticus salomonis dicit̄. vbi rex ille ad orandū stare consueuerat: ⁊ ideo ex eius nomine cognominabatur. Solēt autem porticus quibus tēplū cingebatur ex nomine templi vocari. Si autem filius dei in templo in quo caro brutorum animalium offerebat̄ ambulare voluit: q̄ꝫto magis nostram

erationis domum in qua caro et sanguis eius consecratur visitare gaudebit. Theo. Satagas tu quoque dum hyemis imminet. i. vita presens turbinibus iniquitatis concussa spiritua les encenias tui templi celebrare: sem per renouando teipsum: et ascensiones in corde tuo disponens: tunc iesus erit presto tibi in porticu salomonis: pacificum statum tibi tribuens sub tegmine protectionis: in seculo autem futuro nemo renouationis solennia perficere poterit. Augu. Qui ergo iudei frigue rant a diligendi charitate et ardebant nocendi cupiditate: non accedebant persequendo: sed premebant persequendo. vnde sequitur. Circun. er. eum iu. et dixe. ei. Quousque ani. no. tollis? Si tu es christus dic no. pa. non veritatem desiderabant: sed calumniam preparabant. Chry. Opera enim eius in nullo incusare valentes: captionem quandam ex verbis cupiebant inuenire. Et intuere puerilitatem illorum. nam cum per sermo nem erudit dicunt ei. Quod signum ostendis. Cum aut per opera demonstrat dicunt ei. Si tu es christus dic nobis palam: quasi semper ad contrarium stantes: sed et plenum odio erat quod dicunt. Dic nobis palam. Et nimirum ipse palam omnia dicebat in festiuitatibus semper assistens: et nihil occulte loquebatur: sed et adulationis verba premittunt dicentes. Quousque animam nostram tollis? vt. s. eum prouocantes aliquam captionem inueniant. Alcui. Causantur enim quod animos eorum incertos et suspensos dimittendo tolleret qui venerat vt alas saluaret. Aug. Querebant aut audire a domino. Ego sum christus et fortasse de christo sm hominem sapiebant: sed diuinitatem christi in prophetis non intelligebant. et sic si diceret. Ego sum christus: sm quod illi sapiebant de semine dauid: calumniarentur quod sibi arrogaret regiam potestatem. Alcui. Et sic cogitabant eum tradere potestati presidis ad puniendum: quasi contra augustum imperium vsurparet: quare dominus ita temperauit responsionem: vt etiam calumniatorum ora concluderet: et quod christus est fidelibus panderet: et de homine querentibus diuinitatis mysteria narrat. vnde sequitur. rndit eis ie. Lo. vo. et non creditis. ope. que ego fa. in no. pa. mei: hec testi. perhi. de me. Chry. Qui enim simulabant a solo verbo se suaderi: qui a tot operibus non sunt suasi: arguit malitiam eorum. q. d. Si operibus non creditis: qualiter verbis credetis? et quare non credant ostendit subdens. Sed vos non creditis: quia non estis ex ouib' meis. Aug. Hoc autem dixit: quia videbat eos ad sempiternum interitum predestinatos: non ad vitam eternam sui sanguinis precio comparatos: oues enim sunt credendo. pastorem sequendo. Theo. Postquam vero dixerat. Non estis ex ouib' meis. Consequenter inducit eos vt oues eius efficiantur dicens. Oues mee vo. me. audiunt. Alcui. i. preceptis meis ex animo obediunt. Et ego cognosco eas. i. eligo. Et sequuntur me. hic mansuetudinis et innocentie viam incedendo: et post ad gaudia eterne vite intrando. vnde sequitur. Et ego vitam eternam do eis. Augu. Ista sunt pascua de quibus supra dixerat. Et pascua inueniet. bona pascua vita eterna dr. ibi nulla herba arescit: totum viret. Uos autem calumniam propterea queritis: quia de vita presenti cogitatis. Sequitur. Et non peri. in eternum. Subaudi tanquam eis diceret. Uos peribitis in eternum: quia non estis ex ouibus meis. Theo. Sed quomodo videm' iudam perisse: quia non permansit vsque ad finem. Christus autem de perseuerantibus hoc dixit. Nam siquis separatur ab ouium grege. desinens sequi pastorem: confestim incurrit periculum. Augustinus. Quare autem non pereant subdit. Et non rapiet eas quisque de manu mea. De illis enim ouibus de quibus dicitur. Nouit dominus qui sunt eius: nec lupus rapit: nec fur tollit: nec latro interficit. Securus est de numero illorum qui pro eis nouit quid dedit. Hyla. septimo de trinitate. Conscie potestatis hec vox est: at vero vt in natura licet dei tamen ex deo intelligenda est eius na

Propo- logica [illegible]

Predestinatio in malam partem capitur.

nuitas. subiecit. Pater meus quod
dedit mihi: maius omnib⁹ est. Nō
occultat ex patrē esse se natum. qđ
enim a patre accepit: accepit nascē
do non postea. Augu. Non enim
crescendo: sed nascendo equalis est
qui semper nat⁹ est de patris fili⁹:
de deo deus. Hoc est ergo quod
dedit mihi pater: quod maius om
nibus est vt scʒ sim verbum eius vt
sim vnigenitus filius eius vt sim
splendor lucis eius. Ideo ergo ne-
mo rapit oues meas de manu mea
qꝛ nec de manu patris mei. vnde
sequitur. Et nemo potest rapere de
manu patris mei. Si manum itel
ligamus potestateʒ vna est patris
et filij potestas: qꝛ vna diuinitas.
Si autem manum intelligamus fi
lium: manus patris est ipse fili⁹: qđ
non ita dictum est tanq̄ deus pa-
ter habeat corporis membra: sed
q̄ per ipsum facta sunt omnia. Nā
solent et homines dicere man⁹ suas

Manus dei est ei⁹ ptās

eē alios homines per quos faciūt
quod volunt. Aliquando et ipsum
op⁹ hominis manus hominis dici
tur: quod fit per manum: sicut dicit̄
quisq̄ agnoscere manum suam: cū
id quod scriptū sit agnoscit. hoc āt
loco manū p̄ris et filij itelligimus
potestatē: ne forte cū hic manū p̄ris
ipsum filium dictū acceperimus: in
cipiat carnalis cogitatio etiā filij q̄
rere filiū. Hyla. vij. de trini. Ut ei
per corporalem significationeʒ: vir
tutē possis eiusdē nosse nature cō-
memorata est filij manus: manus
patris quia natura ⁊ virtus patris
esset in filio. Chryso. Deinde vt non

Arrius et sa-bellius collidūt vno ver bo.

estimes: quia ipse quideʒ imbecillis
est. propter patris autem virtutem
in tuto sunt oues: subdit. Ego ⁊ pa
ter vnū sum⁹. Aug. Utrūq̄ audi: et
vnū: et sum⁹ ⁊ a charybdi eo a scylla
liberaberis. Quod dixit vnū libe-
rat te ab arrio: q̄ dixit sum⁹: libe-
rate a sabellio. Si vnū. nō ḡ diuer
sū: si sum⁹ ḡ p̄r et filius. Aug. v. ij. de
trini. Unū enī sum⁹ dictū ē. Qđ ille
hoc et ego s̄m essentiam: non s̄m
relatiuum. Hyla. viij. de trini. Hec
igitur qꝛ heretici negare nō possūt
impietatis sue mendacio corrum-
pūt. tētant enim id ad vnanimitatē
referre consensum: vt voluntatis
in his vnitas sit non nature. i. vt nō
per id quod sunt: sed per id quod
idem volunt vnum sint. sed per na-
ture natiuitatem dum nihil deus i
eo ex se gignēdo eū degenerat vnū
sunt. Dumq̄ de manu ei⁹ nō rapiūt
nō rapiūt de manu patris. dū in ope
rante operatur pater: dum ipse in
patre: et in eo pater est. hoc nō pre-
stat creatura sed natiuitas: non effi
cit voluntas sed potestas. non loq̄-
tur vnanimitas: sed natura. Non
negamus igitur vnanimitatem in-
ter patrem ⁊ filium. nam hoc solent
heretici mentiri: vt cum sola nos con
cordiam ad vnitatem non respi-
cimus discordes eos a nobis affir-
mari loquantur: sʒ audiāt q̄ a no
bis vnanimitas non negēt. Unum
sunt pater ⁊ filius natura. honore ⁊
virtute: nec natura eadem potest
velle diuersa.

¶ Sustulerunt ergo lapides
iudei vt lapidarent eum. Re-
spondit eis iesus. Multa bo-
na opera ostendi vobis ex pa-
tre meo. Propter quod eorum
opus me lapidatis? Respon-
derūt ergo iudei. De bono ope
re non lapidam⁹ te: sed de blas
phemia. et qꝛ tu homo cū sis:
facis teipsum deū. Respondit
eis iesus. Nonne scriptum est
in lege vestra: qꝛ ego dixi dij
estis? Si illos dixit deos ad q̄s
sermo dei factus est: et non po
test solui scriptura: quem pa-
ter sanctificauit: et misit i mū-
duʒ. Et vos dicitis qꝛ blasphe
mas quia dixi filius dei sum.
Si non facio opa patris mei:
nolite credere mihi. Si autem
facio et si mihi non vultis cre-

dere operib⁹ credite: vt cogno
scatis ꝛ credatis: quia pater
in me est ꝛ ego in patre.

Fu-or heretis cor. 3.

¶ Augu. Audierunt iudei. Ego et
pater vnum sumus: ꝛ non pertule
runt amore suo duri ad lapides cu
currerunt. vnde dicitur. Sustule-
runt lapi. iu. vt lapi. eū. Hyla. vij. d
tri. Nunc hereticorum furor iā do
mino in celis sedente pari infideli
tate dictis non obedientes: odium
impietatis exercent: verborum la-
pides iniiciunt: ꝛ si possent de thro
no eum suo in cruce. detraherent.
Theo. Dñs aūt ostēdēs ꝙ nullā iu
stā habebāt occasionem furēdi ad
uersus eum: commemorat signa q̄
fecerat. nā sequit. Respon. eis. Je.
Mul. bo. opa ost. vo. ex patre meo.
Alcui. s. in sanitatibus infirmoꝝ:
in exhibitione doctrine ꝛ miraculo
rū: que ex patre ostēdi. qꝛ ei⁹ gloriā
per omnia quesiui: ꝓpter qd eorū
opus me lapidatis. Quis inuiti cō
fitentur multa beneficia sibi impen
sa a xp̄o: sed qd de sua patrisq̄ eq̄li
tate dixerat pro blasphemia depu-
tabāt. vñ sequit. Rñ. ei iu. De bo.
ope. nō lapi. te: sed de blas. ꝛ qꝛ tu
ho. cū sis: fa. teipm deū. Augu. ad
hoc rñderūt qd dixerat. Ego ꝛ pa-
ter vnū sumus. Ecce iudei intelle-
xerunt qd arriani nō intelligūt. ideo
eñ irati sunt: qm senserūt nō posse
dici. Ego ꝛ pater vnū sum⁹. nisi vbi
equalitas est patris ꝛ filij. Hyla.
vij. de tri. Judeus dicit. Cū sis hō.
Arrian⁹. Cū sis creatura. vtriq̄ di-
cūt. Facis te deū. Subiicit eñ arria
nus. Substātie noue ꝛ aliene deū.
vt sit aūt alteri⁹ generis de⁹ sit: aut om
nino nec deus. dicit eñ. Nō est fili⁹
ex natiuitate: nō est de⁹ ex ꝟitate a
creatura est prestātior cūctis. Chr.
Dñs autē nō destruxit opinionem
iudeorū. estimātiū ꝙ se deo ꝑarez
diceret. sed magis cōtrarium facit
nā seqt. Rñ. eis ie. Nōne scrip. ē
in lege vestra? Aug. i. vobis data.
Qꝛ ego dixi dij estis. Deus hoc di-
cit per prophetam in psalmo homi
nibus. Et legē appellauit domin⁹
generaliter oēs illas scripturas.
Quis alicubi spāliter dicat legem:
a ꝓphetis eā distinguens sicuti est.
In his duobus preceptis tota lex
pēdet ꝛ ꝓphete. Aliquādo autez in
tria distribuit easdē scripturas vbi
ait. Oportebat impleri omnia que
scripta sunt in lege ꝛ ꝓphetis ꝛ psal
mis de me. Nūc vero etiā psalmos
legis nomine nūcupauit: ex quib⁹
sic argumētatur. Si illos dixit deos
ad quos ser. dei fa. est: ꝛ nō po. sol.
scri. quē pa. sancti. ꝛ mi. in mundū:
vos dici. qꝛ blasphemas: qꝛ dixi fi-
lius dei sum. Hyla. vij. de trini. De
mōstratur⁹ q̄dē q̄ ipse ꝛ pater vnū
essent in eo primo inepta ridiculi
opprobrij confutatur: ꝙ in reatum
vocaret. q̄ se cū hō eēt deū faceret.
Cū eñ lex huius nois appellatiōez
sanctis hoībus decerneret: ꝛ sermo
dei īdissolubilis ꝯfirmaret hāc im
partiti nois ꝓfessionē. Jā ergo non
est criminis ꝙ se deū: cuz homo sit
faciat: cum eos qui homines sunt
deos lex dixerit. Et si a ceteris
hominibus non irreligiosa huius
nominis vsurpatio est: ab eo homi
ne: quem sanctificauit pater nō im
pudenter vsurpari videtur: qꝛ dei
filium se dixerit cum precellat cete
ros per id quod sanctificatus in fi-
lium est: beato paulo dicente: ꝙ pre
destinatus est filius dei in virtute
ſm spiritū sanctificationis. omnis
enim hec de homine responsio est:
ꝙ dei filius etiam hominis filius
est. Augu. Uel alr. Sanctificauit. i.
vt sanctus esset gignēdo ei dedit: qꝛ
sanctum eum genuit. Si autem ser
mo dei factus est ad homines vt
dicerentur dij impij verbū dei q̄d
non est deus? Si p sermonē dei ho
mines participando fiunt dij: ver-
bum vnde participatur nō est de⁹?
Theophi. Uel sanctificauit eū hoc
est sanxit sanctificari pro mundo.
In quo ostendit se non esse deum si
cut ceteri: nā saluū facere mundū
diuinum opus est: non autem ho-
minis deificati per gratiā. Chry.

Lex sa- ctos ho- mines deos vo- cat.


Uel interim quidem vt susciperet
sermo humilius locutus est postea
autē ad maius eos reduxit dicēs.
Si non facio opera patris mei: no
lite credere mihi. per hoc ostendēs
qđ in nullo minor ē patre. qꝛ eni sub
stantiam ei⁹ impossibile erat ei9 vi
dere ab operum parilitate et idēti
tate demonstrationem eius que sꝫ
virtutē indissimilitudinis est tri:
buit. Hyla. vij. de tri. Quid h̄ ado:
ptio: quid indulgētia nominis loci
inuenit ne ex natura dei fili⁹ sit cū
dei filius ex nature paterne operi
bus credendus sit non exequatur
Testimoniũ — adsimilis est deo creatura. Neqꝫ ei
deitatis — nature aliene potestas cōparatur:
christi. — gerere autem se non sua: sed que
patris sunt testatur. ne per magni
ficentiam gestorum nature natiui:
tas auferatur. Et qꝛ sub sacramē
to assumpti corporis et nati ex Ma
ria hois et dei filius non intellige:
batur: fides nobis intimatur ex ge
stis cum ait. Si autē facio et si mi
hi non vultis credere operibus cre
dite. Cum enim sacramentum na:
ti hominis intelligentiam diuine
natiuitatis impediat: cum diuina
natiuitas omne opus suum: sub
ministerio assumpti hominis exeq̄
tur. Faciens igitur opera patris
demonstrare debuit: quid esset ope
rib⁹ credēdū. Nā seqt. Ut cogno. ꝛ
cre. qꝛ pa. i me. ē et ego. i pa. Hoc ē
illō. Dei fili⁹ sū. h̄ ē illō. Ego et pr̄
vnū sum⁹. Aug. Nō ei fili⁹ sic dic. In
me est pater: et ego in illo: quomō
possūt dicere hoies. Si ei bn̄ cogi:
tem⁹: ꝛ bn̄ viuam⁹ i deo sum⁹: et de⁹
Beneviuendo i — i nob ē q̄si participātes ei⁹ grāꝫ ꝛ il
xp̄o sumus. — lumiati ab ipso. Unigenit⁹ at dei fi:
li⁹ i patre est: et pr̄ i illo tāqꝫ eq̄lis.

**Querebāt ergo eū apprehē
dere ꝛ exiuit de māib⁹ eoꝝ. Et
abijt iteꝝ trās iordanē i eū lo
cū vbi erat ioānes baptizans
primū: et māsit illic. Et multi
venerūt ad eū: ꝛ dicebāt: qꝛ ioā
nes q̄dē signū fecit nullū. Oia
autē quecūqꝫ dixit ioānes de h̄
ꝑa erāt: ꝛ multi crediderūt i eū.**

Beda. Adhuc iudeos in cepta
demētia ꝑsistere euangelista ostēdit
dicēs. Querebāt ḡ eū apprehēdere
Aug. Non credendo et intelligen:
do: sꝫ seuiēdo et occidendo. Tu ap
prehendas vt habeas. illi apprehē
dere volebāt: vt nō haberent. vnde
seqt. Et exiuit de mani. eo. Non eū
apprehēderūt: qꝛ man⁹ fidei nō ha
buerūt. Sed non erat magnū ver:
bo eijcere carnē suā de manib⁹ car:
nis. Chrysostom⁹. Cū autē christ⁹
aliquid magnum locutus fuerit re
cedit velociter: vt sedetur eorum
furor per absentiam eius quod vti
qꝫ et nunc fecit. vnde sequitur. Et
abijt iterum trans iordanem in
eum locum vbi erat ioannes ba:
ptizans primum et mansit illic. Iō
hunc locum euangelista commemo
morat: vt discas: quoniā ꝑpe abijt:
vt recordet eoꝝ que illic facta sūt et
dicta a ioāne et testimonij ill⁹. Be.
Dicit aūt. Ubi erat primum id est
a prima etate. Demorante autem
eo ibi narrat: quia multi venerunt
ad eum. vnde sequitur. Et multi ve
nerunt ad eum ꝛ dicebāt: quia ioā
nes quidem fecit signum nullum.
Augustinus id est nullum miracu
lum ostendit. Non demonia fuga
uit: non cecos illuminauit: nō mor
tuos suscitauit. Chryso. Uide autē
qualiter syllogismos componunt in
dubitabiles. Joannes quidem di
cūt nullum signum fecit: hic autē
facit: quare hui⁹ preeminētia ostē:
ditur. Deinde ne putetur ioannes
quia nullum signum fecit indign⁹
testimonio subdunt. Omnia autē
quecūqꝫ di. io. de hoc vera erant. q.
dicant. Et si nullū signum fecerit
tñ de hoc omnia veraciter dixit er
go dicunt. Si ioanni credere opor
tebat: multo magis huic cum il:
lius testimonio etiam demonstra:
tionem signorum habenti. vnde
sequitur. Et multi crediderunt

in eum. Augu. Ecce qui apprehen-derunt permanentem non quomodo uidet volebant apprehendere discedentem. Et nos ergo per lucernam veniamus ad diem: quia ioannes lucerna erat: diei testimonium perhibebat. Theophi. Notandum autem quod crebro dominus educit populos ad solitaria loca: de prauorum societate eripiens: vt magis fructificent: sicut legem veterem daturus eduxit populum in desertum. Mystice autem recedes a hierosolymis dominus hoc est, a plebe iudaica ad loca fontes habentia se transfert: id est ad ecclesiam ex gentibus que habet fontem baptismi per quem multi ad christum accedunt: quasi transeuntes iordanem.

Cap. xi.



Erat autem quidam languens lazarus a bethania: de castello marie et marthe sororum eius. Maria autem erat que vnxit dominum vnguento et extersit pedes eius capillis suis cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur. Audiés autem iesus dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortem: sed pro gloria dei vt glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem iesus martham et sororem eius mariam et lazarum.

¶ Bed. Dixerat vero euangelista dominum transiordanem abysse: tuncque lazarum contigit infirmari. vnde dicitur Erat quidam lan. la. a be. Hinc est quod in quibusdam exemplaribus copulatiua coniunctio et posita inuenitur: vt sequentia verba superioribus connexa videantur. Interpretatur autem lazarus adiutus. Inter omnes el mortuos quos dominus suscitauit: hic magis ab eo adiuuatus qué nõ solum mortuum sed quatriduanum suscitauit. Augu. Inter omnia ei miracula que fecit dominus lazari resurrectio precipue predicatur. Sed si attendamus quis fecerit delectari debemus potius quam mirari. Ille suscitauit hominem qui fecit hominem. plus enim est hominem creare quam resuscitare. Infirmabatur autem in bethania lazarus. vnde dicitur A bethania de castello marie et marthe sororum eius. Quod castellum erat proximum hierosolymis. Alcui. Et quia plures feminne huius nominis erant: ne erraremus in nomine ostendit ex notissima actione. nam sequitur. Maria autem erat que vnxit dominum vnguento: et extersit pedes eius capillis suis. cuius frater lazarus infirmabatur. Chry. Igitur primum quidem illud necessarium discere: quia hec nõ fuit illa meretrix que in luca legitur. Hec enim honesta fuit et studiosa circa christi susceptionem. Aug. de con. euan. Vel aliter. Hoc dicens ioannes attestatur luce: quod hoc in domo pharisei cuiusdam simonis factum esse narrauit. iam itaque Maria fecerat. Quod autem in bethania rursus fecit aliud est quod ad luce narrationem non pertinet: sed pariter narrant a tribus. Aug. de ver. do. Inuaserat igitur lazarum pernicies inimica languoris nefandi hominis corpus quotidie edax febris incendium consumebat: Aderant autem due sorores languentis: et casum dolentes iuuenis egrotantis lectulo iugiter inherebant. vnde de eis mox subditur. Miserunt ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine ecce quem amas infirmatur. Augustinus super ioannem. Non dixerunt veni et sana. non ause sunt dicere. Ibi iube et hic fiet sed tantummodo. Ecce quem amas infirmatur quasi dicat sufficit vt noueris: non enim amas: et deseris. Chrysostomus. Per hoc enim ad miserendum volunt attrahere christum. adhuc enim ei quasi homini intendebant. Ideo autem non uenerunt ad christum sicut centurio et regulus. sed mittunt qui vehementer

Miraculum plus amandum quam mirandum.

Lazarus iuuenis

confidebant de christo: ppter multã familiaritatẽ quã habebãt ad eū: etiã a luctu detinebãtur. Theophi. Etiã quia mulieres erant quas nõ decet de facili domū exire. Multã aūt deuotionẽ et fidei magnitudinẽ exprimunt dicentes. Ecce quē amas infirmatur. tantam enim potentiam in domino esse credebant: q mirum videretur qualiter virū sibi dilectū infirmitas potuerit occupare. Sequitur. Audiens aūt iesus dixit eis. Infirmitas hec non est ad mortẽ. quia ipsa mors non erat ad mortem: sed potius ad miraculū: quo facto crederent homines in xpm: et vitarent veram mortem. vnde sequitur. Sed pro gloria dei. Ubi ex obliquo dominus deū se dixit contra hereticos q dicunt: q filius dei nõ sit deus. Pro gloria ergo cuius dei audiū quod sequitur. Ut glorificetur filius dei per eam scʒ infirmitatẽ. Chrysosto. Hoc autẽ vt non est causale: sed euētus. Nam euenit quidẽ aliunde infirmitas: vsus est autem ea in gloriam dei. Sequitur. Diligebat aūt iesus marthã et soro. eius ma. et lazarū. Augu. Ille languēs: ille tristes: oēs dilecti. Habebant ergo spem: qm̄ diligebãtur ab eo qui est dolentiū consolator: languētiū sanator. Chrys. Per hoc etiam erudit nos euãgelista nõ tristari siqua infirmitas facta fuerit circa bonos viros et dei amicos.

¶ Ut ergo audiuit quia infirmabatur tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec dicit discipulis suis eamus in iudeaʒ iterū. Dicunt ei discipuli. Rabbi: nūc qrebãt te iudei lapidare: et iterum vadis illuc? Respondit iesus. Nõne duodecim hore sunt diei? Siquis ambulauerit in die nõ offendit: quia lucem huius mūdi videt. Si autem ambulauerit i nocte: offendit: quia lux nõ est in eo.

¶ Alcui. Dominus nunciata infirmitate lazari quousq quatriduum compleretur: sanare distulit: vt mirabilius suscitaret. vnde dicitur. Ut autem audiuit q infirmabatur: tūc quidem mansit in eodẽ loco duobus dieb⁹. Chry. Ut s. expiraret et sepeliretur et dicãt. Qm̄ fetet vt null⁹ posset dicere. qm̄ nõdū defunctū eū suscitauit. sed stupor fuit et non mors. Sequitur. Deinde post hec dicit discipulis suis. Eamus in iudeã iterum. August. Ubi pene fuerat lapidat⁹: quia ppterea inde discessisse videbatur ne lapidaretur. Discessit. eñ vt homo. Sʒ in redeundo quasi oblitus infirmitatẽ: ostendit potestatē. Chrysosto. Nusq̄ autẽ alibi dominus predixit discipulis quo iturus esset: sed hic predixit: q formidabãt vehementer: vt non repente eos conturbet. Nam sequit. Dicunt ei discipuli. Rabbi. nunq querebant te iudei lapidare: et tu iterū vadis illuc? formidabant enim, et pro eo et pro seipsis. nondum eñ erant in fide firmati. Augusti. Cum autẽ vellẽt dare ɔsiliū homines deo: discipuli magistro: corripuit eos. vnde sequitur. Respondit iesus. Nonne duodecim hore sunt diei? Utenim diem sese ostẽderet duodecim discipulos elegit. In hoc autem verbo non ipsum iudam: sed successores eius preuidebat. In da eñ cadente successit mathias: et duodenarius numerus mãsit. Hore ergo illustrẽtur a die et per horarū predicationẽ credat mundus in diẽ. Me ergo sequimini: si non vultis offendere. vnde subdit. Siqs ambulat in die non offendit: q lucem huius mundi videt. Siquis autem ambulat in nocte offendit: quia lux non est in eo. Chrysosto. q. d. qui sibi nihil conscius est nequitie: nihil patietur versutie. Qui vero mala agit patietur. Itaq non oportet formidare: nihil enim dignum morte gessimus. Uel aliter. Siquis lucem huius mundi videt. securus est: multo magis qui mecum est nisi amouerit se a me. Theophilus. Quidam vero hunc

Singulare est qd dicit.

Intellectus moralis.

diem intelligunt tempus precedēs passionem: noctem vero ipsam passionem. Dicit ergo eis. Dum dies est: id est dum nondum imminet tēpus passionis non offendetis. Non enim vos persequentur iudei. Cū autem nox venerit passionem propriam dico: extunc noctem possidebitis angustiarum.

Hec ait: et post hec dicit eis. Lazarus amic⁹ noster dormit: sed vado vt a somno excitem eū. Dixerunt ergo discipuli ei⁹. Domine si dormit saluus erit. Dixerat autem iesus de morte eius: illi autem putauerunt q̄ de dormitione somni diceret. Tunc ergo iesus dixit eis manifeste. Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos vt credatis quoniam non eram ibi. Sꝫ eamus ad euꝫ. Dixit ergo thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos. Eamus et nos et moriamur cum eo.

Chrysostomus. Posita vna confortatione discipulorūꝫ: hic alio modo eos confortat ostendens: quoniā non hierosolymam debent ire. sꝫ in bethaniam. vnde dicitur. Hec ait. Et post hic dicit illis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt a somno excitem euꝫ. q. d. Non eo rursus disputaturus contra iudeos: sꝫ amicum nostrum excitaturus: propter hoc ergo dicit. Amic⁹ noster. vt ostēdat necessarium suum aduentum. Augustinus. Qđ auteꝫ dixit dormit verum dixit. domino dormiebat: hominibus mortuus erat qui euꝫ suscitare non poterant. Nam dominus tanta facilitate excitabat de sepulchro quanta tu excitas dormientem de lecto. Ergo sm̄ potentiam suam dixit dormientem: sicut et apostolus dicit. De dormientibus autem nolo vos ignorare: dormientes appellauit: quia resurrecturos prenūciauit. Sed quomodo interest in ipsis q̄ quotidie dormiūt et exurgunt: quid quisq; videat in somnis: alij sentiūt leta somnia: alij torquētia. Sic vnusquisq; cum causa sua dormit: cū causa sua surgit. Chrysostomus. Discipuli autem impedire voluerunt ei⁹ aduentū in iudeam. vnde sequitur. Dixerunt ergo discipuli eius. Domine si dor. sal. erit. Solet enim esse somnus egrotantium salutis indicium. q. d. Si dormit non igitur vtile est q̄ tu vadas: ad excitandum euꝫ.

Sōn⁹ est indiciū salutꝫ in egrotis

Augusti. Quō ergo intellexerūt discipuli sic responderunt. vnde sequitur. Dixerat autem iesus de morte eius. illi vero putauerunt q̄ de dormitione somni diceret. Chrysosto. Si vero quis dicat quomodo [...] cognouerunt discipuli mortuū [...]e ab eo quod dixit. Vado vt excitem illū: stultuꝫ enim erat eum ire per tot stadia vt lazarum a somno excitaret. Istud dicemus: quoniā estimabant hoc enigma esse qualia multa loq̄batur. Augusti. Quia ergo obscure dixerat. Dormit. manifestat quod dixerat. vnde sequitur. Tunc ergo dixit eis ie. mani. Laza. mortu⁹ est. Chryso. Nō autē hic adiecit. Vado vt resuscitē eum. non enī volebat verbis predicere quod per opera debebat certificare: vanā gloriam vbiq; nos fugere docens. Et q̄ non oportet simpliciter p̄mittere. Sequitur. Et gaudeo p̄pter vos vt credatis: quoniā non erā ibi. Augu. Eger enī nō mortuus fuerat nūciatus: sꝫ quo lateret euꝫ qui creauerat: ad cuius manus anima morientis exierat. Ait ergo. Gaudeo p̄pter vos vt credatis: quoniā non erā ibi. vt iam inciperēt admirari: q2 dn̄s poterat dicere mortuuꝫ quod nec viderat: nec audiuerat. Ubi meminisse debem⁹ q̄ adhuc etiā ipsorū discipulorū miraculis edificabāt fides. non vt esse inciperet: sed vt que ceperat cresceret: q̄ ergo dicit. Ut credatis: intelligenduꝫ est vt amplius robustius q; credatis. Theophi. Intellexerūt autem quidam hoc sic. Gaudeo inquit pro vobis. nam cum illic non extites

Fides aplorūꝫ augescit.

rim:confert ad maioritatē fidei vestre:quoniā si astitissem egrotantē curassem qd esset modicū signū ad mee virtutis indiciū.quvero me iab sente superuenit mors:potius in fide mea corroboramini:cū videbitis me posse etiā defunctū putrescentē resuscitare. Chrysosto. Igit oēs discipuli quidē timebāt iudeos:super alios vero thomas. vnde sequit. Dicit ergo thomas qui dicit didym⁹ ad cōdiscipulos. Eamus ⁊ nos ⁊ moriamur cum eo. Infirmior eñ erat alijs:⁊ infidelior:postea omnib⁹ fortior fact⁹ est ⁊ irreprehensibilis:qui solus orbē terrarum percurrit:⁊ in medijs ple bibus voluebatur volentib⁹ eum interficere. Beda. Uel castigati discipuli superioribus dñi verbis ausi sunt vltra cōtradicere. Sed thomas pre olbus socios hortatur: vt irent et morerētur cū eo. In quo magna eius videtur esse constantia. Sic eñ loquebatur:quasi facere posset que alios hortabatur:immemor sue fragilitatis sicut et petrus.

¶ Uenit itaq̄ iesus:et inuenit eum quattuor dies iam in monumento habentem. Erat autem bethania iuxta hierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autē ex iudeis venerāt ad martham ⁊ mariam vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit:quia iesus venit occurrit illi: maria autē domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesum. Domine si fuisses hic:frater meus nō fuisset mortuus. Sed et nunc scio quia quecūq̄ popoſceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio ⁊ vita. Qui credit i me etiā si mortu⁹ fuerit viuet:et omnis qui viuit et credit in me nō morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi. Utiq̄ domine. Ego credidi:quia tu es christus fili⁹ dei viui qui in hūc mūdum venisti.

¶ Alcui. Domin⁹ ad hr venire distulerat:vt quatriduū impleret:vt lazarus gloriosius resuscitaretur. vñ dicitur. Uenit itaq̄ ie. et inue. eum qua. di. iam in mo. habentē. Chrys. Manserat eñ dñs duobus diebus ⁊ ante duos dies venerat nūcius. In qua die lazarus est defunctus:ipse autē quarta die accessit. Augu. De quattuor aūt diebus multa dici possunt. Diuersis eñ modis vna res significari potest. Est enim vnus dies mortis quē homo trahit de mortis propagine. Sed et legem naturalē trāsgrediūtur hoies:ecce alter dies mortis. Lex etiā scripture data est diuinitus per moysen et ipsa contēnitur. Adde tertiū diē mortis. venit euāgeliū et ipsum transgrediuntur hoies. Ecce quart⁹ dies mortis:etiā ad tales excitādos dñs nō dedignatur accedere. Alcui. Aliter. Primū peccatū existit elatio in corde. secundū consensus. tertiū factum. quartū consuetudo. Sequitur. Erat au. be. iuxta hiero. quasi stadijs. xv. Chry. Quod erat miliaria duo. Hoc aūt inducitur ad ostendendū q̄ cōgruum fuit multos iudeorū a hierosolymis adesse. vñ subdit. Multi autē ex iu. vene. ad ma. ⁊ mar. vt conso. eas de fra. suo. Sed quomodo iudei ꝯsolabātur dilectas a xp̄o:cum iā statuissent q̄ siquis xp̄m confiteret extra synagogā fieret. Sed ꝑpter calamitatis necessitatē :aut quasi nobiles has mulieres reuerentes eas cōsolabātur:aut q̄ hi aderāt qui nō mali erāt. multi eñ ex ipsis credebāt. Hoc aūt dicebat euāgelista :ad ostēdendū q̄ lazarus vere mortu⁹ erat. Beda. Nondū autē domin⁹ castellū introierat. vnde adhuc extra castellum posito occurrit martha. vnde sequitur. Martha au. vt au. quia ie. ve. occurrit illi. Maria au. do. sede.

Mysteriū quattuor dierum lazari.

Chry. Nō aūt assumit sororē obuiā xpo vadens. Uult em singulariter xpo loq: et qđ factū est ei annunciare. Cum vero eam in bonā spem du rit: tunc abijt et vocauit mariam. Theophi. Primo itaq non pandit sorori volens astātes hoc latere: qm si percepisset maria xpm accedere: obuiam iret et comitarētur eā psen tes iudei: quibus notū fore aduen tum iesu martha nolebat. Seqtur. Dixit autē martha ad iesum: dñe si fu. hic fra. me. non fuisset mortuus. Chryso. Credebat eni in xpm: sz nō vt oportebat: nondum em cognosce bat: qm deus erat: ideo dicebat. Si fuisses hic: frater meus non fuisset mortuus. Theoph. Quasi diffidēs: qm etiā absens si vellet: posset phi bere mortē fratris sui. Chryso. Nō dum etiā cognoscebat q ppria vir tute hoc faceret: qđ apparet ex hoc qđ subditur. Sed et nunc scio quia quecunq poposceris a deo dabit ti bi deus: vt de virtuoso quodā et ap probato viro loquens. Augustin. Non autem dicit ei. Rogo te vt re suscites fratrem meum. vnde enim sciebat: si fratri eius resurgere vti le fuerat? hoc tantū dixit. Scio quia potes si vis facere: vtrum facias: iu dicij tui est: non presumptiōis mee. Chrysostomus. Domin⁹ aūt vtraq que non cognoscebat eas docuit. vn de sequitur. Dixit ei ies. resur. fra. tuus. Non dixit petam vt resurgat: sed si diceret. Non indigeo adiuto rio: a meipso omnia facio: valde fuis set graue mulieri. sz hoc dicere. Re surget. medium erat. Augustinus. Ambiguum autem fuit quod dixit. Resurget. Non enim ait. Modo. et ideo sequitur. Dicit ei mar. Scio q resurget in resurrectione in nouissi mo die. De illa resurrectione secu ra sum: de hac incerta sum. Chryso stomus. Audierat autē mulier mul ta a christo de resurrectione loquen te. dominus autem manifestius suā ostendit auctoritatē. nam subditur. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et vita ostendens: quoniam non in diget alio adiutorio. si enim alio ad iutorio idigeret: qualiter erit resur rectio? Si vero ipse est vita: non lo co circūcluditur: sed vbiq existens potest sanare. Alcui. Ideo ego sum resurrectio: quia vita. Per quē tunc cum alijs resurget: per eundem po test et modo resurgere. Chrysosto. Illa ergo dicente quecūq petieris: ipse dicit. Qui cre. in me etiā si mor tuus fuerit vi. ostendens quoniam ipse est tributor bonorum et ad ipso oportet petere: per hoc aūt eius in tellectū eleuat. non eni hoc erat so lum quod querebat: vt solū lazarū suscitaret: sed etiā oportebat eam et qui presentes erant discere resurre ctionem. Augusti. Dicit ergo. Qui cre. in me etiā si mor. fuer. in carne. Uiuet in anima donec resurget ca ro nunq postea moritura. Nā vita anime fides est. Sequit. Et ois qui vi. in carne. et cre. in me. etiā si mo riatur ad tēpus pter mortem car nis. Nō morietur in eternū. Alcui. Propter vitā spiritus et immortali tatem resurrectionis. Sciebat autē domin⁹: quem nihil latet: q hoc cre debat: sed confessionē qua saluare tur querit. vñ seqtur. Credis hoc? Ait illi. vtiq domine ego cre. quia tu es christus filius dei viui qui in hūc mun. ve. Chrysost. Uidetur mihi nō intellexisse mulier quod dictum est: sed quoniā magnū quid erat intel lexit: non tamen cognouit quid est: propterea aliud interrogat: aliud respondit. Augustinus. Uel aliter. Quoniam hoc credidi q filius es dei: credidi quia tu es vita: quia et qui credit in te etiam si moriatur viuet.

Dulce ā dorbo zhristi. [left margin note]

Interrogat xps. [right margin note]

¶ Et cum hec dixisset: abijt et vocauit mariam sororem suam silētio dicens. Magister adest: et vocat te. Illa vt audiuit sur rexit cito: et venit ad eum. non dū eni venerat iesus in castellū: sed erat adhuc i illo l oco vbi oc currerat ei martha. Iudei q

erant cum ea in domo ⁊ conso
labantur eam: cũ vidissent ma=
ria q̃ cito surrexit et exiit: se=
cuti sunt eam dicentes. Quia
vadit ad monumentum vt plo
ret ibi. Maria ergo cũ venisset
vbi erat iesus videns eum: ceci
dit ad pedes eiꝰ: et dixit ei: Do
mine si fuisses hic nõ esset mor=
tuus frater meus.

¶ Chryso. Ex virtute sermonũ xp̃i
interim martha lucrata est luctus
dissolutionẽ. ea enim q̃ ad magistrũ
erat deuotio: nõ ꝑmittebat eã sen=
tire p̃ntia q̃ luctũ inducere poterãt.
vñ dicitur. Et cũ hec dixisset: abiit ⁊
vo. ma. soro. suã silẽ. Augu. Aduer=
tendũ q̃ suppressam vocẽ silentium
nuncupauit. nã q̃uo siluit: cũ subda
tur dicens. Magister adest et vocat
te. Chry. Ideo aũt occulte sororẽ vo
cat: si enim sciuissent iudei xp̃m ad=
uenire recessissent: ⁊ non fuissent te=
stes miraculi. Aug. Aduertendum
etiã quẽadmodũ euangelista nõ di=
xerit: vbi vel qñ vel q̃uo mariã dñs
vocauerit: vt hoc in verbis marthe
potius intelligeret narrationis bre
uitate seruata. Theophi. Siue etiã
ipsam christi presentiã vocationem
reputauit. q. d. Inexcusabile est vt
eo presente tu nõ exeas obuiã ipsi.
Chryso. Omnibus autẽ assidentibꝰ
illa lugẽs ⁊ plangẽs nõ expectauit
ad se venire magistrũ neq̃ dignita
tẽ seruauit. neq̃ a luctu detẽta est:
sed surgens confestim obuiauit. vñ
sequit̃. Illa vt audi. sur. cito ⁊ ve. ad
eum. Augusti. Ex quo patet q̃ non
illã ꝓuenisset martha si ei notꝰ fuis=
set aduentus iesu. Sequit̃. Nondũ Amor sororum lazari.
eñi venerat. Ie. in cast. sed erat ad=
huc i illo loco vbi occurrerat ei mar
tha. Chry. Uacũtiꝰ eñi ibat: vt nõ vi
deat̃ iniicere seipsũ miraculo: sȝ ro
gari ab aliis. Hoc igit̃ vult occulte
euãgelista insinuare: aut quia cito
currebat: vt anticiparet eũ venien=
tem. venit aũt non sola: sed oẽs tra=
hens iudeos. vnde sequitur. Iudei
igitur qui erant in domo cũ ea: ⁊ cõ
sola. eã. cũ vidis. ma. q̃ cito surre. ⁊
exiit: secuti sunt eã dicentes. q̃ va.
ad mo. vt ploret ibi. Augusti. Hoc
pertinuit ad euangelistam narra=
re vt videamus que occasio fuerit
q̃ plures ibi essent: quãdo lazarus
resuscitatus est: vt tã grande mira
culum quatriduani mortui resurgẽ
tis testes plures inueniret. Sequit̃.
Maria ergo cũ ve. vbi erat iesus: vi
dẽs euȝ ce. ad pedes eius. Chryso.
Feruentior hec sorore erat: nõ enim
turbã verecũdata est: nec suspitionẽ
timuit: quam de christo iudei habe
bant: cũ aliqui inimicorũ xp̃i inter=
essent: sed omnia cõtẽpsit humana
presente magistro ⁊ soli se dabat ei
qui ad magistrũ honori. Theophi.
Quamuis etiã se diminute videbat̃
habere dicẽs. Domine si fuisses hic
fra. meus non fuis. mor. Alcui. q. d.
Dũ nobiscũ presens fuisti: nõ mor=
bus: non infirmitas aliqua appere
ausa est: apud quas vita nouerat
habitare siue hospitari. Augu. de
ꝟ. do. O infidelis cõuenio te adhuc
posito in seculo lazarus amicꝰ mo=
ritur. Si amicus moritur inimicus Notabi le ꝟbuȝ.
quid patiet̃? parũ est si nõ tibi soli
superi seruiunt. Ecce tuũ dilectum
inferi rapuerunt. Beda. Nõ autẽ
oia dixit maria que martha ꝓtule=
rat: quia cõsueto hominum more la
chrymis non omnia que voluit ⁊ in
animo habuit proferre potuit.

¶ Iesus ergo vt vidit eam plo
rantẽ et iudeos q̃ venerant cũ
ea plorantes infremuit spiritu
⁊ turbauit seipsum ⁊ dixit: Ubi
posuistis eum? Dicunt ei. Dñe
veni et vide. Et lachrymatus
est iesus. Dixerunt ergo iudei.
Ecce quomodo amabat eum.
Quidã autẽ ex ipsis dixerunt.
Non poterat hic qui apuit ocu
los ceci nati facere vt hic non
moreretur? Iesus ergo rursum
fremens in semetipso venit ad

monumentum. Erant aũt spe-lũca: et lapis superpositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidẽ. Di-cit ei martha soror eius qui mor-tuus fuerat. Dñe iã fetet: qua-triduanus est enim. Dicit ei ie-sus. Nõne dixi tibi: qm̃ si credi-deris videbis gloriam dei? Tu-lerunt ergo lapidem.

¶ Chry. Marie loquẽti nihil xp̃s lo-quit: neq3 ea dicit q̃ sorori dixerat. turba eñ aderat multa et non erat tẽpus illorũ verborũ. Sed cõdescen-dit 7 humiliat: hũanã naturã denu-dans: qz eñ miraculũ magnũ erat futurũ et multos per id lucraturus sua cõdescẽsione attrahit testes: et humanã monstrat naturã. vñ dicit. Jesus ergo vt vidit eã plorãtẽ: 7 iu. qui ve. cũ ea plo. infre. spiritu 7 tur-ba. semetipsum. Augusti. Quis eñ eũ posset nisi ipse turbare. Turba-t' ẽ xp̃s: qz voluit: esuriuit: qz voluit in illi' ptãte erat sicvt' sic affici vl' nõ affici. Verbũ ei aĩaz suscepit 7 carnẽ totius hoĩs sibi coaptans in perso-ne vnitate naturam: ac per hoc vbi summa potestas est: ſm voluntatis nutũ turbat infirmitas. Theo. Ad approbandã eñ cõditionẽ hũanam iubet ei qd̃ suũ est ꝓsequi: necnõ in-iungit ei virtute spũsancti illãq3 cõ-pescit. Hec autẽ cuncta naturã pati dñs cõtinet: cũ approbãdo q homo verus 7 nõ apparens fuerat: tũ etiã nos monẽdo: ac metã mesticie 7 ꝓ ctũ ditati imponendo. Naz ex toto nec cõpati nec merere ferinũ: ac hoĩs ẽ ex uberantia muliebre? Sequit et di-xit. vbi posuistis eũ? Augu. de ver. do. Non locũ sepulti ignorare credi debuerat: sed fidẽ populi approba-re volebat. Chry. Nõ eñ vult ipse se inijcere: sed oĩa ab alijs discere 7 ro-gatus facere vt ab oĩ suspitione eri-piat signũ. Augu. lib. lxxxiij. q. Qd̃ 7 interrogat vocationẽ nr̃am: q̃ fit in occulto arbitror significare. Prede-stinatio eñ nr̃e vocationis occulta est: cuius secreti signũ est interroga-tio dñi q̃si nescientis eũ ipsi nescia-mus: vel q ignorare se pctõres alio loco dñs ondit dicẽs. Nõ noui vos: qz in disciplina et ꝑceptis eius non pctã sunt. Sequit. Dicunt ei dñe ve-ni 7 vide. Chry. Nondũ eñ aliqd̃ si-gnũ resurrectionis mõstrauerat: vñ ita videbatur iturus vt lachryma-turus: nõ vt resuscitaturus. ꝑpter hoc ei dicunt. Ueni 7 vide. Augusti. Uidet ẽt dñs q̃n miseret. vñ illis di-citur. Uide hũilitatẽ meã et laborẽ meũ 7 dimitte oĩa peccata mea. Se-quit. Et lachrymatus est iesus. Alcui. Quia fons pietatis erat: flebat pro patre hũanitatis: quẽ resuscitare po-terat p potentiã diuinitatis. Augu. Quare aũt fleuit xp̃s: nisi q hoĩes flere docuit? Beda. Est aũt hoĩum consuetudo caros suos mortuos lu-gere. Scd̃m hanc cõsuetudinem iu-dei dominũ flere putabãt. vnde sub-ditur. Dixerunt ergo iu. Ecce quõ ama. eũ. Aug. Quid est amabat eũ. Nõ veni vocare iustos: sed pctõres ad penitentiã. Sequit. Quidã autẽ ex ipsis dixe. Nõ pote. hic qui ape. ocu. ce. nati facere vt h nõ moreret? Plus est qd̃ facturus est: vt mortu' suscitetur. Chryso. Erant aũt ex ini-micis eius q̃ hoc dixerunt. Ex qb' igit oportebat eius admirari virtu-tẽ ex his ei detrahunt. s. ex illumina-tione ceci nati q̃si nec illo miraculo facto. Jn hoc ẽt se ondũt esse corru-ptos: qz nõdũ xp̃o adueniẽte ad mo-numentũ preassumũt accusationes nõ expectantes rei finẽ. Sequit. Je-sus ergo rur. fremens in semetipso ve. ad mo. Studiose euãgelista fre-quẽter dicit q lachrymatus est: 7 q fremuit vt discas q vere nr̃am natu-rã induit. Qd̃ eñ hic magis alijs euã-gelistis magna de eo loquit: etiã in rebus corporalibus hũiliora dicit. Augu. Fremas aũt et in te ꝑ dispo-nis reuiuiscere: oĩ hoĩ dicit q ꝑmit pessima cõsuetudine. Sequit. Erat aũt spelun. 7 lapis superpositus ei. Mortuus sub lapide: re' sub lege. Lex eñ q̃ data est iudeis in lapide scripta ẽ. Oẽs aũt rei sub lege sunt

Turba tio iesu qualis fuerit.

Predestinatio occulta.

Consuetudo praua notatur.

iusto autē non est lex posita. Beda. Est aūt spelūca rupis cauata. Porro monumentū dicit̄ eo ꝙ mentē moneat: hoc est mortuos ad memoriam reuocat. Sequit̄. Ait iesus tollite lapidē. Chry. Sed quare nō lapide iacente fecit resuscitari? Nonne poterat qui corpus mouit mortuū voce etiā multo magis lapidez mouere? Hoc aūt fecit vt eos testes faciat miraculi: vt nō dicāt qđ l ceco dixerāt. Nō est hic. Man⁹ eñ ꝛ accessus ad monumentum testabant̄ ꝙ ipse est. Augu. Mystice aūt dicit. Remouete lapidē. remouete legis pōdus: gratiā pdicate. Aug. lib. lxxxiij. qō. In quo puto illos significare ꝗ venientibus ad ecclesiā ex gentib⁹: on⁹ circuncisionis imponere volebant: vel eos qui in ecclesia corrupte viuūt: ꝛ offensioni sunt credere volentibus. Augu. de ver. do. Jam aūt maria ꝛ martha sorores lazari ꝗ xp̄m frequenter mortuos resuscitasse viderant fratrē suū posse resuscitare penitus nō credebāt. Nam sequitur. Dicit ei mar. sor. eius qui mor. fue. Domine iā fetet quatridua. eñ est. Theophi. Hoc aūt martha tāꝗ diffidens dicit veluti ipossibile credēs posse fratrē suscitari. ob diurnū diuturnitatē. Beda. Uel hec verba non sunt desperatōis sed potius admirationis. Chryso. Sꝫ hoc etiā qđ dicit valet ad obstruendū indeuotos: vt et miraculū testentur manus tollētes lapidē: ꝛ auditus vocē audiēs xp̄i et visus videntiō lazarū exire: ꝛ adoratus fetorez recipiens. Theo. Christus aūt rememorat mulieri ea de quibus secū contulerat ꝛ pene vt obliuiscenti loquit̄. vnde sequit̄. Dicit ei iesus. Nonne dixi ti. qm̄ si credi. videbis gloriā dei? Chryso. Non enim memor erat mulier eius quod christus dixerat. Qui credit in me etiā si mortuus fuerit viuet: ꝛ discipulis quidē dixit. Ut glorificetur filius dei in ea. hic aūt gloriam dei de patre dicit. Infirmitates enim eorū qui audiebant causa erant differentie eoruꝫ que dicebantur. Nolebat

Gloria ei quo ad in miracu lo.

dominus interim turbare astantes et ideo dicit. Uidebis gloriam dei. Augusti. In hoc autē est gloria dei. quia et fetentem ꝛ quatriduanum resuscitat. Sequit̄. Tulerunt ergo lapi. Orige. Mora tollendi lapidem adiacētē ex sorore defuncti causata est. Nisi eniꝫ dixisset. Jam fetet: esset enim quatriduanus: nō diceretur. Dixit iesus tollite lapidē. Sustulerūt ergo lapidem: nunc ergo longe tardius ablatus est. Cōmo dum est igitur nihil interponere inter iussa iesu. ꝛ ipsorum executionem.

¶ Jesus autem eleuatis sursuꝫ oculis dixit. Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Ego autem sciebam quia semper me audis: sed propter populum qui circunstat dixi: vt credāt qꝛ tu me misisti. Hec cū dixisset voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus ligatus manus et pedes institis: et facies illius sudario erat ligata. Dixit eis iesus. Soluite eum: ꝛ sinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerant ad mariam ꝛ marthā ꝛ viderant que fecit iesus: crediderunt in eum. Quidā autē ex ipsis abierunt ad phariseos: et dixerunt eis que fecit iesus.

¶ Alcuin⁹. Quia xp̄s ſm hōiem minor erat patre: ab illo petit suscitatonē lazari: atꝫ ideo se exauditūꝫ esse dicit. vñ dicit̄. Je. aūt el. sur. oc. di. Pater gra. ago. ti. qm̄ exau. me. Orige. Eleuauit quidē sursum oculos: quoniā intelligētiam humanaꝫ erexit: adducēs illam per orationē ad excelsum patrem. Sed ꝛ necesse est volentē ad exēplar orationis xp̄i orare eleuare oculos cordis sursum ac erigere illos a p̄sentibus reb⁹ memoria cogitationib⁹: atꝫ intētio

Orōnis xp̄i exēplū.

nibus. Si aūt digne orantib⁹ hmōi quedā exprimit̄ a deo de ꝓpria oratione ꝓmissio: adhuc te loquēte. Ecce assum. quid expedit arbitrari de dn̄o ⁊ saluatore? erat eñ oraturus ꝑ resurrectione lazari. Sed ꝑueniēs illius orōne qui solus bonus pater est: exaudiuit dicenda. Pro īpletiōe igitur orationis subdit gratiarum actiones dicens Pater gratias ago tibi qm̄ exau. me. Chry. Hoc ē: nihil est cōtrariū mei ad te. Nō aūt ostēdit ꝙ ipse nō potuit. vel ꝙ minor sit patre: q꞉ hoc et amicis dicit̄ ⁊ honore equalibus. Ut aūt ondat qm̄ non indiget oratiōe: subiūgit. Ego autē scie. qm̄ semꝑ me au. q. d. Ad hoc ꝙ fiat voluntas mea: nō indigeo orōne. ad hoc ꝙ tibi suadeā. vna eñ est nostra voluntas. hoc aūt obūbrate dicit ꝓpter auditorū imbecillitatez. Deus eñ nō ita dignitatē suā respicit: vt ad salutē nostrā: ꝓpterea excelsa quidē ⁊ magna: pauca et ipsa occultata: hūilia vero multa circunfluunt eius sermonibus. Hyla. iiij. de tri. Nō igit̄ ꝑce eguit. nobis orauit: ne filius ignoraret̄. vñ subdit̄. Sed propter pplm̄ q̄ circunstat dixi vt credāt: q꞉ tu me misisti. Cū eñ sibi nō ꝓficeret deprecatiōis ꝭmo: ad ꝓfectū tñ nr̄e fidei loquebat̄. Non inops ergo auxilij est: sed nos sum⁹ inopes doctrīe. Chry. Nō aūt dixit vt credant qm̄ minor sum: qm̄ sine orōne nō possuz facere: sȝ qm̄ tu me misisti. Nō dixit: misisti me ībecillē: seruitutē recognoscētē: a meipso nihil facietē: sed me misisti: vt nō deo cōtrariū estiment: nec dicāt. Nō est ex deo: ⁊ vt ondā ꝭm tuā volūtatē op⁹ hoc fieri. Augu. de ver. do. Uenit āt xp̄s ad monumentū in quo lazarus dormiebat: et nō tā᷈ mortuū sȝ tā᷈ sanū: tan᷈ viuum tan᷈ audire paratū: de sepulchro ꝓtinus vocauit. vñ sequit̄. Hec cum dixisset: voce magna clamauit. Lazare veni foras.

Nota verba. Jō dicit nomē: ne oēs mortui cogerent̄ exire. Chry. Nō aūt dixit. Surge tu: sed veni foras. vt viuēti loq̄ns ei q̄ mortu⁹ fuerat. Propter qꝺ nō dixit. In nōie p̄ris veni foras: aut resuscita eū pater. Sed hec oīa dimittens postq̄ orātis formā acceperat ꝑ res auctoritatē ostendit: qm̄ ⁊ hoc sapientie sue est per verba quidem condescensionē: per res vero ostendere potestatē. Theo. Alta vero saluatoris vox que lazaꝝ suscitauit: indiciū est tube magne sonature ī cōi resurrectione. Altius etiam clamauit vt gentilium ora refrenet fabulātiū in tumulis esse aīas defunctorū. nā quasi foras manentē eā aduocat per clamorē. Sicut aūt vniuersalis resurrectio in ictu oculorū ꝓueniet: sic ⁊ h̄ resurrectio singularis: ⁊ ideo sequit̄. Et statim ꝓdijt q̄ mor. fue. lig. ma. ⁊ pe. insti. ⁊ fa. ei⁹ fuerat ligata. Jā mancipat̄ effectui qꝺ dx. Uenit hora cū audiēt defuncti vocē filij dei: ⁊ q̄ audierint viuēt. Orige. Nā vox elata ⁊ clamor nō incōuenienter dicet̄ excitasse illū: ⁊ sic adīpletū est qꝺ dixerat. Uado vt excitē eū. Sȝ et pater qui filiū orantē exaudiuit suscitauit lazarū: vt sic resurrectio lazari cōe opus sit filij orantis ⁊ patris exaudientis. Sicut eniȝ pater suscitat mortuos ⁊ viuificat: sic et filius quos vult viuificat. Chry. Exijt autem ligatus: vt non putaretur esse phantasma. Sȝ ⁊ hoc ꝙ exibat ligatus non minus videbatur esse q̄ resuscitare. Sequitur. Dicit eis iesus. sol. eum. Ut videlicet tangentes ⁊ ei appropinquātes videant: q꞉ vere est ille. Sequitur. Et sinite abire: et hoc propter humilitatem. non enim ducit eum: neq̄ iubet secum ambulare ad sui demonstrationem Origenes. Dixerat autem supra dominus propter populum qui circunstat dixi vt credant: quia tu me misisti: nullo autem eorum credentem hoc dixisset: velut aliquis hominuȝ inscius futurorum. vnde ad hoc remouendum subdit̄. Multi er. ex iu. qui ve. ad mariā ⁊ mar. ⁊ vide. q̄ fecit: credi. in eū. Quidā aūt ex ipsis abierūt ad phariseos ⁊ dixerūt eis que fecit iesus. Continet quid ambiguū sermo ꝓsens: verū q̄ iuerunt

ad phariseos fuerũt ex illis multis
qui crediderant proponentes conci=
liari christo hostiliter se habentes
ad eum. Uel alij a credentib⁹ irrita
re volentes inuidũ phariseorum ze=
lũ in ipsum: ⁊ videtur mihi hoc ma=
gis euangelistam exprimere velle.
multos el· dixit qui per hoc quod vi
derunt crediderunt: veluti paucis
existẽtibus alijs de quibus subdit.
Quidam aũt ⁊c. Augu. li. lxxxiij. q.
Quãq̃ autem ſm euãgeliste hysto=
riam resuscitatũ lazarum plena fi=
de teneam⁹: tñ in allegoria aliquid
significare non dubito. neq̃ cuz res
facte allegorizantur geste rei fidem
amittunt. Augu. super ioã. Omnis
quidem qui peccat moritur: sed de⁹
magna misericordia animas susci=
tat: ne moriantur in eternum. In=
telligimus ergo tres mortuos quos
in corporibus suscitauit aliquid si=
gnificare de resurrectionib⁹ anima=
rum. Grego. iiij. mora. Puellã enim
in domo mulierem extra portam: in
sepulchro autem lazarum suscitat.
Adhuc quippe in domo mortuus ia
cet qui iacet in peccato. Jam quasi
extra portam ducitur cuius iniqui=
tas vsq̃ ad inuerecundiam publice
perpetrationis operatur. Aug. Uel
intus est mors: qñ cogitatuz malum
nondum processit in factum. Si au=
tẽ ipsum malũ fecisti: quasi mortuũ
extra portã extulisti. Gre. Sepultus
re vero aggere premitur: qui in per
petratione nequitie etiam vsu con=
suetudinis pressus grauatur: sz hos
plerũq̃ diuina gratia respect⁹ sui
lumie illustrat. Aug. li. lxxxiij. que.
Uel accipiamus lazarum in monu=
mẽto animã terrenis peccatis obru
tam. Augu. super ioan. Et tamẽ la=
zarum dñs amabat. si enim peccato
res nõ amaret: de celo ad terras nõ
descenderet. Bene aũt de illo q̃ pec=
care consueuerat dicitur. Fetet inci
pit enim habere pessimã famã tãq̃
odorẽ teterrimũ. Augu. li. lxxxiij. q.
Recte etiaz dicit. Quatriduanus est
vltimũ enim elementorum terra est.
significat enim puteum terrenorum

Tropologica expositio.

peccatorum. i. cupiditatum carna=
lium. Augu. super ioã. Fremuit aũt
dñs: lachrymauit: voce magna cla=
mauit: qz difficile surgit quẽ moles
consuetudinis ꝓmit. Turbat semet=
ipsum christus: vt tibi significet quo
modo tu turbari debeas: cum tanta
mole peccati grauaris ⁊ premeris.
Fides enim hominis sibi displicen=
tis fremere debet i accusatione ma=
lorum operum: vt violentie peniten
tis cedat consuetudo peccandi. Qñ
dicis illud feci: ⁊ pepercit mihi de⁹:
euangeliũ audiui ⁊ contẽpsi. Quid
facio? Jam fremit christus: qz fides
fremit: in voce frementis apparet
spes resurgentis. Greg. xxij. mo. Di
citur autẽ lazaro. Ueni foras: vt ab
excusatione ⁊ occultatiõe peccati ad
accusationem suã ore proprio exire
prouocetur: vt qui intra conscientiã
suam absconsus iacet per nequitiã:
a semetipso foras exeat ꝑ confessio=
nem. Aug. li. lxxxiij. que. Qđ autem
lazarus exijt de monumento: animã
significat recedentẽ a carnalibus vi
tijs ꝙ vero institis obuolutus: hoc
est ꝙ etiã a carnalibus recedentes ⁊
mente seruientes legi dei: adhuc tñ
in corpore ↄstituti: alieni a molestijs
carnis esse non possumus. ꝙ autem
facies ei⁹ sudario tecta erat: hoc est
ꝙ in hac vita plenã cognitionez ha=
bere non possumus: ꝙ autem dicit.
Soluite eum ⁊ sinite abire. hoc est
ꝙ post hanc vitã auferuntur omnia
velamina vt facie ad faciem videa=
mus. Augu. super ioan. Uel aliter.
Quando cõtemnis mortuus iaces.

Forma penitentie.

qñ cõfiteris: procedis. Quid est eniz
procedere nisi ab occultis velut exeũ
do manifestari? Sed vt confitearis
deus facit: magna voce clamando. i.
magna gratia vocando. Mortu⁹ au
tem procedens adhuc ligatus est: cõ
fitens adhuc reus vt autem soluerẽ
tur peccata eius ministris hoc dixit.
Soluite eũ ⁊ sinite abire: qđ ẽ. Que
solueritis super terrã erunt soluta ⁊
in celis. Alcui. Christ⁹ ergo suscitat:
quia interius per seipsum viuificat.
Soluunt discipuli: qz per ministeriũ

sacerdotij absoluuntur viuificati. Beda. Per eos aūt q̄ pharisei annunciauerunt significantur nōnulli q̄ videntes bona seruorū dei opa odijs insequūt ⁊ infamare conātur.

¶ Collegerunt ergo pōtifices ⁊ pharisei concilium ⁊ dicebāt. Quid facimus? Quia hic homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic: oēs credent in eum. Et venient romani et tollent nostrum locum ⁊ gentem. Unus autem ex ipsis cayphas nomine: cum esset pontifex anni illius dixit eis. Uos nescitis quicq̄ nec cogitatis: q̄ expedit vobis vt vnus moriatur hō pro populo: ⁊ non tota gens pereat. Hoc autē a semetipso nō dixit: sed cum esset pontifex anni illius prophetauit: q̄ Jesus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gente: sed vt filios dei qui erant dispersi congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

¶ Theo. Decebat admirari ac extollere eum qui talia peragebat miracula: ipsi vero potius consiliātur illum occidere. vnde dicitur. Collegerunt ergo ponti. ⁊ pha. concilium aduersus ie. ⁊ dicebant. Quid facimus? Augu. Nec tamen dicebant. Credimus. Plus eni3 perditi homines cogitabant quomodo nocerent ⁊ perderēt q̄ quomō sibi cōsulerent ne perirent: ⁊ tñ timebāt ⁊ quasi consulebāt. Dicebāt ēm. Quid facimus? q̄ hic hō multa signa facit. Chryso. Hominē eū adhuc vocāt: qui tanta3 susceperūt ei⁹ deitatis demōstrationē. Orige. Est aūt p ea q̄ dicūtur ab ipsis cōsiderare eo⁊ insipientiam ⁊
Cecitas cecitatē. Insipientiā q̄ppe q̄ testifi-
iudeorū cabantur illū ⁊ multa fecisse miracula: ⁊ tñ estimabāt se posse aduersus eū emulari. velut non posset ip se aduersus eo⁊ emulationes. Cecitatis autem hoc ipsum erat ad facientem eni3 tot miracula pertinebat vt se ab eorum insidijs eximeret: nisi forte crederent q̄ signa fecit: et putabant ea non fieri diuina virtute. Hi quidē igitur deliberabant nō dimittere ipsum: opinantes se p hoc esse impedimento volentibus credere in eū. ⁊ romanis ne eis auferrent terrā ⁊ gētē. vñ sequitur. Si dimittimus eū sic: oēs credent in eum ⁊ veni. roma. ⁊ tol. locū nostrū ⁊ gentem. Chry. Hoc dicentes populū volūt cōcutere vt periclitandū ex suspitione tyrannidis. q. d. Si romani viderint eum turbas ducētē. suspicabuntur nos in tyrannidem velle cōsurgere ⁊ destruent nostrā ciuitatē. sed fictio erat que dicebantur. Quid enim demōstrabat tale? armigeros circūferebat ⁊ equitaturas trahebat? Nō ne deserta psequebat. Sed vt nō putētur ob passionē suā hoc dicere: totā ciuitatē periclitari dicūt. Aug. Uel timuerūt ne si oēs in xp̄m crederent nemo remaneretq̄ aduersus romanos ciuitatē dei tēplūq̄ defenderet: quoniā contra ipsum tēplū ⁊ contra suas paternas leges doctrinā xp̄i eē sentiebāt. tēporalia ḡ pdere timuerūt ⁊ vitā eternā nō cogitauerūt. nā ⁊ romani post dñi passionē ⁊ glorificationem tulerūt eis ⁊ locū ⁊ gentē expugnando ⁊ transferendo. Orige. Sed ⁊ sm anagogē locū eorū qui ex circūcisione sunt gentes occupauerūt: q̄ p eorum casum salus gētib⁹ euenit. Anagogica expositio.
loco enim gentiū romani ponuntur. ex regnantibus: qui regno suberant nuncupatis. Gens etiā ab eis sublata est: q̄ qui fuit popul⁹ dei fact⁹ est non popul⁹. Chry. Cū autem illi hesitabāt: ⁊ non in ordine cōsilij proponebant dicentes: quid facim⁹ vnus inuerecunde ⁊ cū crudelitate clamauit. vnde sequitur: vnus aūt ex ip̄is cayphas no. cum esset ponti. anni illius. Augu. Mouere pōt quomodo dicat pontifex ān̄i illi⁹: cū dñs constituerit vnum summū sacerdotē: cui

mortuo vnus succederet. Sed intel=
ligendū est per ambitiones ꝛ contē=
tiones inter iudeos postea constitu
tum esse plures fore pontifices: q̄ p
annos singulos vicibus ministra=
rēt: ꝛ forte etiā ī vnū ānū plēs admi=
nistrabāt: q̄b⁹ alio āno alij succede=
bant. Alcui. Nam de hoc caypha io
seph⁹ refert ꝙ ꝑcio sibi sacerdotiū
vnius āni redemerit. Orige. Incre=
patur autem cayphe prauitas i hoc
ꝙ dicitur. Pontifex anni illius: quo
scȝ noster saluator exercuit ministe=
rium passionis: ꝛ tamen cū esset pon
tifex anni illius dixit eis. Uos nesci
tis quicꝗ̄: neqꝫ cogitatis: qꝛ expe.
vo. vt vnus moriatur hō pro popu.
ꝛ non tota gens pereat. q. d. Uos se
deus ꝛ adhuc segnius rē attēditis:
sed attendatis vni⁹ hominis salutē
pro cōmuni republica oportere cōtē
nere. Theo. Hoc autē ipse quidem
praua dixit intentione: tn̄ spūssancti
gratia ore ei⁹ vsa est ad futuri presa
giū. vnde subditur. Hoc au. a semet
ipso nō dixit: sed cū esset pon. anni il
lius prophetauit: qꝛ iesus moritur⁹
erat p gente. Orige. Non quicunqꝫ
Gratia prophetie caipha — pphetizat propheta est: sicut nō qui
cūqꝫ ius prosequitur iustus est: sicut
q̄ facit aliquod opus pp humanam
gloriam. Cayphas ergo propheta=
uit quidē: nec tamen erat propheta
sicut ꝛ balaā. Audebit aūt quis dice
re ꝙ nō p spm̄sctm̄ cayphas prophe
tauerit. qꝛ etiā spūs maligni est atte
stari iesu ꝛ pphetare p eo. iuxta illō
qō dicitur. Nouim⁹ te ꝙ sis sanctus
dei. nam eius intētionis est nō fide=
les auditores efficere: sꝫ incitare in
pretorio cōsidētes aduersus iesum:
vt eū perimerent. deīde qō dicit. Expe
dit vobis: qō ps ei⁹ pphetie fuit: di
cit verū vel mētitur. Nā si verum di
cit: saluant̄ hi q̄ in ꝑtorio aduersus
iesum nitunt̄: mortuo iesu p populo
ꝛ pertingūt ad id quod expedit. Qō
si incōueniens est: manifestū ꝙ non
fuit spūssctūs q̄ dedit hec proferri:
qꝛ spūssctūs nō mētitur. Si autē q̄s
velit veridicū ꝛ in hoc esse caypham:
cōcederet illi ꝙ gratia dei p oib⁹ gu

stet mortē: ꝛ ꝙ est saluator oīm hoīm
maxime fideliū. fatebitur etiā cūcta
q̄ sunt in hoc loco pphetiā eē veridi
cam: incipiēdo ab illo. Uos nihil sci
tis. Nihil eīm nouerāt q̄ iesum igno
rabant esse veritatē: sapientiā: iusti
ciā ꝛ pacē. Et ꝙ ipsis quoqꝫ erat ex
pediens: vt hic vn⁹ incōtū est hō mo
riatur pro populo. non eīm incōtum
est imago inuisibilis dei est suscepti
bilis mortis. Pro populo aūt obijt:
velut potens toti⁹ orbis culpā in se
ipsuȝ retorquēs dissipare ac delere.
Ex hoc vero ꝙ di. Hoc aūt a semet
ipō nō dixit: docemur ꝙ aliqua nos
homines p nos dicim⁹: nulla inducē
te virtute ad pferendū. quedā vero
suadente nobis quadā virtute: etsi
nō integre exprimamus: ꝛ sic ꝯnr di
sponantur ad ea insectātes ea que
dicimus: sed non intentionem dicto
rum velut cayphas ex se nihil ꝯtu=
lit: nec dixit intentionē qꝛ pphetiam
dicti nō accipiebat. Sꝫ etiā apō pau
lū q̄dam legisperiti sunt nō itelligē=
tes nec ea q̄ proferunt̄. Aug. Hic do=
cemur etiā hoīes malos pphetie spi
ritu futura pdicere: qō tn̄ euangeli=
sta diuino attribuit sacramento: qꝛ
pōtifex fuit. i. summ⁹ sacerdos. Chry
so. Uide aūt quanta spūalis virt⁹ est
a mente eīm mala valuit verba pro=
ferre pphetie. Uide etiā quanta est
pontificalis virt⁹ potestatis: pōtifex
eīm effect⁹ etsi indign⁹ existens. tn̄ p — Priuilegiū pontificale.
phetauit nesciēs qd diceret ore eīm
solū vsa est gratia: cōtaminatū autē
cor nō tetigit. Aug. Cayphas igitur
de sola gente iudeorū pphetauit in
qua erāt oues de quib⁹ ait ipe dns.
Nō sum missus nisi ad oues q̄ perierūt
dom⁹ israel. sed nouerat euāgelista
alias esse oues que nō erant de hoc
ouili: quas oportebat adduci. ꝛ ideo
addidit. Et non tm̄ pro gente: sed vt
filios dei q̄ erant dispsi congregaret
in vnū. Hec aūt sm̄ pdestinationem
dicta sunt: nam neqꝫ oues ei⁹ neqꝫ fi
lij dei adhuc erant. Grego. vj. mora.
Persecutores igitur pegerunt hoc
quod perniciose moliti sunt: intule=
runt mortē; vt ab eo abscinderent

fidelium deuotionem: sed fides inde creuit. vnde se hanc extinguere infidelium crudelitas credidit. Nō eni ad pietatis sue obsequium redegit: quod contra illum humana crudelitas extorsit. Orige. Concitati autē ad iram ex verbis cayphe: taxauerunt vt occiderent dominum. vnde sequitur. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerent eū. Et quidem si nō spiritu sancto cayphas prophetauerat: alius spiritus fuit qui valuit et per impium loqui: et sibi pares ad uersus christum incitare. Qui autē vult respondere pro spiritu sancto: dicet q sicut sacrarum intentionem scripturarum ad vtilitatem prolatā: aliqui praue suscipiunt ad cōstituendam enormē disciplinā: sic editā pro saluatore prophetiā veridicam: non dubito mō percipientes consiliati sūt vt interficerēt xpm. Chri. Querebāt quidē prius et eū interficere: nūc autē sniaz firmauerūt.

Iesus ergo iam non in palā ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionē iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem: et ibi morabatur cum discipulis suis. Proximū aūt erat pascha iudeorum: et ascenderunt multi hierosolymam de regione ante pascha vt sanctificarēt seipsos. Querebant ergo iesum: et colloquebantur adinuicē in templo stantes. Quid putatis: qr non venit ad diē festū istū? Dederāt autem pōtifices et pharisei mā datū: vt si quis cognouerit vbi sit indicet: vt apprehēdāt eum.

Orige. Cum concilium congregauerunt pontifices et pharisei vt occiderent iesum ipse cautius se obseruans: non vltra cum fiducia conuersabatur cum iudeis: sed neq ad aliā ciuitatē abijt populatam ad quandam remotam. vnde dicitur. Iesus ergo iam non in palam ambulabat apud iudeos: sed abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatem que dicitur effrem. Aug. Non qr potentia eius defecerat: in qua si vellet palam cum iudeis conuersaretur: et nihil ei facerent: sed exemplum discipulis demonstrauit: quo appareret nō eē peccatum si fideles eius oculis persequentiū se subtraherent: et furorem sceleratorum latendo potius euitarent: q se ostendendo magis accenderent. Orige. Honestum nāq est imminente agone cōfitenti iesum non euitare cōfessionē: nec recusare subire mortē gratia veritatis: nec minus honestū est non tradere occasionem tante tētationi nō solū propter incertitudinē euentus futuri: sed ne nos occasionē existemus vt alij magis impij ac noxij fiant. nā si quis facit vt ... q materia criminis luet pen... persecutorē non declināns: non et... consequentis delicto dabit respōsum.

Non solus autē dñs illic iuit: immo vt nullā daret causam querenti eū: discipulos etiā secū duxit. vnde sequitur. Et ibi morabat cum discipulis suis. Chryso. Qualiter putas turbatos discipulos humane videntes eū saluatū? Ipsi autem quando oēs letabantur et festa celebrabāt: tunc occultantur: et in periculis sunt: sed tū permanebāt cū eo sm illud. Vos estis qui permansistis mecū in tētationibus meis. Orige. Quo ad anagogiā vo dicatur q iesus dudū cū fiducia ambulabat inter iudeos: cū verbum diuinū per prophetas in ipsis conuersabatur: sed abijt illuc: nec est verbum dei inter iudeos. Accessit: aūt ad villā que est prope desertū: de qua dicit. Multi filij deserte: magis q eius que habet virum. Villa aūt ēt effrem: que interpretatur fertilitas. Fuit aūt effraim frater manasse senioris populi obliuioni traditi. post populū eni obliuioni datum pretermissum prodijt ex gentibus abundantia. Discedens ergo a iudeis dñs: venit in terrā totius orbis prope desertam ecclesiam. que citur ciuitas fecunda: et ibi moratur cum discipulis vsq nunc. Augustinus. Ille autem qui de celo venerat pati: propinquare vo

Dispensatio christi.

Anagogica expositio.


luit loco passiōis:qr imminebat ho
ra passionis.vnde sequitur. Proxi
mū aūt erat pascha iudeorū. Habe
bant iudei pascha in vmbra: nos i
luce.sanguine occisi pecoris iudeo
rum postes signati sunt: sanguine
xp̄i frontes nostre signantur. Illū
diem festum iudei cruentum habe=
ri domini sanguine voluerunt.illo
die festo occisus est agnus qui eun
dem diem festum suo sanguine cō
secrauit. Mādatū aūt erat in lege
iudeis vt die festo quo pascha erat
omnes vndiqꝫ conuenirent:⁊ illius
diei celebratione sanctificarentur.
vnde sequitur. Et ascenderūt mul=
ti hieroso.de regione ante pascha
vt sanctificarēt seipsos. Theo. Ascē
derunt autem ante pascha vt pur
garentur quoniam quicunqꝫ pecca
uerant inuiti vel spontanei pascha
non celebrabant nisi prius expiarē
tur vt moris erat balneationibus

Moral. doctria

⁊ ieiunus ac rasura:quinetiā quas
dam deputatas oblationes offerē=
do. Hi ergo expiationem celebran
tes:insidiantur domino.vnde seq=
tur. Querebant ergo iesum ⁊ collo
quebantur adinuicem in templo
stantes:quid putatis:quia non ve=
nit ad diem festum? Chrysostom⁹.
Insidiabantur ei: ⁊ tempus festi
tempus faciebant occisionis. Ori=
ge. Et propter hoc nō dixit. Pascha
domini:sed Judeorum.nam salua
tor in illo patiebatur insidias. Al=
cui. Illi ergo querebant iesum nō

Quō ie sus qrē das.

bene.nos autem queramus eū stā=
tes in templo dei:mutuo nos con=
solando et exorando vt veniat ad
diem festum nostrum:et sua presen
tia nos sanctificet. Theo. Sed si ta
lia solum vulgus perageret videre
tur vtiqꝫ passio ex imperitia pgre
di. Sed etiā pharisei precipiunt vt
capiatur.vnde sequitur. Dederāt
enim pōtifices et pharisei mādatū
vt si quis cognouerit vbi sit: indicet
vt apprehendat eum. Orige. Et at
tende ꝙ ignorabāt vbi est. ostēsum
est enim eum discessisse. Dices etiā
quoniā insidiantes iesu ignora=
bant vbi sit propter quod dederūt
alia ꝙ̄ diuina mandata docentes
disciplinas et mandata hominuꝫ.
Augu. Nos autem indicemus mo
do iudeis vbi sit vtinā velint audi
re et apprehendere. Cap. xij.



Iesus ergo ante
sex dies pasche ve
nit bethaniaꝫ: vbi
lazar⁹ fuerat mor=
tuus quem suscita
uit iesus. Fecerunt auteꝫ ei ce
nam ibi ⁊ martha ministrabat:
lazarus vero vn⁹ erat ex discū
bētibus cum eo. Maria ergo
accepit libram vnguenti nar=
di pistici p̄ciosi et vnxit pedes
iesu et extersit pedes eius ca=
pillis suis et domus impleta
est ex odore vnguenti. Dixit er
go vn⁹ ex discipulis ei⁹ iudas
scariothis qui erat euꝫ tradi=
turus. Quare hoc vnguentuꝫ
nō venditur trecentis denarijs
ēt datum eū egenis? Dixit autē
hoc non quia de egenis perti=
nebat ad euꝫ:sed quia fur erat
qd erat: quicquid ei' negauit: christũ negauit. Siquidem dubitare nephas est: christus hoc dixit: verũq; predixit: proculdubio petrus christũ negauit. Non accusemus christum cũ defendimus petrũ. agnouit plane petrum suum infirmitas petri. Et quantũ mali christũ negãdo cõmiserit: plorãdo monstrauit. neq; nos cũ ita diximus primũ apl'orum accusare delectat: sed hunc intuẽdo admoneri nos op; ne homo quisq; de humanis virib' fidat. Beda. Resipiscẽdi nihilominus vnusquisq; si in lapsum cõuerterit: exemplũ capiat: ne desperet: sed incunctãter veniã se posse promereri credat. Chrys. Unde manifestũ est qm̃ & casum petri dñs cõcessit. nã poterat quidem & a principio reuocare: sed q; permanebat in vehemẽtia: ipse quidẽ nõ impulit ad negationẽ: s; dimisit desertũ: vt discat propriã imbecillitatẽ: & vt post hec talia nõ patiat: cũ orbis terrarum dispensationẽ susceperit: s; reminiscẽs eorum que passus est: cognoscat seipsum. Aug. In anima itaq; cõtigit petri qd offerebat in corpore: s; aliter q; putabat. nã ante mortem & resurrectionem dñi & mortuus est negando: & reuixit plorando. Aug. de con. euã. Hoc aũt de predicta negatiõe sua petro nõ solum ioannes: sed & ceteri tres cõmemorant nõ sane oẽs ex vna eadẽq; occasione sermonis ad eam cõmemorandã venerũt. nã mattheus & marcus eam subnectũt postq; dñs egressus est ex illa domo vbi manducauerat pasca. lucas vo & ioannes anteq; inde esset egressus. Sed facile possumus intelligere: aut illos duos eam recapitulãdo posuisse: aut istos preoccupando: nisi magis moueret q; tã diuersa nõ tm̃ verba: sed etiam sententias dñi premittũt: q' ib' permotus petrus illam presumptionem proferret pro dño vel cum domino moriendi: vt magis cogant intelligi ter eum expressisse presumptionem

Concentus euãgelicus.

suam diuersis locis sermonis christi: & ter illi a domino responsum q; eum esset ante galli cantum ter negaturus. Cap. xiiij.



Et ait discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis i deũ: & in me credite. In domo pr̃is mei mansiões multe sunt. Si quo minus dixissem vobis: q; vado parare vobis locum. Et si abiero & preparauero vobis locum: iterum venio & accipio vos ad meipsum: vt vbi sum ego & vos sitis. Et quo ego vado scitis & viam scitis.

Aug. Ne discipuli mortẽ christi tanq; hoies timerẽt: & ideo turbarentur: consolat eos etiã deũ se eẽ cõtestãs. vnde dicit. Et ait dis. suis. Non turbet cor vestrũ: etc. in deũ & in me etc. q. d. Consequens est si in deũ creditis vt in me credere debeatis: qd nõ esset cõsequens si christus nõ esset deus. Mortẽ metuitis huic forme serui: non turbetur cor vestrũ: suscitabit illam forma dei. Chry. Ea etiã q̃ in me est fides & in patrẽ qui genuit: potentior est his que superuenerũt: & nihil cõtra eam pôt preualere difficilium: hoc etiam modo diuinitatis virtutẽ oñdit: q; ea que in mente habebant ducit in mediũ dicens. nõ turbet cor vrm. Aug. Quia igit etiã sibi metuebãt discipuli cũ petro dictũ esset fidentiori atq; promptiori. Nõ cantabit gallus, donec ter me neges. subiunxit. In domo patris mei mã. multe sunt. Per qd a turbatione recreantur ceteri ac fidẽtes etiã post pericula tentationũ: se apud deum cum christo esse mãsuros: q; si alius est alio fortior: sapientior: iustior: sanctior: null' alienabit ab illa domo:

Mãsiones varie parati.

vbi mansionē p suo quisq; acceptu rus est merito. Denarius quidē ille equalis est oibus qui paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari. Quo vtiq; denario vita significat eterna: vbi amplius alio nemo viuit: qm viuēdi nō est diuersitas in eternitate mansura: sed multe mãsiones diuersas meritorū in vna vita eterna significãt dignitates. Grego. sup ezechielē. Uel hac rōne ɔueniūt mansiones multe: cū vno denario: qz et si alter minus atq; alius amplius exultat: oēs tamē vnū gaudiū ɔditoris sui visione letificat. Aug. Atq; ita deus erit oia in oibus: vt qm deus charitas est: p charitatē fiat: vt qd hnt singuli: cōmune sit oibus. Sic em̄ quisq; etiā ipse habet cū amat in altero qd ipe nō habet. nō em̄ erit ita aliqua inuidia imparis claritatis. qm regnabit in oibus vnitas charitatis. Grego. vlt. mora. Eiusdē etiā disparilitatis damna nō sentiunt: qz tm̄ sibi vnusquisq; quãtū percepit sufficit. Aug. Respuendi autē sunt a corde christiano: qui putãt ideo dictū multas esse mansiones: qz extra regnū celorū erit aliqd vbi beate maneãt innocētes. cū sine baptismo ex hac vita emigrauerint: sine quo i regnū celorū intrare non pōt. absit aūt vt cū omnis domus regnantiū filiorū non sit alibi nisi in regno: ipsius regie domus pars aliqua nō sit in regno. nō em̄ ait dominus. In beatitudine sempiterna mãsiões multe sunt: sz in domo patris mei. Chry. Uel aliter ɔtinua. Quia dominus supra dixerat petro. Quo ego vado nō potes me sequi modo: sequeris aūt postea: ne existimēt soli petro hanc promissionē esse datā: dixit. In do. pa. mei man. mul. sunt. Hoc est: et vos regio illa suscipiet qͣ et petrū. copia em̄ est ibi multa mansionū. et nō est dicere: quoniã pparatiōe indigent. Et ppter hoc subdit. Si quo minus dixi. vo. qz va. pa. vo. locum. August. Ubi satis ostendit ideo se hoc illis nō dixisse: qz iaz ibi mãsiones multe sunt: et nō est opus illi aliquã preparare. Chry. Quia ãt dixerat. Nō poteris me modo seq: vt nō existiment se ab eo finaliter abscisos esse subiungit. Et si abie. et prepara. vo. lo. iterū ve. et acci. vos ad meipsum: vt vbi ego sum et vos sitis. Et quo ostdit q oportet eos vehemēter ɔfidere. Theophi. Ac si dicat vtrūq;. Uos turbari nō opz siue parate sint: siue non. Nam et si parate non sint: ego cū omni solertia preparo vobis illas. August. Sed quō vadit et parat locū: si iam mansiones multe sunt? sed nondū sunt sicut parãde sunt. Easdē enim mãsiones quas predestinãdo preparauit: preparat operãdo. Iã ergo sunt in pdestinatiōe: si quo minus dixisset. Ibo et pparabo: hoc est predestinabo: sz qz nondū sunt in operatione dicit. Et si abiero et pparauero vobis locum. Parat aūt mōdo mansiones mansionibus preparando mansores. Quippe cū dixit. In domo patris mei mãsiones multe sunt. Quid putamus esse domū dei: nisi templum dei? de quo apostolus dicit. Templū dei sanctū est: quod estis vos. Hec ergo domus dei adhuc edificatur: adhuc preparatur. Sed qũd est quod vt prepararet abijt: cum nosipsos pparet qd nō faciet si reliquerit. Sed illud significat: qz vt pareret iste mansiões viuere debet iustus ex fide. si autē vides: nō est fides. Eat ergo ne videat: lateat vt credatur. Tunc em̄ locus paratur: si ex fide viuit: credatur desideret: vt desideratus habeatur. si bene intelligendo nec vsq; vadis: nec vnde venis recedis. va dit ergo latendo: venit apparēdo. Sed nisi maneat regendo vt proficiamus bene viuendo: nō parabitur locus vbi possimus permanere fruēdo. Alcui. Dicat ergo. Si abiero. per carnis absentiam. Iterū ve-

Charitas patrie describit.

Predestinatio mansionum.

Fidei efficacia

niam per diuinitatis presentiã. vel iterum veniã iudicare viuos et mortuos. Et quia sciebat eos interrogaturos quo iret: vel per quam viam iret subiũgit. Et quo ego vado scitis. s. ad patrem. Et viã scitis. s. per meipsum. Chry. Hoc autem dicẽs desideriũ qđ in eorum mente erat ostẽdit. et dat eis de siderium interrogãdi.

¶ Dicit ei Thomas. Domine nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viã scire? Dicit ei Jesus. Ego sum via et veritas et vita: Nemo venit ad patrem nisi per me. Si cognouissetis me et patrem meum vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo cognoscetis eum: et vidistis eum.

¶ Chry. Si iudei volentes a christo separari querebant quo iturus esset: multo magis discipuli nunqꝫ ab eo separari volẽtes: hoc discere cupiebant: et interrogant eũ ex multa dilectione et timore. et ideo dr. Dicit ei thomas. Dñe nescimus quo vadis. Et quõ possumus viã scire? Aug. Utrũqꝫ illos dñs dixerat scire: vtrũqꝫ dicit iste nescire. Sed nescit ille mentiri. ergo isti sciebant. et se scire nesciebãt. Conuincit ergo eos hoc scire. vnde subdit. Dicit ei iesus Ego sum via veritas et vita. Augu. de verbis domini. q. d. Qua vis ire? ego sum via: quo vis ire? ego sum veritas: vbi vis permanere? ego sum vita: veritatẽ et vitam omnis homo capit: sed viam nõ omnis inuenit. deũ esse quandam vitã eternam: veritatem stabilem etiam huius seculi philosophi viderunt. verbum ergo dei: qui apud patrem est veritas et vita assumendo hominem factum est via. Ambula per hominem: et peruenies ad deum. Melius enim est in via claudicare qꝫ preter viam fortiter ambulare. Hyla. vij. de trinitate. Non enim nos in erratica atqꝫ in inuia deducit ille qui

Deus ẽ veritas.

via est: neqꝫ illudit per falsa qui veritas est: neqꝫ in morte relinquit errore qui vita est. Theophi. Cum itaqꝫ actiui exerces: fit tibi christus via. Cum autem in contemplatiua perseueras: afficitur tibi veritas. Adiecta autem vita est actiuo et cõtemplatiuo. Decet enim ire et predicare pro futuro seculo. Aug. Sciebant ergo viam: quia sciebãt ipsum qui est via. Quid autem opus erat vt adderet veritas et vita: cum restaret nosse quo iret? quia ad veritatem ibat: et ad vitam? Ibat ergo ad seipsum per seipsum: sed nunquid o domine vt venires ad nos: reliqueras te? scio quidem qđ formam serui accepisti: et in carne venisti: manens vbi eras: et per hanc redisti: non relinquens quo veneras. Si ergo per hanc et venisti: et redisti: per hanc nobis non solum qua veniremus ad te: verum etiam tibi qua venires et redires via fuisti. cũ vero ad vitam quod es ipse isti: eandem carnem tuam de morte ad vitam duxisti: itaqꝫ dum caro de morte venit ad vitam: christus venit ad vitam. Et quia verbum est vita: christus venit ad seipsum: quoniã vtrũqꝫ est christus: vna persona: scilicet verbum caro. venerat etiam per carnem deus ad homines: veritas ad mẽdaces. Est enim deus verax: omnis autem homo mendax. Cum itaqꝫ se ab hominibus abstulit: atqꝫ illuc vbi nemo mentit: carnem suam leuauit: idẽ ipse qui verbũ caro factũ est: per seipsum. i. per carnẽ suam ad veritatem: quod est ipse remeauit: quã quidem veritatẽ christus inter mendaces etiam in morte seruauit. Ecce ego ipse si loquor vobis qđ intelligatis: quodãmodo ad vos procedo: nec me relinquo. Cum aũt taceo quodãmodo ad me redeo: et vobiscum maneo si tenueritis qđ audistis. Si hoc potest imago quã fecit deus: quid potest ex deo nata imago? Sic per hoc et ipse per seipsum

Exẽplo vie christi eũdẽ.

Exẽplum nature.

ipsum: ꝛ ad seipsum ꝛ ad patrē: ꝛ nos
per ipsum ꝛ ad ipsum ꝛ ad patrem
imus. Chry. Si em̄ d'rit. Ego sum
dn̄s ducendi ad pr̄em. omnino ve=
nietis illuc. neq; enī est possibile
alia venire via. Cum aūt supra di=
xerit. Ne. potest ve. ad mē nisi pa=
ter traxerit illū. Nunc dicens. Qm̄
nullus pōt ve. ad pa. nisi per me.
exequāt seipsū ei qui genuit. Qua
liter aūt dixerit. Quo vado sci. ꝛ viā
scitis. ostendit subdens. Si cog. me
ꝛ pa. meum vtiq; cognouissetis. q.
d. Si sciretis meā substātiā ꝛ digni
tatem: ꝛ eā que pr̄is est sciretis: no
uerant quidē eū: sed non ita vt opor
tebat: postea aūt spūs veniens: per
fectā in eis cōstruit cognitionē: ꝛ
ꝓpter hoc subdit. Amodo cogno=
scetis eum. Dicit autē eam que fin
mentē cognitionem. Et vidistis eū
s. per me: ostendens: qm̄ qui videt
eum ꝛ patrē videt. Uiderunt autē
eum: nō in nuda substātia sed carne
indutū. Beda. Sed querendū est
quō nunc dicat dn̄s. Si cognouisse
tis me ꝛc. cū premiserit supra. Quo
ego va. sci. ꝛ viam scitis. Datur er=
go intelligi q͛ quidā eoꝝ sciebant:
quidā vero nesciebant: quoꝝ vnus
erat Thomas. Hyla. vij. de trini.
Uel aliter continua. Cū iter ad pa
trem per filium sit: querendum est
verū hoc per doctrine admonitio
nem an per nature fidem sit. Intel
ligentie igitur sensū in consequen
tibus requiramus. nam sequitur.
Si cog. me: ꝛ patrem meū vtiq;
cognouissetis. In sacramento enim
assumpti corporis diuinitatis paterᵱ
ne naturam cōfirmans: hunc ordi=
nem tenuit. tempus autem visionis
separauit a tempore cognitionis.
nam quem cognoscendum ait: eun
dem iam dixit ꝛ visum: vt nature iā
pridem in se cōspecte scientiam ex
tempore nunc huius reuelationis
acaperent.

¶ Dicit ei philippus. Domi=
ne ostēde nobis patrē ꝛ sufficit
nobis. Dicit ei iesus. Tāto tē=
pore vobiscū sum: ꝛ nō cogno=
uistis me? Philippe qui videt
me videt ꝛ patrē. Quō tu di=
cis ostende nobis patrē? Non
credis q͛ ego in patre ꝛ pater
in me est? Uerba q̄ ego loquor
vobis a me ipo nō loquor. Pa
ter aūt in me manēs ipse facit
opera. Non creditis q͛ ego in
patre ꝛ pater in me est? Alio=
quin ꝓpter opera ipsa credite.
¶ Hyla. vij. de tri. Comouit aplm̄
philippū nouitas dictoꝝ. hō cernit:
dei se filiū ꝯfitet: cognito se cogno=
scēdū patrē fatet: p̄rē ꝛ visū eē dicit.
Prorupit igit aplica familiaritas
dn̄m iterrogās. vn̄ dr̄. Dicit ei phi=
lippus. Dn̄e ostē. no. pa. ꝛ suffi. no.
Nō visum negauit: sꝫ ostēdi sibi ro
gauit. neq; ostēsionē veluti corpalis
ꝯtēplatiōis ītuitū desiderauit: sꝫ de
monstrationē itelligēdi ei⁹ q̄ visus
ē postulauit. filiū em̄ in habitu hoīs
viderat: sꝫ quō per id patrē viderit
nescit. nā ꝛ ostensio illa intelligēdi
potius eēt demonstratio q̄ ꝯvidēdi.
subiecit: ꝛ sufficit nobis. Aug. j. de
trini. Illa enim leticia qua nos ad=
implebit cū vultu suo nihil amplius
requiretur. quod bene intellexerat
philippus: vt diceret. Dn̄e ostē. no.
pa. ꝛ suf. no. Sed nondū intellexe=
rat eo quoq; modo ad hꝫ se potuis
se dicere. Domine ostēde nobis te
ꝛ sufficit nobis. Ut enim hoc intelli
geret responsum est ei a dn̄o. vn̄ se
quitur. Dixit ei iesus. Tāto tēpore
vo. sum: ꝛ non cogno. me. Aug. sup
Jo. Sed quomō hoc dicit. cū ꝛ quo
iret scirēt: ꝛ viā scirent nō ob aliud
nisi q͛ ipm̄ scirēt? Sꝫ facile ista que=
stio soluit si dicamus q͛ cū aliq̄ coꝝ
sciebant. aliqui nesciebāt de quib⁹
erat philippus. Hyla. de trini. Ar=
guit ergo aplm̄ in cognoscendo se
ignorantē. cū em̄ ea que gereret ꝓ
pria deo eēnt calcar vndas: iubere

Questio pulchra

veris: pctā dimittere: mortuis vitā reddere: huic querele omnis orta cōquestio est: φ i homine assumpto dei nō intellecta natura ē. Et ideo postulāti vt sibi prēm osideret ait. Philip. q vi. me. vi. τ pa. Aug. Solemus em de simillimis duobus ita loqui. Uidistis illū. sic ergo dictum est. Qui vi. me: vi. τ pa. nō φ ipse sit pater τ filius: sed φ a pris similitudine i nullo prorsus discrepet fili⁹. Hyla. vij. de tri. Non aūt ille hic visum oculoꝝ carnaliū significat. non em hoc qd ex partu virginis carnale est: ad ɔtéplandā in eo dei formā τ imaginē pficit: sꝫ intellect⁹ dei filius id pstat: vt intellect⁹ τ pater sit. Dū ita imago est vt nō differat genere: sꝫ significet auctoritatē. nō em solitarium sermo significat τ indifferentē: tñ naturā pfessio docet. Cuꝫ em dr. Et prēm: Exclusa est singularis atqꝫ vnica intelligētia. Et qd reliquum est: nisi p nature vnicā similitudinē pr̄ p filiū visus sit. Aug. Sꝫ numqd obiurgādus est q cū similē viderat: etiā illū cui est similis vult videre? Sed ideo discipulū dñs arguebat: qm cor postulātis videbat. Tanqꝫ em melior eēt pr̄ qꝫ fili⁹: ita philippus patrē nosse cupiebat. τ ideo nec filiū sciebat: quo alium meliorē eē credebat. Ad hūc ergo sensum ɔtingendū dictum est. Nō credis qr ego in pr̄e τ pr̄ in me est. q. d. Si ad te multū est hoc videre: saltē qd nō vides crede. Hyla. Que em ignorādi prēm aut ostēdēdi ignorātibus nēcessitas relinquebat: cum pr̄ in filio visus eēt ex ppuetate nature: dum ex indifferentia vnitatis vnū sint natus τ generās: vt hic sermo domini sequeret. Non cre. quia ego in pa. τ pr̄ in me est. Aug. primo de tri. Uolebat em eum ex fide viuere: anteqꝫ illud posset videre: τ ideo dicit. Nō credis. Cōtēplatio quippe merces est fidei: cui mercedi p fidē corda mund⁹ ant. Hyla. vij. de tri. Pater aūt in illo est: τ filius in patre: non per duplicē cōuenientium generū coniunctionē: neqꝫ per insitā capacioris substātie naturā: qr per corporalē necessitatem exteriora fieri his quibus ɔtinent interiora nō pñt: sed per natiuitatē viuētis nature ex viuēte dū nō aliud ex deo qꝫ deus nascit. Hyla. vij. de tri. Naturā em suā: vt ita dicam: sequit indemutabilis deus indemutabilē gignens deū. Nec naturā suaꝫ deserit ex idemutabili deo indemutabilis dei pfecta natiuitas. Subsistentē igit in eo dei naturā intelligimus: cū in deo de⁹ sit: nec preter cū qui est deus quisqꝫ alius de⁹ sit. Chry. Uel aliter. Totū philippus hic corporeis oculis patrē volebat videre: qr τ ipsum filiuꝫ ita se existimabat vidisse: fortassis a pphetis audiēs: qm vidi dñm. τ ideo dixit. Ostēde nobis patrē. Etenim iudei interrogauerūt. Quis ē pater tu⁹? τ petrus τ thomas quo tret: τ nullus didicit manifeste. vt ergo nō videatur onerosus esse philippus: τ ipse interrogans: ostēde nobis patrē adiūgit. Et sufficit nobis. i. nihil plus querimus. dñs aūt non dixit ei Impossibile petis: sed ostēdit. qm neqꝫ ipsum filiū vidit. nā si hunc potuisset videre: τ illū vidisset. Et ideo dicit. Tāto tempore vo. sum. τ non cogno. me? philippe. Nō dixit. non vidistis me: sed nō cognouistis me. quātum ad hoc. s. φ fili⁹ hic manēs qd pater decēter in seipso ondit eū qui genuit. Deinde diuidēs hypostases ait: qui vi. me: vi. τ pa. ne qs dicat qd ipse est pater: ipse filius. Ondit aūt per hoc: qm neqꝫ filium visu corporeo vidit. Si autem aliquis hic visum cognitionem dicere velit: non cōtradico. q. d. qui cognouit me cognouit τ patrem: sed nō dixit hoc: sed ɔsubstantialitatē representare volens dixit. qui meaꝫ substantiam vidit: vidit τ eam que patris. Unde patet φ non est creatura. creaturam enim videntes deuꝫ nesciunt omnes.

Trinitas i vnitate essē tur.

Contēplatio ē merces fidei.

Ex creaturꝫ de⁹ nō perfecte videtur.

nesciunt omnes. Philippus etiam
substantiam patris videre quere-
bat. Si ergo alterius substantie
esset non diceret: qui videt me vi-
det et patrem: sed nec aliquis in ar
gento auri substantiam videre po
test. non enim alia per aliam appa
ret natura. Augu. Deinde non ad
solum philippum sed ad omnes plu
raliter loquitur dicens. Verba que
ego lo. vo. a meipso non loquor. qd
est. A meipso non loquor: nisi a me
ipse non sum qui loquor? et quip-
pe tribuit quod facit: de quo est
ipse qui facit. Hylarius. vij. trint.
Unde neqꝫ se filiũ denegauit nec na
turã in se paterne virtutis abscon
dit. nam dum loquitur ipse in substã
tia manens loquitur. dum aũt non a
se loquitur: natiuitatẽ in se dei a deo
testat. Chry. Vide ãt abũdãtẽ sup
vnius substãtie demõstrationẽ. nã
subdit. Pater aũt in me ma. ip. fa.
ope. q. d. Nequaqꝫ aliter facit pa-
ter et aliter ego: sicut et alibi ait. Si
nõ facio opera patris mei non cre
datis mihi. Sed quomodo a verbis
incipiens ad opera venit? Conue-
niens enim erat dicere. Ipse loquit
verba. Sed duo ponit de doctrina
et signis: aut quia verba opa erant
Augu. Nam qui proximũ loquen-
do edificat bonũ opus operat. In
Vere
ec due
collidũ-
ur.
his duabus sententijs diuersi no-
bis aduersant heretici. Arriani di
cunt. Ecce inequalis est patri filius
nõ a seipso loquitur. Dicunt sabel
liani. Ecce qui pater est ipse est fi-
lius. Quid est. Pater in me manẽs
ipse facit: nisi in me maneo ego q̃
facio? Hyla. vij. de tri. Sed mane-
re in filio patrẽ nõ ẽ singularis atqꝫ
vnici. operari vero per filiũ patrẽ
non est dignitatis aut extere: sicut non
vnius est non a se loqui qui loquit
neqꝫ rursus alieni ac separabilis
loqui per loquẽtẽ. Et quia in se patrẽ
loqui et operari docuerat: perfecte
huius vnitatis fidem statuit dicẽs.
Credite mihi quia ego in patre: et
pater in me est. ne scꝫ per virtutis
efficientiam: et non per nature: q̃

sm natiuitatẽ est: proprietatẽ pater
in filio et cooperari crederetur et lo-
qui. sic enim habetur in greco. No
stra littera habet. Non creditis
quia ego in patre et pater in me est
Augu. Antea solus philippus ar-
guebatur. Chry. Si vero non suffi
cit hoc ad ostendendum consubstã
tialitatem: saltem ab operibus dis-
scite. vnde subditur. Alioquin pro-
pter opera ipsa credite. Vidistis et
signa cum auctoritate: et omnia q̃
deitatis erãt propria: et que solus
pater operatur: peccata soluta mor
tem recedentem et huiusmodi. Au
gusti. Hoc ergo propter opera cre-
dite: quia ego in patre et pater in
me est. Neqꝫ enim si separati esse-
mus inseparabiliter operari vlla
ratione possemus.

Amen amẽ dico vobis qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet: et maiora horum faciet: quia ego ad patrẽ vado. Et quodcũqꝫ petieritis patrem in nomine meo hoc faciam vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis me in nõie meo hoc faciam.

Chry. Quia dominus dixerat: pro-
pter opera credite ostendens quo-
niã nõ hoc solũ põt: sed multo ma
iora: et quod est mirabilius alijs põt
dare adiunxit. Amen amẽ di. vo. q
cre. in me opera que ego fac. et ip.
fa. et ma. ho. fa. Aug. Sed que sũt
ista maiora? an forte quod egros ipsis
transeuntibus etiã corporis vmbra sa-
nabat? Maius est enim quod sanet vm
bra quam fimbria. verũtamẽ qñ ista di
cebat verborũ suorum facta et opera
cõmẽdabat. Cũ enim dixit. Pater in
me manens ipse facit opera: q̃ opa
tunc dicebat: nisi verba que loque
batur: et eorum verborum fructus
erat fides illorum? Verũtamen euã
gelizantibus discipulis non tã pau
ci quam illi erant: sed gentes etiam cre
diderunt. Nonne ab ore ipsius di

Mira-
cl'a apo
stolorũ
q̃bo ma
iora.

nes ille tristis abscessit: ꝛ tñ postea qd ab illo auditũ nõ fecit vnus: fecerũt multi: cũ per discipulos loq̄retur. ecce maiora fecit. predicatus a credẽtibus q̃ locut⁹ audientibus. Uerũ hoc adhuc mouet ꝙ hic maiora ꝑ apostolos fecit: nõ aũt ipsos tantũ significans ait. Qui credit in me: nunquid inter credẽtes in xp̄m non est cõputandus qui non fecerit opera maiora q̃ christus: durũ est nisi intelligat. Apostolus dicit. credenti in eum qui iustificat impium deputatur fides ad iustitiã. In hoc opere faciemus opera xp̄i qꝛ ꝛ ipsum credere in christũ opus est christi: hoc opatur in nobis non vtiq̃ sine nobis. Audi ergo. Qui credit in me: ope. que ego fa. ꝛ ipse fa. Prius ego facio: deinde ꝛ ipse faciet: qꝛ facio vt faciat: que opera nisi vt ex impio iustus fiat: qd vtiq̃ in illo sed non sine illo christus operatur. prorsus hoc maius esse dixerim q̃ creare celum ꝛ terram. Celũ enim ꝛ terra transibũt: predestinatorũ autẽ salus et iustificatio ꝑmanebit: sed in celis angeli opera sũt christi: nunquid etiã his verbis maiora facit qui cooperatur xp̄o ad suã iustificationẽ: iudicet qui potest vtrum maius sit iustos creare q̃ impios iustificare. certe si equalis sit vtrunq̃ potentie: hoc maioris est misericordie: sed omnia opera intellige christi vbi ait. Maiora horum faciet. Nulla necessitas cogit. horũ enim forsitan dixit que illa hora faciebat. tunc autẽ in verba fidei

Duo opera dei comparat

faciebat. ꝛ vtiq̃ minus est verba iusticie ꝑdicare: qd fecit propter nos q̃ impios iustificare: quod ita facit in nobis vt faciamus ꝛ nos. Magnã aũt spem dñs suis ꝑmisit orantibus dicẽs. Qꝛ ego ad patrẽ vado. Chry. Hoc est nõ pereo: sed in ꝓpria manebo dignitate ꝛ i celis ego vel hoc dicit: ac si diceret. Uestrum est decetero miracula facere. ego enim vado. Aug. Et ne quisq̃ hoc sibi tribueret: vt et illa opa maiora seipsum facere ostenderet: adiecit.

Et qdcunq̃ pe. pa. in no. me. hoc faciã. Qui dixerat. Faciet: post ait: faciã. tanq̃ diceret. Non vobis hoc impossibile videat. non enĩ poterit esse maior me qui credit in me: sed ego sum facturus ꝛ tũc maiora q̃ nũc: maiora ꝑ eũ qui credit in me q̃ nũc ꝑ me: qd nõ est defectio: sꝫ dignatio. Chr. Dicit aũt in noĩe meo qꝛ ꝛ apl'i dicebãt. In noĩe xp̄i iesu surge ꝛ ambula. Oĩa enĩ signa que fecerũt: ipse faciebat: et man⁹ dñi erat cũ illis. Theo. Expõit aũt nobis ꝑ hoc miraculorũ doctrinã. naꝫ per orationẽ ac inuocationẽ sui nominis põt q̃s exercere ꝓdigia. Augu. Sed qd est. Qdcũq̃ petieritis: cũ videam⁹ plerũq̃ fideles ei⁹ petere ꝛ nõ accipe: an forte ꝓpterea qꝛ male petũt male ei vsur⁹ eo: qd vult accipe deo pott⁹ miserãte ñ accipit

quo ergo intelligẽdũ est. Qdcunq̃ petieritis hoc faciã: si deus aliqua petẽtib⁹ fidelib⁹ ẽt cõsulẽdo non facit: aut forte solis apl'is hoc dictum debem⁹ accipe: absit. supius enĩ dixerat. Qui cre. in me: ope. que ego fa. et ipse fa. Ipsos quoq̃ si cogitemus aplos inuenim⁹ euꝫ qui plus oibus laborauit rogasse: vt ab eo discederet angelus sathane: nec tñ qd rogauerat accepisse. Sed audi ꝙ illuc positũ est. In no. me. qd est christ⁹ iesus: christ⁹ regẽ. iesus saluatorẽ significat: acq̃ hoc qñcũq̃ petim⁹ aduersus vtilitatẽ salutꝭ nõ petim⁹ in noĩe saluatoris: et tñ ipẽ saluator est: nõ solum qñ facit qd petimus: verũ etiã qñ nõ facit: qm̃ qd videt peti ꝯtra salutẽ: nõ faciẽdo

Quod petendum.

Nomen Iesu exponitur.

se exhibet saluatorẽ. Nouit enĩ medicus qd pro sua qd cõtra suã salutẽ poscat egrot⁹. et iõ contraria poscentis non facit voluntatem: vt faciat sanitatem. Sane quedam q̃uis in nomine eius petamus: non tunc quãdo petim⁹ facit: sed tñ facit: differt enim qd petimus: nõ negatur. Continuo autem subiecit. Ut glori. pater in fi. si quid. peti. in nomine meo hoc faciam. Nullo modo igitur sine patre filius fa

eit: q̄nquidem vt in illo pater glorificetur propterea facit. Chryso. Cum eniꝫ filius ostẽdatur magnus potens: glorificabit̃ illẽ qui genuit. ideo autem secũdo id ponit vt certificet suppsius sermonẽ. Theop. Attende etiã seriẽ paterne glorificationis. In nomine iesu facta sũt signa per que credebant apostolorum sermonibus: et sic dũ ad noticiam patris peruenirent glorificabatur pater in filio.

Si diligitis me mandata mea seruate: ꝛ ego rogabo patrem: ꝛ alium paraclytũ dabit vobis vt maneat vobiscuꝫ in eternũ: spiritũ veritatis quem mundus non põt accipere: q: non videt euꝫ: nec scit eũ. Uos autẽ cognoscetis eũ: q: apud vos manebit: et in vobis erit.

Chry. Q: dominus dixerat. Quõcunq; petieritis: hoc faciã. vt non estiment omnẽ simpliciter petitionẽ valere: induxit. Si di. me mã. mea ser. q. d. tunc faciam quod petitis. Uel q: audientes: q̃m ad patrẽ vado. consequẽs erat eos turbari dicit: non est hoc me amare vt turbemini: sed vt faciatis mãdata mea: hoc ẽ ei amor obedire et credere ei qui diligit̃. Q: vero consequẽs erat eos vehemẽter inquirere carnis p̃ntiã: et illã h̃re ꝯsolationẽ quam prius habuerũt subiungit. Et ego ro. pa. et aliũ para. da. voƀ. Aug. In quo ondit et seipsum esse paraclytum. Paraclyt⁹ autẽ latine d̃r aduocat⁹: et dcm̃ est de xp̃o: aduocatũ hẽm⁹ apud patrẽ iesũ xp̃ꝫ iustũ. Alcui. Ut paraclytũ. i. cõsolatorẽ ꝛ. hẽbãt. n. et tunc vnũ cõsolatorẽ q̃ miraculorũ dulcedine ꝛ predicatione eos erigere ꝛ cõfortare solebat. Didy. de spũsctõ. Sꝫ spm̃scm̃ aliuꝫ paraclytũ nõiauit: nõ iuxta nature diffinam sed iuxta operationis diuersitatẽ. Cũ ei saluator mediatoris ꝛ legati psonã hẽbat ex q̃ põtifex depcet p pctis nr̃is spũsctũs ƒm aliã significationẽ pacly⁹ ab eo q̃ ꝯsolat̃ i tristicia positos nũcupat⁹ est. Uerũ noli ex filij ꝛ spũsscti opatione diuersa varias estimare naturas: siqdẽ in aliõ loco reperit̃ paraclyt⁹ spũs legati apud p̃rem psona fungi vt ibi. Ipse spũs interpellat p nobis. Saluator quoq; ꝯsolationẽ opatur in cordibus eorum: q: indigẽt. scriptũ est eñ. Et humiles ppl'i sui cõsolatus est. Chr. Ait aũt. Rogabo patrẽ: vt fidedignũ faciat eis sermonẽ: q̃m si dixisset. Ego mittã: nõ simpl'r credidissent. Augu. cõtra arrianos. Qui tñ vt inseparabilia sua ꝛ p̃ris opa demõstraret alibi. ait. Cũ abiero mittã eũ ad vos. Chry. Quid aũt apl'is plus h̃ret: si p̃rem solũ rogaret vt spm̃ alijs daret: q̃m illi multotiẽs ꝛ sine oratione ostenduntur hoc facientes. Alcui. Rogabo igitur dicit vt inferior ƒm humanitatem patrem meũ: cui sum equalis et cõsubstantialis ƒm diuinam naturam. Chrysosto. Dicit autem vt maneat vobiscum in eternum: quoniam neq; post morte recedit. per hoc etiam occulte insinuat q̃ spiritussanctus non patiet̃ mortem vt ipse neq; abibit. Ne autem paraclytum audientes rursus incarnationem aliam suspicentur et oculis putent eum videre subiũgit. Spiritum veritatis quem mũdus non potest accipere: quia non videt eum: nec scit eum. Augusti. Hic est vtiq; in trinitate spiritussãctus quem patri et filio consubstãtialem et coeternum fides catholica profitetur. Chrysostomus. Spiritum autem veritatis eum vocat per hoc q̃ figuras veteris testamẽti manifestat. Mundum autem hic malos dicit. visionem autem certissimam cognitionem dicit: q̃ [illegible] visus est apertior sensus. Beda. Nota etiam q̃ cum spiritumsanctum spiritum veritatis dicit: spiritũsanctũ esse spiritum suũ ostẽdit. Deinde cum a patre eum dari narrat: p̃ris etiã eum spiritũ esse declarat ac per hoc spũsanctus a patre pce

Spũs sanctus q̃re paraclyt⁹.

Spũs [illegible]ratis qu[illegible] [illegible]tel ligu[illegible]r.

dit et filio. Greg. v. mora. Spũs autẽ sctũs oẽm quẽ repleuerit: ad deside randa inuisibilia accẽdit et quoniã mũdana corda solum visibilia dili gũt: hũc mũdus nõ accipit: qi ad di ligenda inuisibilia nõ assurgit. Se culares etenĩ mẽtes quãto se foras per desideria dilatãt: tanto ad rece ptionẽ illius signũ cordis angustãt. Augu. Sic aũt mundũ. i. mũdi dile ctores dicit nõ posse accipe spm̃ san ctum: velut si dicam⁹. Iniustitia iu sta esse non põt. Mũdus ergo. i. mũ di delectores nõ potest eũ accipere: qi non videt eum. Non enĩ habet in uisibiles oculos mundana dilectio: per quos videri spũssanct⁹ nisi inui sibiliter non potest. Sequit. Vos au tem cog. euz: qr apud vos manebit. Sed ne putarent qd̃ dictũ est. Apud vos manebit: ita dictũ quẽadmodũ apud hoies hospes visibiliter ma nere ↄsueuit: adiecit. In vobis erit. Chrysosto. q. d. Non ita apud vos manebit sicut ego: sz in vestris habi tabit animabus. Augustinus. Pri⁹ autem est esse alicui: post manere. Sz exposuit qd̃ dixerat. Apud vos: cum adiũxit. In vobis. Si enĩ nõ sit in vobis: non potest esse in vob̃ eius scientia. sic enim a vobis videtur in vobis et vestra consciẽtia. Grego. ij.

Quõ pulchra.

mora. Si aũt spũssanct⁹ l discipulis manet: quomodo tam singulare si gnuz erit quod in mediatore perma net: sm̃ illud. Supra quẽ videris spi ritum descendentez et manentẽ: hic est qui baptizat. quod tamẽ citi⁹ co gnoscimus si dona eiusdez spiritus discernam⁹. In his enim donis sine quibus ad vitam peruenire non po test: spiritussanct⁹ in electis omnib⁹ semper manet. In illis aũt quibus non nostra vita seruat: sed aliorum queritur: nequaqȝ semp manet. Ali quãdo enim sese signorũ ostensioni bus subtrahit vt eo humilius virtu tes eius habeant. christus autez in cunctis euz et semp habet presentẽ. Chrysosto. Hic autez sermo opposi tas hereses velut vno ictu sustulit. nam dicere aliũ ostendit eius: id est spiritus hypostaseos differentiam: dicere vero paraclytum substantie cognationẽ. Augusti. contra sermo. arria. Consolatorez enim quod offi ciuz tanqȝ persone infime in trinita te spirituisancto deputant. deum di cit apostolus: sm̃ illud. Is qui cõso latur humiles: cõsolat⁹ est nos de⁹.

Hereses opposite colliduntur.

Deus est itaqȝ spiritussanct⁹ qui cõ solatur hũiles: aut si hoc de patre: vel filio dictũ ab apostolo volũt acci pi: desinant consolationis tanqȝ mu nere proprio separare a patre et fi lio spiritũsanctũ. Aug. sup Joã. Si cuz charitas dei diffusa sit in cordi bus nostris per spm̃ sanctũ qui dat⁹ est nob̃: quomodo diligem⁹ et mãda ta christi seruabim⁹ vt eum accipia mus: quem nisi habuerim⁹: dilige re et mãdata seruare non possum⁹: an forte precedit in nobis charitas qua diligamus christũ. vt diligẽdo christũ eiusqȝ faciendo mãdata me reamur accipe spiritũsanctũ vt cha ritas dei patris diffundat in cordi bus nostris: peruersa est ista sentẽ tia. Qui eniz se filiũ dei diligere cre dit et patrẽ non diligit profecto nec filium diligit: sed quod sibiipsi vide tur confinxit. Restat ergo vt intelli gamus spm̃sanctuz habere qui dili git: et habendo mereri vt plus ha beat: et plus habendo plus diligat. Iaz itaqȝ habebant spiritũ discipu li quẽ domin⁹ promittebat: sz dãdus eis erat amplius. habebãt occulte: accepturi erant manifeste: proinde non solum nõ habẽti: verũetiam ha benti non incassuz pmittit: nõ habẽ ti quidem vt habeatur. habenti aũt vt amplius habeatur. Chryso. Qñ igitur discipulos purgauerat per sa crificium passionis: et peccatuz solu tum erat: et ipsi ad pericula et ago nes mittebant: oportebat spiritum sanctũ venire abundanter. Non au tem statim post resurrectionez: vt in multo eius constituti desiderio: cuz multa euz suscipiant gratia.

¶ Nõ relinquã vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicũ:

et mundus iam me non videt. Uos autē videtis me: qꝛ ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis: qꝛ ego sum in patre meo: et vos in me: et ego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea: ille est qui diligit me. Qui autē diligit me: diligetur a patre meo: et ego diligam eum: et manifestabo ei me ipsum.

¶ Aug. Ne q̄s ꝙ putaret ꝙ ita spm̄ sctm̄ dn̄s datur' fuerat: velut per se ipm̄ nō ⁊ ipse eēt futurꝰ cū eis adiecit ⁊ ait. Nō relinquā vos orphanos. Orphani pupilli sunt. Illud enī est grecū: hoc latinū. Quāuis ergo nos filiꝰ dei suo patri adoptauit filios: tn̄ in hoc etiā ipe erga nos ipaternum ondit affectū. Et quidē a principio dixerat. Uenietis quo ego vado. sꝫ qꝛ hoc lōgū tpꝯs erat: ꝓmisit spm̄. Et qꝛ nesciebant qd est hoc ꝓmittit eis suā p̄sentiā quā marie q̄rebāt cū dicit. Ueniā ad vos. Ne tn̄ rursus eādem q̄rāt p̄ntiā: qualē ⁊ priꝰ habuerunt: occulte hoc excludit cū subdit. Adhuc mo. ⁊ mū. me iam nō vi. vos aūt vide. me. ac si diceret. Ueniā q̄dem ad vos: nō tn̄ vt priꝰ vobiscū ꝑ vnāquāqꜫ diē ꝯsistens. Et ne dicāt. Qualiter igit̄ iudeis dixisti. Amodo nō videbitis me. soluit opinionē dicēs. Ad vos solos veniā. Aug. Uidebat enī tūc eū mūdꝰ carneis oculis in carne ꝯspicuū. nō aūt videbat ꝙ in carne ꝟbū latebat: sꝫ quoniam post resurrectionē etiā carnē suam quam non solum videndam: verum etiam contractandā demonstrauit suis: noluit demonstrare non suis: hinc dictum est. Adhuc modicum et mundus iam me non videt. vos autem videbitis me. Sed quoniā in iudicio eum mundus videbit: quo nomine significati sunt a regno eiꝰ alieni: melius intelligitur illud etiam tempus significare voluisse quādo in fine seculi auferetur ab oculis dā‑natorum: vt eum decetero videant diligentes. Modicum autem dixit: quia id quod prolixum videtur hominibus: breuissimū est āte oculos dei. Sequitur: qꝛ ego viuo et vos viuetis. Theo. q. d. Et si mortē subiero: tamen resurgo: vos quoqꜫ viuetis: hoc est cū videritis me letabimini: ⁊ tanqꜫ mortui reuiuiscetis in apparitione mea. Chryso. Mihi autē videtur vitam nō p̄sentē dicere sed futurā: ac si dicat. Mors crucis non distare faciet vos a me in finem: sed momēto paruo occultabit me a vobis. Augu. Cur autē de p̄senti se dixerit viuere: illos autē de futuro eē victuros: nisi qꝛ et vitam carnis resurgētis qualis in ipso precedebat et illis est pollicitus secuturaꝫ: et qꝛ ipsiꝰ mox futura erat resurrectio: p̄sentis tpis ponit verbum: ꝓpter significādā celeritatē. Illorum autē q̄m seculi differt̄ in finē non ait: viuitis: sed viuetis. Quia ꝟo viuet ille: ideo ⁊ nos viuemꝰ. per hoīem q̄ppe mors: ⁊ per hoīem resurrectio mortuorū. Sequit̄. In illo die. de quo scꝫ ait. Et vos viuetis. Uos cognoscetis. cōtemplādo: q̄uis et nūc credendo nouerimꝰ. qꝛ ego sum in patre: et vos in me et ego in vobis. qꝛ q̄n viuemus ea vita qua mors absorbetur: tūc perficietur hoc ipꝫ qd̾ nūc inchoatum est iam per ipm̄: vt sit in nobis et nos in ipso. Chryſ. Uel in illo die cū resurgā cognoscetis: qꝛ cum viderunt eū resurrexisse et esse cum eis: tunc certissimā fidem didicerūt. Magna enī erat virtus spūssancti q̄ oīa eos docebat. Qd̾ aūt dictū est. Ego suꝫ in patre: hūilitatis est. Qd̾ autē dicit. Et vos in me et ego in vo. humanitatis est ⁊ auxilij qd̾ est a deo. Cōsueuit enī scriptura multotiens eisdem verbis in deo ⁊ hoībus possitis nō siliꝛ vti. Hyla. viij. de tri. Uel hoc dicit vt cū ille in patre ꝑ naturā diuinitatis esset: nos aūt in eo ꝑ corporalē eiꝰ natiuitatē: ⁊ ille rursus in nobis ꝑ sacramēti mysterium inesse crederet̄. Ipe enī testatꝰ est: qui edit carnē meā: ⁊ bibit sanguinē meū: in

Orphanus vox greca.

Anago‑ gica e‑ positio

me manet & ego in eo. Alcui. Per di lectionē aūt & obseruātiā mādatorū ei⁹ tūc pficief hocipm qđ nūc inchoa tum est p ipm: vt sit in nobis et nos in ipso. Et vt oibus: nō tm̄ apostolis hāc beatitudinē pmisisse videat ad iungit. qui habet mandata mea et ser. ea: ille est qui diligit me. Augu. Qui habet in memoria et seruat in vita: qui hȝ in sermonib⁹ & seruat in operib⁹: qui habet audiēdo & seruat faciēdo: qui habet faciēdo & seruat pseuerando: ipse est qui diligit me. Ope est demōstrāda dilectio: ne sit ifructuosa nois appellatio. Theo. Ac si dicat. vos putatis ꝙ ex affectio ne quadā tristamini de morte mea: sed ego signum dilectionis reputo mādata mea seruari. Qualē autē pterogatiuā obtineat q̄ diligit ostē dit subdēs: q̄ aūt dili. me: dili. a pa. meo & ego di. eum. Augu. Sed quid est diligā. tanq̄ nūc nō diligat: expo nit p id qđ sequit. Et manifestabo ei meipm. i. ad hoc diligā vt mani festē. & ipsam visionē mercedē fidei capiam⁹. Nunc em̄ ad hoc nos dile xit vt credamus: tūc ad hoc vt videa mus: q2 et nos nūc diligim⁹ credēdo qđ videbim⁹. Tūc aūt diligem⁹ vidē do qđ credidim⁹. Augu. ad paulinā de vidēdo deo. Sic autē pmisit ostē surū seipm dilectorib⁹ suis cū patre deū vnū: non quomodo in hoc secu lo visus ē in corpe & a malis. Theo. Uel q2 post resurrectionē apparitu rus illis erat in corpore magis rep sentante diuinitatē: ne credāt ipsuȝ spm fore seu phantasma: ob hoc pre dixit illis: vt tūc videntes illum non diffidant: sed reminiscātur: quia p pter mandatorū suorum custodiam apparet eis: atq̄ ideo tenēt̄ur semp custodire illa: vt perpetuo eis ap pareat.

¶ Dicit ei iudas: nō ille scario this. Dn̄e quid factū est q2 ma nifestaturus es nobis teipsuȝ & nō mundo? Rn̄dit iesus et dixit ei. Siquis diligit me sermonē meū seruabit: et pater meus di liget eū et ad eum veniemus et mansionē apud euȝ faciemus. Qui non diligit me sermones meos non seruat. Et sermonē quē audistis nō est meus sȝ ei⁹ qui misit me patris. Hec locut⁹ sum vobis apud vos manens. Paraclytus autē spūssanctus quē mittet pater in noīe meo il le vos docebit oīa et suggeret vobis oīa quecunq̄ dixero vo bis. Pacē relinquo vobis: pacē meā do vobis. Non quomodo mundus dat ego do vobis.

¶ Augu. Quia dn̄s dixerat. Adhuc modicū et mūdus me iam nō videt: vos autē videbitis me. Interroga uit eū de hoc ipse iudas: nō ille tra ditor ei⁹ qui scariothis cognomina tus est: sȝ cui⁹ ep̄la inter scripturas canonicas legit. vñ dicit. Dicit ei iu das: nō ille scariothis. Dn̄e q̄d fa ctum est q2 nobis manifestatur⁹ es teipsuȝ nō mundo? Cām q̄siuit q̄re nō se mūdo: sed suis manifestatur⁹ esset. Dn̄s autē exponit q̄re suis se manifestatur⁹ est nō alienis. q2 scilȝ hi diligūt. illi vero nō diligūt. vñ seq tur. Rn̄dit iesus & di. ei. Siq̄s dili. me. ser. me. ser. Grego. in home. Pro batio em̄ dilectionis exhibitio ē ope ris: nūq̄ amor dei est ociosus: opat em̄ magna si est. si vo opari renue rit: amor nō est. Augu. Dilectio aūt sctōs discernit a mūdo: que facit vna nimes habitare in domo: in qua fa cit pater & fili⁹ mānsionē: qui donāt & ipsam dilectionē: quib⁹ in fine dona būt suā manifestationē. Est em̄ q̄dā dei manifestatio interior: quā pror sus impij nō nouerūt: quib⁹ dei pa tris & spūssancti manifestatio nulla est. filij vo esse potuit: sed in carne q̄ nec talis est qualis illa: nec semp il lis adesse pōt: sȝ ad modicū tēpus: et hoc ad iudiciū nō ad gaudiū: ad suppliciū nō ad pmiū. vñ sequitur. Et ad eū veniem⁹. Uenisse quidē ad nos dūvenim⁹ ad eos: veniūt subue


Dilectionis pbatio.

niẽdo: venimus obediendo: veniũt illuminãdo: venim⁹ intuẽdo: veniũt implendo: venim⁹ capiẽdo: visit nobis eorũ nõ extranea visio sed interna. et in nobis eorũ non transitoria mansio sed eterna. vñ sequitur. Et mansio. apud eũ facie. Grego. in home. In quorũdam etenĩ corda venit et mansionẽ nõ facit: qr per compunctionẽ quidez respectũ dei percipiunt: sed tẽtationis tpe hoc ipm qđ cõpuncti fuerant obliuiscũtur. sicq; ad perpetrãda pctã redeũt: ac si hec minime planxissent. Qui ergo deuz vere diligit in eius corde dñs venit et mansionẽ facit: qr sic eũ diuinitatis amor penetrat: vt ab hoc amore tentationis tpe nõ recedat. Ille enĩ vere amat cuius mentem delectatio praua ex cõsensu nõ superat. Aug. An forte putabit mãsionẽ in dilectore suo faciẽtibus patre ꝛ filio exclusus esse ab hac mãsione spũssanct⁹? Quid ẽ ergo qđ superius ait de spũ sancto apud vos manebit ꝛ ĩ vobis erit: nisi forte quisq; sic absurdus ẽ vt arbitret cum pater ꝛ filius venerint discessurũ inde spmsctm tãq; locum daturũ maiorib⁹? Sed et huic carnali cogitationi occurrit scriptura cũ dicit? Ut maneat vobiscum in eternũ. In eadẽ ergo mansione cuz ipsis erit ineternum: qr nec ille sine ipsis venit: nec illi sine eo: sed ppter insinuationẽ trinitatis: psonis singulis nolatis dicũtur q̄dam: non tñ aliis sepatis intelliguntur: pꝰ eiusdem trinitatis substantiã. Greg. in home. Tanto aũt quisq; a superno amore disiungit quanto inferi⁹ delectatur. vñ subdit. Qui nõ di. me sermo. meos non seruat. De dilectione ergo conditoris lingua mẽs et vita requirat. Chryso. Uel aliter totum. Estimauit iudas: sicut mortuos vidimus in somno: ita et se eũ esse visuros. vnde querit. Quid est ꝙ debes te manifestare nobis et nõ mũdo. q. d. ve nobis qñ morieris: et vt mortuus debes nobis assistere. Ne igitur hoc suspicentur dicit. Ego et pater ad eum veniem⁹ q. d. Sicut pater manifestat seipz: ita ꝛ ego: ꝛ mãsionem apud eum faciemus: quod somniorum non est. Sequitur. Et sermo. quem audi. nõ est meus: sed eius qui mi. me patris. q. d. non me solum: sed neq; patrem amat q̃ hũc non audit sermonẽ. Dicit autẽ hoc: quoniã nihil extra patrez loquitur: neq; preter id quod illi videtur. Augu. Et fortasse propter aliquã distinctionem. vbi suos dixi: pluraliter sermones dixit dicens. Qui non diligit me sermones meos nõ seruat. Ubi autẽ sermonẽ hoc est verbum non suũ esse dixit: sed patris: seipm intelligi voluit. non enim solum sed patris est verbũ: quomodo nec sua imago sed patris: nec suus filius sꝫ pris. Recte igit auctori tribuit qđ facit equalis a quo habet hoc ipm ꝙ illi est indifferẽs equalis. Chrys. Quia vero eorũ que dixerat: quedã manifesta erant. et quedam non intellexerunt: vt non turbarẽtur subiungit. Hec lo. sum vobis apud vos manens. Augusti. Alia est illa mansio quã promisit futuram: alia vero hec quã p̄sentẽ esse testatur. illa spiritalis est atq; intrinsecus mentib⁹ redditur: hec corporalis forinsecus oculis atq; aurib⁹ adhibet. Chrys. Ut autẽ eius corporalẽ recessum facilius sustinerent: p̄parat eos pmittens ꝙ eius recessus magnorũ eis esset futurus causa bonoꝝ: qr donec ipse apđ eos corporaliter manebat: ꝛ spũs nõ venerat: nihil magnũ poterant scire. vnde sequit. Paracly⁹ aũt spũssctũs quẽ mit. pater in noie meo ille vos do. oia: ꝛ sug. vo. omia quecũq; dixero vobis. Grego. Greca locutiõe paracly⁹: latina aduocatus dicit vel consolator. Qui idcirco aduocatus dicit: qr pro errore delinquẽtiũ apud iustitiã patris interuenit: dũ eos quos repleuerit exorantes facit. Consolator aũt idẽ spũs vocatur: qr de peccati ꝑpetratione merentibus dum spez veniẽ preparat: ab afflictione tristitie mentez leuat. Chrysosto. Continue autẽ eum paracytũ vocat propter cõtinẽtes eos

Amoris veri. signum.

Mansionis promisse qlitas.

qđ erat: quicquid ei⁹ negauit: chri-
stū negauit. Siquidem dubitare ne
phas est: christus hoc dixit: verū𝔮
predixit: pculdubio petrus christū
negauit. Non accusemus christuz
cū defendimus petrū. agnouit pla-
ne pctm̄ suum infirmitas petri. Et
quantū mali christū negādo cōmise
rit: plorādo monstrauit. ne𝔮 nos cū
ita dicimus primū aplo℞ accusare
delectat: sed hunc intuēdo admo-
neri nos opz ne homo quis𝔮 de hu
manis virib⁹ fidat. Beda. Respiscē
di nihilominus vnusquis𝔮: si in la-
psum ꝯuerterit: exemplū capiat: ne
desperet: sed incunctāter veniā se
posse pmereri credat. Chrys. Vñ
manifestū est qm̄ ꝛ casuz petri dñs
ꝯcessit. nā poterat quidem ꝛ a prin
cipio reuocare: sed qꝛ pmanebat in
vehemētia: ipse quidē nō impulit ad
negationē: sz dimisit desertū: vt di-
scat propriā imbecillitatē: ꝛ vt post
hec talia nō patiaꝛ: cū orbis terra℞
dispensationē susceperit: sz remini
scēs eo℞ que passus est: cognoscat
seipsum. Aug. In anima ita𝔮 cōti
git petri qđ offerebat in corpore: sz
aliter 𝔮 putabat. nā ante mortez ꝛ
resurrectionem dñi ꝛ mortuus est
negando: ꝛ reuixit plorando. Aug.
Concentus euāgelicus. de con. euā. Hoc aūt de pdicta ne-
gatiōe sua petro nō soluz ioannes:
sed ꝛ ceteri tres cōmemorant nō sa
ne oēs ex vna eadē𝔮 occasione ser
monis ad eaz ꝯmemorandā venīūt.
nā mattheus ꝛ marcus eam subne
ctūt post𝔮 dñs egressus est ex illa
domo vbi manducauerat pasca. lu
cas āo ꝛ ioannes ante𝔮 inde esset
egressus. Sed facile possumus in-
telligere: aut illos duos eam reca-
pitulādo posuisse: aut istos preoc-
cupando: nisi magis moueret qꝛ tā
diuersa nō tm̄ verba: sed etiam sen
tentias dñi premittūt: qi ib⁹ permo
tus petrus illam presumptionem
proferret pro dño vel cum domino
moriendi: vt magis cogant intelligi
ter eum expressisse presumptionez
suam diuersis locis sermonis chri-
sti: ꝛ ter illi a domino responsum qꝛ
eum esset ante galli cantum ter ne-
gaturus. Cap. xiiij.



Et ait discipulis
suis. Non turbe
tur cor vestruz.
Creditis i deū:
ꝛ in me credite.
In domo pris
mei mansiōes multe sunt. Si
quo minus dixissem vobis: qꝛ
vado parare vobis locuz. Et
si abiero ꝛ preparauero vobis
locum: iterum venio ꝛ accipio
vos ad meipsum: vt vbi sum
ego ꝛ vos sitis. Et quo ego va
do scitis ꝛ viam scitis.

¶ Aug. Ne discipuli mortē christi
tan𝔮 hoīes timerēt: ꝛ ideo turba
rentur: consolaꝛ eos etiā deū se eē
ꝯtestās. vnde dicaꝛ. Et ait dis. suis.
Non turbeꝛ cor vestrū: cre. in deū
ꝛ in me cre. q. d. Consequens est: si
in deū creditis vt in me credere de
beatis: qđ nō esset cōsequens si chri
stus nō esset deus. Mortē metuitis
huic forme serui: non turbetur cor
vestrū: suscitabit illam forma dei.
Chry. Ea etiā q̄ in me est fides ꝛ in
patrē qui genuit: potentior est his
que superuenīēt: ꝛ nihil cōtra eam
pōt preualere difficilium: hoc etiaz
modo diuinitatis virtutē ōndit: qꝛ
ea que in mente habebant ducit in
mediū dicens. nō turbeꝛ cor vrm.
Aug. Quia igiꝛ etiā sibi metuebāt
discipuli cū petro dictū esset fiden
tiori atq𝔮 promptiori. Nō cantabit
gallus, donec ter me neges. subiun
xit. In domo patris mei mā. multe
sunt. Per qđ a turbatione recrean
tur ceteri ac fidētes etiā post peri
cula tentationū: se apud deuz cum
christo esse mātsuros: qꝛ si alius est
alio fortior: sapientior: iustior: san
ctior: null⁹ alienabiꝛ ab illa domo:

Mansiones varie paradisi.

vbi mansionē ꝓ suo quisq; accepturus est merito. Denarius quidē ille equalis est oībus qui paterfamilias eis qui operati sunt in vinea iubet dari. Quo vtiq; denario vita significat eterna: vbi amplius alio nemo viuit: qm viuēdi nō est diuersitas in eternitate mansura: sed multe mãsiones diuersas meritorū in vna vita eterna significãt dignitates. Grego. sup ezechielē. Uel hac rōne puenerūt mansiones multe: cū vno denario: qz ꝛ si alter minus altero alius amplius exultat: oēs tamē vnū gaudiū cōditoris sui visione letificat. Aug. Atq; ita deus erit oīa in oībus: vt qm deus charitas est: ꝑ charitatē fiat: vt qđ hñt singuli: comune sit oībus. Sic enī quisq; etiã ipse habet cū amat in altero qđ ipse nō habet. nō enī erit ita aliqua inuidia imparis claritatis. qm regnabit in oībus vnitas charitatis. Grego. vlt. mora. Eiusdē etiã disparilitatis damna nō sentiunt: qz tm̄ sibi vnusquisq; quãtū percepit sufficit.

Charitas patrie describit.

Aug. Respuendi autē sunt a corde christiano: qui putãt ideo dictū multas esse mansiones: qz extra regnū celorū erit aliqđ vbi beate maneãt innocētes. cū sine baptismo ex hac vita emigrauerint: sine quo i regnū celorū intrare non põt. absit aūt vt cū omnis domus regnantiū filiorū non sit alibi nisi in regno: ipsius regie domus pars aliqua nō sit in regno. nō enī ait dominus. In beatitudine sempiterna mãsiões multe sunt: sz in domo patris mei. Chry. Uel aliter cōtinua. Quia dominus supra dixerat petro. Quo ego vado nō potes me sequi modo: sequeris aūt postea: ne existimēt soli petro hanc promissionē esse datã: dixit. In do. pa. mei man. mul. sunt. Hoc est: ꝛ vos regio illa suscipiet q̃ ꝛ petrū. copia enī est ibi multa mansionū. ꝛ nō est dicere: quoniã ꝑparatiõe indigent. Et ꝓpter hoc subdit. Si quo mi. dixi. vo. qz va. pa. vo. locum. August. Ubi satis ostendit ideo se hoc illis nō dixisse: qz iaz ibi mãsiones multe sunt: ꝛ nō est opus illi aliquã preparare. Chry. Quia ho dixerat. Nō poteris me modo seq; vt nō existiment se ab eo finalr abscisos esse subiungit. Et si abie. ꝛ prepara. vo. lo. iterū ve. ꝛ acci. vos ad meipsum: vt vbi ego sum ꝛ vos sitis. Et quo ostēdit q oportet eos vehemēter cōfidere. Theophi. Ac si dicat vtrūq;. Uos turbari nō opz siue parate sint: siue non. Nam ꝛ si parate non sint: ego cū omni solertia preparo vobis illas. August. Sed quō vadit ꝛ parat locū: si iam mansiones multe sunt? sed nondū sunt sicut parãde sunt. Easdē enim mãsiones quas predestinãdo preparauit: preparat operãdo. Iã ergo sunt in ꝑdestinatiõe: si quo min⁹ dixisset. Ibo ꝛ ꝑparabo: hoc est prēdestinabo: sz qz nondū sunt in operatione dicit. Et si abiero ꝛ ꝑparauero vobis locum. Parat aūt modo mansiones mansionibus prepãrando mansores. Quippe cū dixit. In domo patris mei mãsiones multe sunt. Quid putamus esse domū dei: nisi templum dei? de quo apostolus dicit. Templū dei sanctū est: quod estis vos. Hec ergo domus dei adhuc edificatur: adhuc preparatur. Sed quid est quod vt preparet abijt: cum nosipsos ꝑparet qđ nō faciet si reliquerit. Sed illud significat: qz vt pareñ iste mansiões viuere debet iustus ex fide. si autē vides: nō est fides. Eat ergo ne videat: lateat vt credatur. Tunc enī locus paratur: si ex fide viuit: creditus desideret: vt desideratus habeatur. si bene intelligendo nec vñ vadis: nec vnde venis recedis. vadit ergo latendo: venit apparēdo. Sed nisi maneat regendo vt proficiamus bene viuendo: nō parabit locus vbi possimus permanere ꝑfruēdo. Alcui. Dicit ergo. Si abiero. per carnis absentiam. Iterū ve-

Predestinatio mansionum.

Fidei efficacia

niam per diuinitatis presentiā. vel
iterum veniā iudicare viuos ꝛ mor
tuos. Et qꝛ sciebat eos interroga=
turos quo iret: vel per quam viam
iret subiūgit. Et quo ego vado sci=
tis. s. ad patrem. Et viā scitis. s. per
meipsum. Chry. Hoc autem dicēs
desideriū qđ in eoꝝ mente erat ostē
dit. ꝛ dat eis desideriū īterrogādi.

¶ Dicit ei Thomas. Domine nescimus quo vadis. Et quo=modo possumus viā scire? Di=cit ei Jesus. Ego sum via ꝛ ve=ritas ꝛ vita: Nemo venit ad pa=trem nisi per me. Si cognouis=setis me ꝛ patrem meū vtiqꝫ cognouissetis. Et amodo co=gnoscetis eum: ꝛ vidistis eum.

¶ Chry. Si iudei volentes a chri=
sto separari querebant quo iturus
esset: multo magis discipuli nunqꝫ
ab eo separari volētes: hoc discere
cupiebant: ꝛ interrogant eū ex mul
ta dilectione ꝛ timore. ꝛ ideo dꝛ. Di
cit ei thomas. Dñe nescimus quo
vadis. Et quō possumus viā scire?
Aug. Utrūqꝫ illos dñs dixerat sci=
re: vtrūqꝫ dicit iste nescire. Sed ne=
scit ille mentiri. ergo isti sciebant. ꝛ
se scire nesciebāt. Conuincit ergo
eos hoc scire. vnde subdit. Dicit ei
iesus Ego sum via veritas ꝛ vita.
Augu. de verbis domini. q. d. Qua
Deus ē vis ire? ego sum via: quo vis ire?
veritas. ego sum veritas: vbi vis permane
re? ego sum vita: veritatē ꝛ vitam
omnis homo capit: sed viaꝫ nō om
nis inuenit. deū esse quandam vitā
eternam: veritatem scibilem etiaꝫ
huius seculi philosophi viderunt.
verbum ergo dei: qui apud patreꝫ
est veritas ꝛ vita assumendo homi
nem factuꝫ est via. Ambula per ho
minem: ꝛ peruenies ad deum. Me
lius enīꝫ est in via claudicare qꝫ pre
ter viam fortiter ambulare. Hyla.
vij. de trinitate. Non enim nos in
erratica atqꝫ in inuia deducit ille q
via est: neqꝫ illudit per falsa qui ve
ritas est: neqꝫ ī mortis relinquit er
rore qui vita est. Theophi. Cum
itaqꝫ actiuā exerces: fit tibi christ⁹
via. Cum autem in contemplatiua
perseueras: efficitur tibi veritas.
Adiecta autem vita est actiuo ꝛ cō
templatiuo. Decet enim irē ꝛ predi
care pro futuro seculo. Aug. Scie
bant ergo viam: quia sciebāt ipsuꝫ
qui est via. Quid autem opus erat
vt adderet veritas ꝛ vita: cum re=
staret nosse quo iret? quia ad veri=
tatem ibat: ꝛ ad vitam? Ibat ergo
ad seipsum per seipsum: sed nun=
quid o domine vt venires ad nos:
reliqueras te? scio quidem qđ for=
mam serui accepisti: ꝛ in carne veni
sti: manens vbi eras: ꝛ per hanc re
disti: non relinquens quo veneras.
Si ergo per hanc ꝛ venisti: ꝛ redi=
sti: per hanc nobis non solum qua
veniremus ad te: verum etiam tibi Exēplo
qua venires ꝛ redires via fuisti. cū vie chri=
vero ad vitaꝫ quod es ipse isti: ean sti eūdē.
dem carnem tuam de morte ad vi=
tam duxisti: itaqꝫ dum caro de mor
te venit ad vitam: christus venit ad
vitam. Et quia verbuꝫ est vita: chri
stus venit ad seipsum: quoniā vtrū
qꝫ est christus: vna persona: scilicet
verbum caro. venerat etiam per
carnem deus ad homines: veritas
ad mēdaces. Est enim deus verax:
omnis autem homo mendax. Cum
itaqꝫ se ab hominibus abstulit: atqꝫ
illuc vbi nemo mentit: carnem suaꝫ
leuauit: idē ipse qꝛ verbū caro factū
est: per seipsum. i. per carnē suaꝫ ad
veritatem: quod est ipse remeauit:
quā quidem veritatem cꝫ suis inter
mendaces etiam in morte seruauit.
Ecce ego ipse si loquor vobis qꝫ in Exēpluꝫ
telligatis: quodāmodo ad vos pro nature.
cedo: nec me relinquo. Cum aūt ta
cuero quodāmodo ad me redeo: ꝛ
vobi cum maneo si tenueritis qđ
audistis. Si hoc potest imago quā
fecit deus: quid potest ex deo nata
imago? Ac per hoc ꝛ ipse per seip=

ipsum: & ad seipsum & ad patrē: & nos per ipsum & ad ipsum & ad patrem imus. Chr y. Si eni d'it. Ego sum dñs ducendi ad pñem omnino venientis illuc. neqꝫ enī est possibile alia venire via. Cum aūt supra dixerit. Ne. potest ve. ad mē nisi pater traxerit illū. Nunc dicens. Qm nullus pōt ve. ad pa. nisi per me. exequāt seipsuȝ ei qui genuit. Qualiter aūt dixerit. Quo vado sa. & viā scitis. ostendit subdens. Si cog. me & pa. meum vtiqꝫ cognouissetis. q. d. Si sciretis meā substātiā & dignitatem: & eaȝ que pris est sciretis: nouerant quidē eū: sed non ita vt oportebat: postea aūt spūs veniens: perfectā in eis cōstruxit cognitionē: & ppter hoc subdit. Amodo cognoscetis eum. Dicit autē eam que fm mentē cognitionem. Et vidistis eū s. per me ostendens: qm qui videt eum & patrē videt. Uiderunt auteȝ eum: non in nuda substātia sed carne indutū. Beda. Sed querenduȝ est quō nunc dicat dñs. Si cognouisse tis me &c. cū pmiserit supra. Quo ego va. sci. & viam scitis. Datur ergo intelligi q quidā eoꝝ sciebant: quidā vero nesciebant: quoꝝ vnus erat Thomas. Hyla. vij. de trini. Uel aliter continua. Cuȝ iter ad patrem per filium sit: querendum est veruȝ hoc per doctrine admonitionem an per nature fidem sit. Intelligentie igitur sensuȝ in consequentibus requiramus. nam sequitur. Si cog. me: & patrem meū vtiqꝫ cognouissetis. In sacramento enim assumpti corporis diuinitatē paterne naturam cōfirmans: hunc ordinem tenuit. tempus autem visionis separauit a tempore cognitionis. nam quem cognoscendum ait: eundem iam dixit & visum: vt nature iā pridem in se cōspecte scientiam ex tempore nunc huius reuelationis acciperent.

¶ Dicit ei philippus. Domine ostēde nobis patrē & sufficit nobis. Dicit ei iesus. Tāto tēpore vobiscū sum: & nō cognouistis me? Philippe qui videt me videt & patrē. Quō tu dicis ostende nobis patrē? Non credis q ego in patre & pater in me est? Uerba q ego loquor vobis a me ipo nō loquor. Pater aūt in me manēs ipse facit opera. Non creditis q ego in patre & pater in me est? Alioquin ppter opera ipsa credite.

¶ Hyla. vij. de tri. Commouit aplm philippū nouitas dictoꝝ. hō cernit: dei se filiū ɔfitet: cognito se cognoscēdū patrē fatet: p̄reȝ visuȝ eē dicit. Prorupit igit aplica familiaritas dñm iterrogās. vñ dr. Dicit ei philippus. Dñe ostē. no. pa. & suffi. no. Nō visum negauit: sȝ ostēdi sibi rogauit. neqꝫ ostēsionē vel in corporalis ɔtēplatiōis intutū desiderauit: sȝ demonstrationē itelligēdi ei' q visum ē postulauit. filiū eni in habitu hoīs viderat: sȝ quō per id patrē viderit nescit. nā & ostensio illa intelligēdi potius eēt demonstratio q̄ vidēdi. subiecit: & sufficit nobis. Aug. j. de trini. Illa enim leticia qua nos adimplebit cū vultu suo nihil amplius requiretur. quod bene intellexerat philippus: vt diceret. Dñe ostē. no. pa. & suf. no. Sed nondū intellexerat eo quoqꝫ modo ad ipsȝ se potuisse dicere. Domine ostēde nobis te & sufficit nobis. Ut enim hoc intelligeret responsum est ei a dño. vñ sequitur. Dixit ei iesus. Tāto tēpore vo. sum: & non cogno. me. Aug. sup Jo. Sed quomō hoc dicit. cū & quo iret scirēt: & viā scirent nō ob aliud nisi q ipm scirēt? Sȝ facile ista questio soluit si dicamus q cū aliq coꝝ sciebant. aliqui nesciebāt de quib' erat philippus. Hyla. de trini. Arguit ergo aplm in cognoscendo se ignorantē. cū eni ea que gereret ppria deo eēnt calcar' vndas: iubere

Questio pulchra

vētis: pctā dimittere: mortuis vitā reddere: huic querele omnis orta cōquestio est: q i homine assumpto dei nō intellecta natura ē. Et ideo postulātı vt sibi prem ondēret ait. Philip. q vi. me. vi. r pa. Aug. So lemus em de simillimis duobus ita loqui. Uidisti illū. sic ergo dictum est. Qui vi. me: vi. r pa. nō q ipse sit pater r filius: sed q a pris similitu dine i nullo prorsus discrepet fili⁹. Hyla. vij. de tri. Non aūt ille hic vi sum oculoꝝ carnaliū significat. non

Trinitas i vnitate essē tte.

em hoc qd ex partu virginis carna le est: ad ɔtēplandā in eo dei formā r imaginē pficit: sz intellect⁹ dei fi lius id pstat: vt intellect⁹ r pater sit. Dū ita imago est vt nō differat ge nere: sz significet auctoritatē. nō em solitarium sermo significat r indiffe rentē: tñ naturā pfessio docet. Cuz em dr. Et prem: Exclusa est singula ris atq vnici intelligētia. Et qd reli quum est: nisi p nature vnicā simili tudinē pr p filiū visus sit. Aug. Sz nunqd obiurgādus est q cū similez viderat: etiā illū cui est similis vult videre? Sed ideo discipulū dns ar guebat: qm cor postulātis videbat Tanq em melior eēt pr q fili⁹: ita philippus patrē nosse cupiebat. r ideo nec filiū sciebat: quo alium me liorē eē credebat. Ad hūc ergo sen sum ɔtingendū dictum est. Nō cre dis q ego in prē r pr in me est. q. d. Si ad te multū est hoc videre: saltē qd nō vides crede. Hyla. Que em ignorādi prem aut ostēdēdi ignorā tibus necessitas relinquebat: cum pr in filio visus eēt ex ppuetate na ture: dum ex indifferentia vnitatis vnū sint natus r generās: vt hic ser mo domini sequeret. Non cre. quia ego in pa. r pr in me est. Aug. pri mo de tri. Uolebat em eum ex fide viuere: anteq illud posset videre: r ideo dicit. Nō credis. Cōtēplatio

Contēplatio ē merces fidei.

quippe merces est fidei: cui merce dı p fidē corda mund ant. Hyla. vij. de tri. Pater aūt in illo est: r filius in patre: non per duplicē cōuenien tium generū coniunctionē: neq per insitā capacioris substātie naturā: qr per corporalē necessitatem exte riora fieri his quibus ɔtinent inte riora nō pnt: sed per natiuitatez vi uētis nature ex viuēte dū nō aliud ex deo q deus nascit. Hyla. vij. de tri. Naturā em suā: vt ita dicam: se quit indemutabilis deus indemuta bilē gignens deū. Ne e naturā suaz deserit ex idemutabili deo indemu tabilis dei pfecta natiuitas. Sub sistentē igit in eo dei naturā intelli gimus: cū in deo de⁹ sit: nec praeter eū qui est deus quisq alius de⁹ sit Chry. Uel aliter. Totū philippus hic corporeis oculis patrē volebat videre: qr r ipsum filiuz ita se existi mabat vidisse: fortassis a pphetis audiēs: qm vidi dnm. r ideo dixit. Ostēde nobis patrē. Etenim iudei interrogauerūt. Quis ē pater tu⁹? r petrus r thomas quo tret: r nul lus didicit manifeste. vt ergo nō vi deatur onerosus esse philippus: r ipse interrogans: ostēde nobis pa trē adiūgit. Et sufficit nobis. i. nihil plus querimus. dns aūt non dixit ei Impossibile petis: sed ostēdit. qm neq ipsum filiū vidit. nā si hunc po tuisset videre: r illū vidisset. Et ideo dicit. Tāto tempore vo. sum. r non cogno. me? philippe. Nō dixit. non vidistis me: sed nō cognouistis me. quātum ad hoc. s. q fili⁹ hic manēs qd pater decēter in seipso ondit eū qui genuit. Deinde diuidēs hypo stases ait: qui vi. me: vi. r pa. ne qs dicat qd ipse est pater: ipse filius. Ondit aūt per hoc: qm neq filium visu corporeo vidit. Si autem ali

Ex creaturꝭ de⁹ nō perfecte videtur.

quis hic visum cognitionem dicere velit: non cōtradico. q. d. qui cogno uit me cognouit r patrem: sed nō di xit hoc: sed ɔsubstantialitatē repre sentare volens dixit. qui meaz sub stantiam vidit: vidit r eam que pa tris. Unde patet q non est creatu ra. creaturam enim videntes deuz nesciunt omnes.

nesciunt omnes. Philippus etiam
substantiam patris videre quere-
bat. Si ergo alterius substantie
esset non diceret: qui videt me vi-
det et patrem: sed nec aliquis in ar
gento auri substantiam videre po
test. non enim alia per aliam appa
ret natura. Augu. Deinde non ad
solum philippum sed ad omnes plu
raliter loquitur dicens. Uerba que
ego lo. vo. a meipso non loquor. qd
est. A meipso non loquor: nisi a me
ipse non sum qui loquor? et quip-
pe tribuit quod facit: de quo est
ipsi qui facit. Hylarius. vij. trini.
Unde neque se filium denegauit nec na
ture in se paterne virtutis abscon
dit nam dum loquitur ipse in substã
tia manens loquitur. dum autem non a
se loquitur: natiuitatem in se dei a deo
testat. Chry. Uide autem abũdãtẽ sup
vnius substãtie demõstrationẽ. nã
subdit. Pater autem in me ma. ip. fa.
ope. q. d. Nequaquam aliter facit pa-
ter et aliter ego: sicut et alibi ait. Si
nõ facio opera patris mei non cre
datis mihi. Sed quomodo a verbis
incipiens ad opera venit? Conue-
niens enim erat dicere. Ipse loquitur
verba. Sed duo ponit de doctrina
et signis: aut quia verba opa erant
Augu. Nam qui proximum loquen-
do edificat bonum opus operat. In
his duabus sententijs diuersi no-
Here- bis aduersant heretici. Arriani di
ses due cunt. Ecce inequalis est patri filius
collidũ- nõ a seipso loquitur. Dicunt sabel
tur. liani. Ecce qui pater est ipse est fi-
lius. Quid est. Pater in me manẽs
ipse facit: nisi in me maneo ego q
facio? Hyla. vij. de tri. Sed mane-
re in filio patrẽ nõ ẽ singularis atque
vnici. operari vero per filium patrẽ
non est desertus aut extere: sicut non
vnius est non a se loqui qui loquitur
neque rursus alieni ac separabilis
loqui per loquentẽ. Et quia in se patrẽ
loqui et operari docuerat: perfecte
huius vnitatis fidem statuit dicẽs.
Credite mihi quia ego in patre: et
pater in me est. ne scilicet per virtutis
efficientiam: et non per nature: q

sm natiuitatẽ est: proprietatẽ pater
in filio et operari crederetur et lo-
qui. sic enim habetur in greco. No
stra littera habet. Non creditis
quia ego in patre et pater in me ẽ?
Augu. Antea solus philippus ar-
guebatur. Chry. Si vero non suffi
cit hoc ad ostendendum consubstã
tialitatem: saltem ab operibus di-
scite. vnde subditur. Alioquin pro-
pter opera ipsa credite. Uidistis et
signa cum auctoritate: et omnia q
deitatis erãt propria: et que solus
pater operatur: peccata soluta mor
tem recedentem et huiusmodi. Au
gusti. Hoc ergo propter opera cre-
dite: quia ego in patre et pater in
me est. Neque enim si separati esse-
mus inseparabiliter operari vlla
ratione possemus.

Amen amẽ dico vobis qui
credit in me opera que ego fa
cio et ipse faciet: et maiora ho
rum faciet: quia ego ad patrẽ
vado. Et quodcunque petieritis patrem
in nomine meo hoc faciam vt
glorificetur pater in filio. Si-
quid petieritis me in nõie meo
hoc faciam.

Chry. Quia dominus dixerat: pro-
pter opera credite ostendens quo-
niã nõ hoc solum pot: sed multo ma
iora: et quod est mirabilius alijs pot
dare adiunxit. Amen amẽ di. vo. q
cre. in me opera que ego fac. et ip.
fa. et ma. ho. fa. Aug. Sed que sũt
ista maiora? an forte quod egros ipsis
transeuntibus etiã eorum vmbra sa-
nabat? Maius est enim quod sanet vm
bra quam fimbria. verũtamẽ qñ ista di Mira-
cebat verborum suorum facta et opera cula apo
cõmẽdabat. Cum enim dixit. Pater in stolorum
me manens ipse facit opera: q opa quo ma
tunc dicebat: nisi verba que loque iora.
batur: et eorum verborum fructus
erat fides illorum? Uerũtamen euã
gelizantibus discipulis non tã pau
ci quam illi erant: sed gentes etiam cre
diderunt. Nonne ab ore ipsius di

nes ille tristis abscessit: et tñ postea
qđ ab illo auditũ nõ fecit vnus: fe-
cerũt multi: cũ per discipulos loq̄re
tur. ecce maiora fecit predicatus a
credẽtibus q̃ locut⁹ audientibus.
Uerũ hoc adhuc mouet q̧ hic maio
ra p apostolos fecit: nõ aũt ipsos
tantũ significans ait. Qui credit in
me: nunquid inter credẽtes in xp̄m
non est cõputandus qui non fece-
rit opera maiora q̃ christus? durũ
est nisi intelligat. Apostolus dicit.
credenti in eum qui iustificat im-
pium deputatur fides ad iustitiaȝ.
In hoc opere faciemus opera xp̄i
qz et ipsum credere in christuȝ opus
est christi: hoc opatur in nobis non
vtiq̧ sine nobis. Audi ergo. Qui
credit in me: ope. que ego fa. et ipse
fa. Prius ego facio: deinde et ipse fa
ciet: qz facio vt faciat: que opera ni
si vt ex impio iustus fiat? qđ vtiq̧
in illo sed non sine illo christus ope
ratur. prorsus hoc maius esse dixe
rim q̃ creare celum et terram. Celũ
enim et terra transibũt: predestina-
torũ autẽ salus et iustificatio p̄ma-
nebit: sed in celis angeli opera sũt
christi: numquid etiã his operibus
maiora facit qui cooperatur xp̄o
ad suã iustificationeȝ? iudicet qui
potest vtrum maius sit iustos crea
re q̃ impios iustificare. certe si eq̄-
lis sit vtrunq̧ potentie: hoc maioris
est misericordie: sed omnia opera
intellige christi vbi ait. Maiora ho
rum faciet. Nulla necessitas cogit.
horũ enim forsitan dixit que illa ho
ra faciebat. tunc autẽ verba fidei
faciebat. et vtiq̧ minus est verba iu
sticie p̄dicare: qđ fecit propter nos
q̃ impios iustificare: quod ita fa-
cit in nobis vt faciamus et nos. Ma
gnã aũt spem dñs suis p̄misit oran
tibus dicẽs. Qz ego ad patrẽ vado.
Chry. Hoc est nõ pereo: sed in pro-
pria manebo dignitate et i celis ego
vel hoc dicit: ac si diceret. Uestrum
est decetero miracula facere. ego
enim vado. Aug. Et ne quisq̧ hoc
sibi tribueret: vt et illa opa maiora
seipsum facere ostenderet: adiecit.

Duo opera dei cõperãt

Et qđcunq̧ pe. pa. in no. me. hoc fa
ciã. Qui dixerat. Faciet: post ait:
faciã. tãq̃ diceret. Non vobis hoc
impossibile videat. non eñ poterit
esse maior me qui credit in me: sed
ego sum facturus et tũc maiora q̃
nũc: maiora p eũ qui credit in me
q̃ nũc p me: qđ nõ est defectio: sȝ di
gnatio. Chr. Dicit aũt in noĩe meo
qz et ap̄li dicebãt. In noĩe xp̄i iesu
surge et ambula. Oĩa eñ signa que
fecerũt: ipse faciebat: et man⁹ dñi
erat cũ illis. Theo. Expõit aũt no
bis p hoc miraculorũ doctrinã. naȝ
per orationẽ ac inuocationẽ sui no
minis põt q̇s exercere p̄digia. Au
gu. Sed q̇d est. Qđcũq̧ petieritis?
cũ videam⁹ plerũq̧ fideles ei⁹ petẽ-
re et nõ accipe: an forte p̄pterea qz
male petũt i male ei vsur⁹ eo: qđ vult
accipe deo potius miserãte n̄ accipit
quo ergo intelligẽdũ est. Qđcunq̧
petieritis hoc faciã: si deus aliqua
petẽtib⁹ fidelib⁹ et cõsulẽdo non fa
cit? an forte solis ap̄lis hoc dictum
debem⁹ accipe? absit. supius eñ di
xerat. Qui cre. in me: ope. que ego
fa. et ipse fa. Ipsos quoq̧ si cogite
mus ap̄los inuenim⁹ euȝ qui plus
oĩbus laborauit rogasse: vt ab eo
discederet angelus sathane: nec tñ
qđ rogauerat accepisse. Sed audi
q̧ illuc positũ est. In no. me. qđ est
christ⁹ iesus: christ⁹ regẽ. iesus sal-
uatorẽ significat: ac p hoc qđcũq̧ pe
tim⁹ aduersus vtilitatẽ salutis nõ pe
tim⁹ in noĩe saluatoris: et tñ ipse sal
uator est: nõ solum qñ facit qđ peti
mus: verũ etiã qñ nõ facit: qm̃ qđ
videt peti cõtra salutẽ: nõ faciẽdo
se exhibet saluatorẽ. Nouit eñ me
dicus q̇d pro sua: q̇d cõtra suã salu
tẽ poscat egrot⁹. et iđ contraria po
scentis non facit voluntatem: vt fa
ciat sanitatem. Sane quedam q̃-
uis in nomine eius petamus: non
tunc quãdo petim⁹ facit: sed tñ fa
cit: differt enim qđ petimus: nõ ne
gatur. Continuo autem subiecit.
Ut glori. pater in fi. siquid. peti. in
nomine meo hoc faciam. Nullo
modo igitur sine patre filius fa-

Qđ pul chra.

Nomẽ iesu exponit.

eit: qñquidem vt in illo pater glo=
rificetur propterea facit. Chryso.
Cum enĩ filius ostẽdatur magna
potens: glorificabit illẽ qui genuit.
ideo autem secũdo id ponit vt cer
tificet suyp sius sermonẽ. Theop.
Attende etiã seriẽ paterne glorifi=
cationis. In nomine iesu facta sũt
signa per que credebant apostolo
rum sermonibus: et sic dũ ad noti=
ciam patris peruenirent glorifica
batur pater in filio.

¶ Si diligitis me mandata
mea seruate: ⁊ ego rogabo pa
trem: ⁊ alium paraclytũ dabit
vobis vt maneat vobiscũ in
eternũ: spiritũ veritatis quem
mundus non põt accipere: qꝛ
non videt euꝫ: nec scit eũ. Uos
autẽ cognoscetis eũ: qꝛ apud
vos manebit: et in vobis erit.
¶ Chry. Qꝛ dominus dixerat. Qđ=
cunqꝫ petieritis: hoc faciã. vt non
estiment omnẽ simpliciter petitio=
nẽ valere: induxit. Si di. me mã. mea
ser. q. d. tunc faciam quod petitis.
Uel qꝛ audientes: qm̃ ad patrẽ va=
do. consequẽs erat eos turbari di
cit: non est hoc me amare vt turbe
mini: sed vt faciatis mãdata mea:
hoc ẽ ei amor obedire et credere ei
qui diligit. Qꝛ vero consequẽs erat
eos vehemẽter inquirere carnis
pñtiã: et illã hr̃e ꝯsolationẽ quam
prius habuerũt subiungit. Et ego
ro. pa. et aliũ para. da. voƀ. Aug.
In quo oñdit et seipsum esse para
Spũs sanctus qõ paraclyt⁹. clytum. Paraclyt⁹ autẽ latine đr ad
uocat⁹: et dcm̃ est de xp̃o: aduoca=
tũ hẽm⁹ apud patrẽ iesũ xp̃ꝫ iustũ.
Alcui. Ul' paraclytũ. i. cõsolatore ꝫ.
hẽbãt. n. et tunc vnũ cõsolatorẽ ꝗ
miraculorũ dulcedine ⁊ predicatio
ne eos erigere ⁊ cõfortare solebat.
Didy. de spũ scto. Sꝫ spm̃ scm̃ aliuꝫ
paraclytũ nõiauit: nõ iuxta natu=
re dr̃iam sed iuxta operationis
diuersitatẽ. Cũ ei saluator media=
tor ꝫ legati ꝑsonã hẽbat ex ꝗ põti=
fex depcẽt ꝓ pctis nr̃is spũscs̃ ꝫm
aliã significationẽ ꝑaclyt⁹ ab eo ꝙ
ꝯsolat' i tristicia positos nũcupat⁹
est. Uerũ noli ex filij ⁊ spũscti opa
tione diuersa varias estimare na=
turas: siqđẽ in aliõ loco reperit pa
raclyt⁹ spũs: legati apud pr̃em ꝑso=
na fungi vt ibi. Ipse spũs interpel
lat ꝓ nobis. Saluator quoqꝫ ꝯsola
tionẽ opatur in cordibus eorum: qꝛ
indigẽt: scriptũ est eñ. Et humiles
pplĩ sui cõsolatus est. Chr. Ait ãt.
Rogabo patrẽ: vt fidedignũ faciat
eis sermonẽ: qm̃ si dixisset. Ego mit
tã: nõ simplr̃ credidissent. Augu. cõ
tra arrianos. Qui tñ vt inseparabi
lia sua ⁊ p̃ris opa demõstraret ali=
bi. ait. Cũ abiero mittã eũ ad vos.
Chry. Quid aũt aplĩs plus hr̃et: si
p̃rem solũ rogaret vt spm̃ alijs da
ret: qm̃ illi multotiẽs ⁊ sine oratio
ne ostenduntur hoc facientes. Al
cui. Rogabo igitur dicit vt inferior
ꝫm humanitatem patrem meũ: cui
sum equalis et cõsubstantialis ꝫm
diuinam naturam. Chrysosto. Di
cit autem vt maneat vobiscum in
eternum: quoniam neqꝫ post morte
recedit. per hoc etiam occulte insi
nuat ꝙ spiritussanctus non patiet
mortem vt ipse neqꝫ abibit. Ne au
tem paraclytum audientes rursus
incarnationem aliam suspicentur
et oculis putent eum videre subiũ
git. Spiritum veritatis quem mũ
dus non potest accipere: quia non
videt eum: nec scit eum. Augusti.
Hic est vtiqꝫ in trinitate spiritussã
ctus quem patri et filio consubstã
tialem et coeternum fides catholi
ca profitetur. Chrysostomus. Spi
ritum autem veritatis eum vocat
per hoc ꝙ figuras veteris testamẽ
ti manifestat. Mundum autem hic
malos dicit. visionem autem certis
simam cognitionem dicit: qꝛ [illegible] vi
sus est apertior sensus. Beda. No
ta etiam ꝙ cum spiritumsanctum
spiritum veritatis dicit: spiritũsan
ctũ esse spiritum suũ ostẽdit. Dein
de cum a patre eum dari narrat: Spũs [illegible] ratis
p̃ris etiã eum spiritũ esse declarat quõ [illegible] intel
atqꝫ per hoc spũsanctus a patre ꝓce ligi[illegible]r.

dit z filio. Greg. v. mora. Spũs autẽ
sctũs oẽm quẽ repleuerit: ad deside
randa inuisibilia accẽdit: z quoniã
mũdana corda solum visibilia dili=
gũt: hũc mũdus nõ accipit: qi ad di=
ligenda inuisibilia nõ assurgit. Se=
culares etenĩ mẽtes quãto se foras
per desideria dilatãt: tanto ad rece=
ptionẽ illius signũ cordis angustãt.
Augu. Sic aũt mundũ. i. mũdi dile
ctores dicit nõ posse accipe spm̃ san=
ctum: velut si dicam⁹. Iniustitia iu=
sta esse non põt. Mũdus ergo. i. mũ
di delectores nõ potest eũ accipere:
qi non videt eum. Non enĩ habet in
uisibiles oculos mundana dilectio:
per quos videri. spũssanct⁹ nisi inui
sibiliter non potest. Sequit. Uos au
tem cog. euz: qi apud vos manebit.
Sed ne putarent qđ dictũ est. Apud
vos manebit: ita dictũ quẽadmodũ
apud hoies hospes visibiliter ma=
nere ꝯsueuit: adiecit. In vobis erit.
Chrysosto. q. d. Non ita apud vos
manebit sicut ego: sꝫ in vestris habi
tabit animabus. Augustinus. Pri⁹
autem est esse alicui: post manere.
Sꝫ exposuit qđ dixerat. Apud vos:
cum adiũxit. In vobis. Si enĩ nõ sit
in vobis: non potest esse in voƀ eius
scientia. sic enim a vobis videtur in
vobis et vestra consciẽtia. Grego. ij.

Qđ pulchra.

mora. Si aũt spũssanct⁹ i discipulis
manet: quomodo iam singulare si=
gnuz erit quod in mediatore perma
net: ſm illud. Supra quẽ videris spi
ritum descendentez et manentẽ: hic
est qui baptizat. quod tamẽ citi⁹ co
gnoscimus si dona eiusdez spiritus
discernam⁹. In his enim donis sine
quibus ad vitam perueniri non po
test: spiritussanct⁹ in electis omnib⁹
semper manet. In illis aũt quibus
non nostra vita seruat: sed aliorum
queritur: nequaꝙ semp manet. Ali
quãdo enim seia signorũ ostensioni
bus subtrahit vt eo humilius virtu
tes eius habeant. christus autez in
unctis euz et semp habet presentẽ.
Chrysosto. Hic autez sermo opposi
tas hereses velut vno ictu sustulit.
nam dicere aliũ ostendit eius: id est
spiritus hypostaseos differentiam:
dicere vero paraclytum substantie
cognationẽ. Augusti. contra sermo.

arria. Consolatorez enim quod offi — Hereses
ciuz tanꝙ persone infime in trinita — opposi=
te spiritui sancto deputant. deum di — te colli=
cit apostolus: ſm illud. Is qui cõso — duntur.

latur humiles: cõsolat⁹ est nos de⁹.
Deus est itaꝙ spiritussanct⁹ qui cõ
solatur hũiles: aut si hoc de patre:
vel filio dictũ ab apostolo volũt acci
pi: desinant consolationis tanꝙ mu
nere proprio separare a patre et fi
lio spiritũsanctũ. Aug. sup Joã. Si
cuz charitas dei diffusa sit in cordi
bus nostris per spm̃ sanctũ qui dat⁹
est noƀ: quomodo diligem⁹ et mãda
ta christi seruabim⁹ vt eum accipia
mus: quem nisi habuerim⁹: dilige
re et mãdata seruare non possum⁹:
an forte precedit in nobis charitas
qua diligamus christũ. vt diligẽdo
christũ eiusꝙ faciendo mãdata me
reamur accipe spiritũsanctũ vt cha
ritas dei patris diffundat in cordi
bus nostris: peruersa est ista sentẽ
tia. Qui eniz se filiũ dei diligere cre
dit et patrẽ non diligit profecto nec
filium diligit: sed quod sibiipsi vide
tur confinxit. Restat ergo vt intelli=
gamus spm̃sanctuz habere qui dili
git: et habendo mereri vt plus ha
beat: et plus habendo plus diligat.
Iaz itaꝙ habebant spiritũ discipu
li quẽ domin⁹ promittebat: sꝫ dãdus
eis erat amplius. habebãt occulte:
accepturi erant manifeste: proinde
nonsolum nõ habẽti: verũetiam ha
benti non incassuz pmittit: nõ habẽ
ti quidem vt habeatur. habenti aũt
vt amplius habeatur. Chryso. Qñ
igitur discipulos purgauerat per sa
crificium passionis: et peccatuz solu
tum erat: et ipsi ad pericula et ago
nes mittebant: oportebat spiritum
sanctũ venire abundanter. Non au
tem statim post resurrectionez: vt in
multo eius constituti desiderio: cuz
multa euz suscipiant gratia.

¶ Nõ relinquã vos orphanos:
veniã ad vos. Adhuc modicũ:

et mundus iam me non videt. Vos autẽ videtis me:qꝛ ego viuo: et vos viuetis. In illo die vos cognoscetis:qꝛ ego sum in patre meo:et vos in me:et ego in vobis. Qui habet mandata mea et seruat ea:ille est qui diligit me. Qui autẽ diligit me:diligetur a patre meo:et ego diligam eum:et manifestabo ei me ipsum.

¶ Aug. Ne quis putaret ꝙ ita spm̃ scm̃ dñs daturꝰ fuerat:velut per se ipm̃ nõ ꝛ ipse eẽt futurꝰ cũ eis adiecit ꝛ ait. Nõ relinquã vos orphanos. Orphani pupilli sunt. Illud enĩ est grecũ:hoc latinũ. Quãuis ergo nos filiꝰ dei suo patri adoptauit filios: tñ in hꝰ etiã ipe erga nos ipaternum ondit affectũ. Et quidẽ a principio dixerat. Uenietis quo ego vado. sꝫ qꝛ hoc lõgũ tps erat: pmisit spm̃. Et qꝛ nesciebant qd est hoc pmittit eis suã p̃sentiã quã marie qrebãt cũ dicit. Ueniã ad vos. Ne tñ rursus eãdem qrãt p̃ntiã: qualẽ ꝛ priꝰ habuerunt:occulte hoc excludit cũ subdit. Adhuc mo. ꝛ mũ. me iam nõ vi. vos aũt vide. me. ac si diceret. Ueniã quidem ad vos :mõ tñ vt priꝰ vobiscũ p vnãquãqꝫ diẽ ꝯsistens. Et ne dicãt. Qualiter igit̃ iudeis dixisti. Amodo nõ videbitis me. soluit opinionẽ dicẽs. Ad vos solos veniã. Aug. Ui debat enĩ tũc eũ mũdꝰ carneis oculis in carne ꝯspicuũ. nõ aũt videbat ꝙ in carne ṽbũ latebat: sꝫ quoniam post resurrectionẽ etiã carnẽ suam quam non solum videndam:verum etiam contractandã demonstrauit suis : noluit demonstrare non suis: hinc dictum est. Adhuc modicum et mundus iam me non videt. vos autem videbitis me. Sed quoniã in iudicio eum mundus videbit:quo nomine significati sunt a regno eiꝰ alieni: melius intelligitur illud etiam tempus significare voluisse quãdo in fine seculi auferetur ab oculis dã-

Orphanus vox greca.

natorum : vt eum decetero videant diligentes. Modicum autem dixit: quia id quod prolixum videtur hominibus : breuissimũ est ãte oculos dei. Sequitur: qꝛ ego viuo et vos viuetis. Theo. q. d. Et si mortẽ subiero:tamen resurgo:vos quoqꝫ viuetis:hoc est cũ videritis me letabimini:ꝛ tanqꝫ mortui reuiuiscetis in apparitione mea. Chryso. Mihi autẽ videtur vitam nõ p̃sentẽ dicere sed futurã: ac si dicat. Mors crucis non distare faciet vos a me in finem:sed momẽto paruo occultabit me a vobis. Augu. Cur autẽ de p̃senti se dixerit viuere:illos autẽ de futuro eẽ victuros:nisi qꝛ et vitam carnis resurgẽtis qualis in ipso precedebat et illis est pollicitus secuturaꝫ:et qꝛ ipsiꝰ mox futura erat resurrectio: p̃sentis tpis ponit verbum: ꝓpter significãdã celeritatẽ. Illorum autẽ qm̃ seculi differẽ in finẽ non ait:viuitis:sed viuetis. Quia ṽo viuet ille: ideo ꝛ nos viuemꝰ. per hoĩem quippe mors : ꝛ per hoĩem resurrectio mortuorũ. Sequit̃. In illo die. de quo scꝫ ait. Et vos viuetis. Uos cognoscetis. cõtemplãdo: quis et nũc credendo nouerimꝰ. qꝛ ego sum in patre:et vos in me et ego in vobis. qꝛ qñ viuemus ea vita qua mors absorbetur: tũc perficietur hoc ipꝫ qd nũc ichoatum est iam per ipm̃ : vt sit in nobis et nos in ipso. Chryſ. Uel in illo die cũ resurgã cognoscetis: qꝛ cum viderunt eũ resurrexisse et esse cum eis: tunc certissimã fidem didicerũt. Magna enĩ erat virtus spũssancti q̃ ola eos docebat. Qd aũt dictũ est. Ego suꝫ in patre: hũilitatis est. Qd autẽ dicit. Et vos in me et ego in vo. humanitatis est ꝛ auxilij qd est a deo. Cõsueuit enĩ scriptura multotiens eisdem verbis in deo ꝛ hoĩbus possetis nõ sĩr vti. Hyla. viij. de tri. Uel hoc dicit vt cũ ille in patre p naturã diuinitatis esset:nos aũt in eo p corporalẽ eiꝰ natiuitatẽ: ꝛ ille rursus in nobis p sacramẽti mysterium inesse crederet. Ipe enĩ testatꝰ est:qui edit carnẽ meã: ꝛ bibit sanguinẽ meũ:in

Anag... gica ... positi...

niēdo: venimus obediendo: veniūt
illuminādo: venim⁹ intuēdo: veniūt
implendo: venim⁹ capiēdo: vtsit no
bis eoꝝ nō extranea visio sed in-
terna. et in nobis eoꝝ non transito
ria mansio sed eterna. vñ sequitur.
Et mansio. apud eū facie. Grego. in
home. In quorūdam etenī corda ve
nit et mansionē nō facit: qꝛ per com
punctionē quidē respectū dei perci
piunt: sed tētationis tpe hoc ipm qd
cōpuncti fuerant obliuiscūtur. sicqꝫ
ad perpetrāda pctā redeūt: ac si hec
minime planxissent. Qui ergo deuꝫ
vere diligit in eius corde dñs venit
et mansionē facit: qꝛ sic eū diuinita
tis amor penetrat: vt ab hoc amore
tentationis tpe nō recedat. Ille enī
vere amat cuius mentem delectatio
praua ex cōsensu nō superat. Aug.
An forte putabit māsionē in dilecto
re suo facientibus patre et filio exclu
sus esse ab hac māsione spūsanct⁹?
Quid ē ergo qd superius ait de spū
sancto apud vos manebit et in vobis
erit: nisi forte quisqꝫ sic absurdus ē
vt arbitref cum pater et filius vene
rint discessurū inde spmsctm tanqꝫ lo
cum daturū maiorib⁹? Sed et huic
carnali cogitationi occurrit scriptu
ra cū dicit: Ut maneat vobiscum in
eternū. In eadē ergo mansione cuꝫ
ipsis erit ineternum: qꝛ nec ille sine
ipsis venit: nec illi sine eo: sed ppter
insinuationē trinitatis: psonis sin-
gulis nolatis dicūtur qdam: non tñ
alijs sepatis intelligūtur: ppt eius
dem trinitatis substantiā. Greg. in
home. Tanto aūt quisqꝫ a superno
amore disiungif quanto inferi⁹ dele
ctatur. vñ subdif. Qui nō di. me ser
mo. meos non seruat. De dilectione
ergo conditoris lingua mēs et vita
requiraf. Chryso. Uel aliter totum.
Estimauit iudas: sicut mortuos vi-
demus in somno: ita et se eū esse vi
suros. vnde querit. Quid est qꝫ de-
bes te manifestare nobis et nō mū
do. q. d. ve nobis qñ morieris: et vt
mortuus debes nobis assistere. Ne
igitur hoc suspicentur dicit. Ego et
pater ad eum veniem⁹ q. d. Sicut pa
ter manifestat seipsū: ita et ego: et mā
sionem apud eum faciemus: quod
somniorum non est. Sequitur. Et
sermo. quem audi. nō est meus: sed
eius qui mi. me patris. q. d. non me
solum: sed neqꝫ patrem amat qui hūc
non audit sermonē. Dicit autē hoc:
quoniā nihil extra patreꝫ loquitur:
neqꝫ preter id quod illi videtur. Au
gu. Et fortasse propter aliquā distin
ctionem. vbi suos dixi: pluraliter
sermones dixit dicens. Qui non di-
ligit me sermones meos nō seruat.
Ubi autē sermonē hoc est verbum
non suū esse dixit: sed patris: seipm
intelligi voluit. non enim solum sed
patris est verbū: quomodo nec sua
imago sed patris: nec suus filius sꝫ
pris. Recte igif auctori tribuit qd
facit equalis a quo habet hoc ipm
qꝫ illi est indifferēs equalis. Chrys.
Quia vero eorū que dixerat: quedā
manifesta erant. et quedam non in-
tellexerunt: vt non turbarētur sub-
iungit. Hec lo. sum vobis apud vos
manens. Augusti. Alia est illa man
sio quā promisit futuram: alia vero
hec quā psentē esse testatur. illa spi
ritalis est atqꝫ intrinsecus mentib⁹
redditur: hec corporalis forinsecus
oculis atqꝫ aurib⁹ adhibef. Chrys.
Ut autē eius corporalē recessum fa-
cilius sustinerent: pparat eos pmit
tens qꝫ eius recessus magnorꝫ eis
esset futurus causa bonoꝝ: qꝛ donec
ipse apd eos corporaliter manebat:
et spūs nō venerat: nihil magnū po-
terant scire. vnde sequif. Paracly⁹
aūt spūssctūs quē mit. pater in nōie
meo ille vos do. oīa: et sug. vo. omia
quecūqꝫ dixero vobis. Grego. Greca
locutiōe paracly⁹: latina aduoca-
tus dicif vel consolator. Qui idcirco
aduocatus dicif: qꝛ pro errore delin
quētiū apud iustitiā patris interue
nit: dū eos quos repleuerit exoran-
tes facit. Consolator aūt idē spūs vo
catur: qꝛ de peccati ppetratione me-
rentibus dum speꝫ venie preparat:
ab afflictione tristitie menteꝫ leuat.
Chrysosto. Continue autē eum pa-
racly⁹ vocat propter cōtinētes eos

Amoris veri signum.

Mansionis promisse qualitas.

tribulationes. Didymus de spiritu sancto. Spiritū aūt sanctū a patre in suo mitti noie saluator affirmat: cū pprie nomē saluatoris sit filius: siquidē nature cōsortiū: et vt ita dicā pprietas psonarū ex ista voce signi ficat. filij quippe tantūmodo est in noie patris venire: salua pprietate filij ad patrē. nullus aūt ali⁹ venit in noie patris: sed verbi gratia. In noie dñi dei et oīpotētis. Quomodo igit serui qui in noie dñi veniūt: p hocipsum q subiecti sunt et seruiūt indicāt dñm: serui quippe sunt dñi: sic et filius qui venit in noie patris: portat eius nomē p hoc q vnigenit⁹ dei filius approbat. Qr ergo spiritussanctus in noie filij a patre mittitur: ostendit qr vnitate sit iunctus ad filiū: vñ et filij dictus est spiritus p adoptionē suā: filios faciens eos qui se recipere voluissent. Iste aūt spiritussanctus qui venit in noie filij missus a patre: docebat oīa eos qui in fide xpi pfecti sunt. Oīa autē illa q̄ spiritualia sunt et intellectualia veritatis et sapientie sacramēta. Docebit vo nō sicut q̄ artes aliquas et sapientiā studio industriaqꝫ didicere sꝫ quasi ipsa ars atqꝫ doctrina et sapiētia: veritatisqꝫ spiritus inuisibiliter menti insinuat sciam diuinorum. Grego. Nisi aūt idē spirit⁹ cordi adsit audientis: ociosus est sermo doctoris: nemo ergo docenti homini tribuat qd ex ore docētis intelligit: qr nisi intus sit qui doceat: doctoris lingua exterius in vacuū laborat. Sed et ipse conditor nō ad eruditionē hominis loquit: si eidē homini p vnctionē spiritus nō loquat. Augu. Nunquid aūt dicit filius et docet spiritussanctus: vt docente filio verba capiamus. docente aūt spiritussancto eadē verba intelligamus? Oīa igitur et dicit et docet trinitas. Sꝫ nisi etiā sigillatim cōmēdaret: eā nullo modo hūana caperet vtcumqꝫ posset infirmitas. Grego. Requirendū vo nobis est cur de eodē spiritu dicat. Suggeret vobis oīa: cuꝫ suggerere soleat esse minoris: sed qr suggerere aliquando dicimus subministrare: inuisibilis spirit⁹ suggerere dicitur nō q nobis sciam ab imo inferat: sꝫ ab occulto. Aug. Uel q addit. Suggeret. i. cōmemorabit vos: intelligere debem⁹ etiā q iubemur nō obliuisci saluberrima monita ad gratiā pertinere: qua nos ꝯmemorat xps. Theophi. Spiritus itaqꝫ sanctus et docuit et cōmemorauit. docuit quidē quecūqꝫ nō dixerat eis xps tāqꝫ nō valentibus portare. Cōmemorauit vero quecūqꝫ dñs dixerat: sed obscuritatis causa vel intellectus tarditate: cōmēdare memorie nequiuerūt. Chryso. Quia vero et hec audiētes turbabant excogitātes odia et ꝓlia sibi imminere post eius recessum: rursus eos cōsolat dicens. pacē relinquo vobis: pacem meam do vobis. Augustinus. Pacem nobis reliquit in hoc seculo: in qua manētes hostem vincimus: et vt etiā hic inuicē diligam⁹: pacē suā nobis dabit in futuro seculo: qn sine hoste regnabimus: vbi nunqꝫ dissentire possum⁹. Pax aūt nobis ipse ē et cū credim⁹ qr est. et cū videbimus eū sicuti est. Sꝫ quid est q vbi dicit. Pacē relinquo vobis: nō addit meā: vbi vero ait. Do vobis: ibi dixit meā: vtrū subaudiendū est meā: et vbi dictū nō est: an forte et hic aliquid latet? Pacē enim suā eā voluit intelligi qualē habet ipse. Pax vero ista quā nobis reliquit in hoc seculo: nostra potius dicenda est q̄ ipsius. Illi qppe nihil repugnat in seipso. qr nullū habet omnino peccatū: nos aūt talē pacē nunc habemus: in qua adhuc dicamus. Dimitte nobis debita nostra. Itēqꝫ inter nosipsos est nobis pax: qr inuicē nobis credimus q inuicē diligamus. Sed nec ipsa plena est: qr cogitationes cordis nostri inuicē nō videm⁹. Nec ignoro ista dñi vba etiā sic accipi posse: vt eiusdē sententie repetitio videat. Quod vero dñs adiunxit. Nō qūo mundus dat ego do vobis. Quid est aliud: nisi nō qūo homines dant qui diligunt mundum? qui propterea sibi dant pacē:

Doctrina spūssancti.

Pax duplex a deo.

vt sine molestia viuant. Et quando iustis dant pacem vt non eos persequantur. pax esse non pōt vera: vbi nō est vera cōcordia: quia disiuncta sunt corda. Chry. Pax etiā exterior ad malū fit multotiens: et eis qui habent eam nihil prodest. Augusti. de ver. domi. Est aūt pax serenitas mētis: trāquillitas animi: simplicitas cordis: amoris vinculū: consortium charitatis. Nec poterit ad hereditatem domini peruenire qui testamentū pacis noluerit obseruare: nec potest concordiam habere cum christo qui discors voluerit esse cum christiano.

Pax ha notatur

¶ Nō turbetur cor vestrū neqꝫ formidet. Audistis: quia ego dixi vobis vado et venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ: quia vado ad patrem: quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusqꝫ fiat: vt cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius: et in me non habet quicquā. Sed vt cognoscat mundus quia diligo patrem: et sicut mandatū dedit mihi pater: sic facio. Surgite eamus hinc.

¶ Chryso. Quia dixerat. Pacem relinquo vobis quod erat recedentis hoc poterat eos conturbare. ideo dicit. nō turbetur cor vestrum: neqꝫ formidet: quoniam hoc quidem ex dilectiōe. illa vero ex formidine patiebātur. Augusti. Hinc autem turbari et formidare poterat cor illorum ꝙ ibat ab eis: quis venturus ad eos ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet pastoris absentia. vnde sequitur. Audistis quia ego dixi vobis. Vado et venio ad vos. Ibat autem per id ꝙ homo erat et manebat per id ꝙ deus erat. Cur itaqꝫ turbaretur et formidaret cor: quando sic deserebat oculos vt non desereret cor. Ut autem intelligerēt secundum id quod homo erat eum dixisse. Vado et venio ad hoc subiecit atqꝫ ait. Si diligeretis me: gauderētis vtiqꝫ: quia vado ad patrē: quia pater maior me est. Per quod ergo filius non est equalis patri: per hoc erat iturus ad patrem: a quo et venturus est iudicaturus viuos et mortuos. Per illud autem in quo est equalis gignenti: nunqꝫ recedit a patre: sed cum illo est vbiqꝫ totus pari diuinitate: quam nullus continet locus. Ipse ergo filius dei equalis patri in forma dei: quia semetipsū exinaniuit: nō formā dei amittēs: sed formam serui accipiens: maior est etiam seipso: quia maior est forma dei: que amissa non est: qꝫ forma serui que accepta est. Hec igitur est forma serui: in qua dei filius minor est non patre solo: sed etiam spiritu sancto: secundum hanc formam serui. puer christus etiam parentibus minor erat: quando paruus maioribus sicut scriptum est subditus erat. Agnoscamus igitur geminam substantiam christi: diuinam scilicet qua equalis est patri: et humanam qua maior est pater: vtrumqꝫ autē simul: non duo sed vnus est christus ne sit quaternitas: sed trinitas deus. ideo ergo dixit. Si diligeretis me gauderetis vtiqꝫ: quia vado ad patrem: quia nature humane gratulandum est: eo ꝙ sic assumpta est a verbo vnigenito vt immortalis constitueretur in celo: atqꝫ ita fieret terra sublimis: vt incorruptibilis puluis sederet ad dexterā patris. Quis nō hinc gaudeat: qui sic diligit christū. vt suam naturam iam immortalem gratuletur in christo: atqꝫ ipsum speret futurum esse per christū. Hyla. nono de trini. Vel aliter. Si donātis auctoritate pater maior me est: nūquid per doni confessionem minor filius est? Maior itaqꝫ donans est: sed minor iam non est cui vnum esse donatur. Chrysostomus. Vel aliter. Nondum nouerant apostoli quid sit resurrectio quam predixerat di-

Christus hō minor patre.

cis. Vado et venio ad vos: neque qualem oportebat de eo opinionem habebant: patrem vero magnum esse estimabant. Dicit igitur eis. Et si de me formidatis vt non sufficiente mihi ipsi assistere: neque confiditis quod post crucem rursus vos videbo: tamen audientes quoniam ad patrem vado oportebat letari: de reliquo quoniam ad maiorem vado: et potentem omnia versuta dissoluere. Hec autem omnia ad imbecillitatem discipulorum dicebantur. Et ideo subdidit. Et nunc dixi vobis priusquam fiat vt cum factum fuerit credatis. Augustinus.

Fidei laus

Quid est hoc cum magis credere homo debeat antequam fiat id quod credendum est? Hec est enim laus fidei si quod creditur non videtur. nam et ille cui dictum est. Quia vidisti credidisti: aliud vidit: aliud credidit vidit hominem credidit deum. Sed si dicuntur credi que videntur sicut dicit vnusquisque oculis suis se credidisse. non tamen ipsa est que in nobis edificatur fides: sed ex rebus que videntur acquiritur in nobis vt ea credantur que non videntur. Illud itaque dicit. Cum factum fuerit: quod eum post mortem visuri erant viuentem: et ad patrem ascendentem: quo viso fuerant credituri quod ipse esset christus filius dei qui hoc potuit facere et predicere antequam faceret. Crediturі autem hoc non fide noua: sed aucta: aut certe cum mortuus esset defecta cum resurrexisset refecta. Hyla. nono de trinitate. Glorie autem resumende meritum continuo subiecit dicens. Jam non multa loquar vobiscum. Beda. Ideo hoc dicebat: quoniam iam instabat tempus vt comprehenderetur: et ad mortem traderetur. Venit enim princeps mundi huius. Augu. Quis nisi diabolus? non autem creaturarum: sed peccatorum princeps est diabolus. Unde apostolus cum dixisset. aduersus rectores mundi sequenti verbo exposuit: quid dixisset mundi: cum subiungit tenebrarum harum. i. hominum impiorum. Et in me non habet quicquam. Quia

Diabolus quomodo princeps mundi dicitur.

neque cum peccato deus venerat: nec eius carnem de peccati propagine virgo pepererat. Et tamquam ei diceret. Cur ergo morieris: si non habes peccatum cui debetur mortis supplicium? continuo subiungit. Sed vt cog. mundus quia diligo pa. et sicut man. de. mihi pater sic facio. Surgite eamus hinc. Discumbens enim discumbentibus loquebatur. Eamus autem dixit ad illum locum vbi fuerat tradendus ad mortem: qui nullum habebat meritum mortis: sed habebat vt moreretur mandatum patris. Augu. Contra arrianos. Quod autem voluntati et precepto patris obediens est filius: nec in hominibus demonstrat diuersam imparemque naturam patris precipientis: et filij obedientis huc accedit quod christus non tantum deus est: qua natura equalis est patri: sed etiam homo: qua natura minor est patre. Chryso. Vel hoc quod dicit. Surgite eamus hinc principium est alterius sententie. consequens enim erat eos formidare: et a tempore et a loco in villa manifeste existentes: etenim nox profunda erat: et erat cor sequens eos non attendere his que dicebantur: sed semper circumuoluere oculos: et imaginari eos qui aggressuri eos erant: et maxime audientes. Adhuc modicum vobiscum sum. Et venit princeps mundi huius. Qui igitur hec et huiusmodi audientes turbabantur vt mox capiendi: ducit eos in locum alium: vt estimantes se in cautela esse cum ocio de reliquo audiant. magna enim dogmata erant audituri. Capitu. xv.



Ego sum vitis vera: et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: et omnem qui fert fructum purgabit eum vt fructum plus afferat. Jam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis.

ostiaria vilis. neq̄ dixit. Seducto-
ris discipul⁹ es: sed hoīs illi⁹ q̄ꝺ mi
serētis erat. Dicit aūt. Nūq̄d ⁊ tu:
q: ioānes intus erat. Aug. Sed q̄d
mirū si deus vera p̄dixit: hō aūt fal
sa p̄sumpsit? Sane i ista: q̄ iā cepta
est: negatione petri debem⁹ aduerte
re nō solū ab eo negari xp̄m q̄ dicit
eū nō esse xp̄m: sed ab illo etiā q̄ ne
gat se eē xp̄ianū. Dñs eñ nō ait pe
tro. Discipulū meū te negabis: sed
me negabis. negauit ergo ipsuz cū
se negauit esse discipulū. Quid aūt
aliud isto modo q̄ se negauit esse
xp̄ianū? cū multi postea etiā pueri
⁊ puelle potuerūt mortē p xp̄i ɔfes
sione cōtēnere ⁊ regnū celorū forti-
ter introire: q̄ꝺ tūc iste nō potuit q̄
claues regni ei⁹ accepit. ecce vñ di
ctū est. Sinite hos abire: q: quos de
disti mihi: non pdidi ex eis quēq̄.
vtiq̄. n. petr⁹ si negato xp̄o hic iret:
quid aliud q̄ periret? Chry. in ser-
mone de petro ⁊ helia. Icciro aūt

Tropologica expō.

diuine puidentie secretum permisit vt primus ipse laberetur petrus quo erga peccantes duriorem sententiam proprij casus intuitu temperaret. Petrus enim orbis terrarum doctor z magister peccauit z veniam impetrauit: vt hec indulgentie norma z regula iudicantibus preberetur. Idcirco enim non angelis arbitrio commissam sacerdotij potestatem: ne cum ipsi minime peccarent: in peccatoribus sine misericordia vindicarent. Homo passibilis supra homines ordinatur: vt dum ipse in alijs suas recolit passiones mitem apud eos se prebeat z benignum. Theophi. Quidam tamen inanem quandam gratiam apponentes petro dicunt q ideo negauit petrus. quoniam volebat semper esse cum christo: et sequi continue. Nouit enim q si fateretur se esse de christi discipulis: diuideretur ab eo: z non haberet vltra spacium sequendi videndiq dilectum. vnde simulabat se officium gerere ministrorum ne vultus mesticia cognitus excluderetur. vnde sequitur: Stabant autem serui et ministri ad prunas: quia frigus erat et calefaciebant se. Erat autem et Petrus stans cum eis et calefaciens se. Augu. Non hyems erat: et tamen frigus erat: quale solet esse eq noctio verno accidere. Greg. ij. mo. Iam autem intra charitatis calore petrus torpuerat: et ad amorem persecutorum quasi ad persecutorum prunas infirmitate estuante recalebat.

Petrus ire negare permissus.

¶ Pontifex ergo interrogauit Jesum de discipulis suis z de doctrina eius. Respondit ei iesus. Ego palam locutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga z in templo quo omnes iudei conueniunt: z in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis ecce hi sciunt que dixerim ego.

¶ Chryso. [illegible] nullum crimen inferre poterat: de discipulis interrogabat. vnde dr. Ponti. er. i. ie. de discipulis suis. fortassis vbi erant: vel cuius gratia eos collegit. hoc autem dicebat quasi seditiosum et nouarum rerum factorem eum redarguere volens: quasi nullo alio attendente eis quam eius discipulis. Teophi. Explorat insuper de doctrina eius. vnde sequitur. Et de doctrina eius cuiusmodi. s. foret vtrum a lege discrepans et aduersa moysi: vt exinde occasione concepta vt det emulum perdat. Alcuinus. Non enim cognoscende veritatis amore interrogat: sed vt causam inueniret qua eum accusare potuisset: et tradere romano presidi ad damnandum. Sed dominus ita temperauit responsionem: vt nec veritatem taceret: nec se defendere videretur. Sequitur enim. Respondit ei iesus. Ego palam locutus sum mundo. ego semper docui in synagoga z in templo: quo omnes iudei conueniunt et in occulto locutus sum nihil. Augu. Non preterenda nascitur hic questio. si enim ipsis discipulis non loquebatur palam: sed horam promittebat quando palam fuerat locuturus quomodo palam locutus est mundo? Deinde ipsis discipulis suis multo manifestius loquebatur quam cum eis erat remotus a turbis. tunc enim et parabolas aperiebat: quas clausas proferebat ad alios. Sed intelligendum est ita eum dixisse. Palam locutus sum mundo: ac si dixisset. Multi me audierunt: z rursus non erat palam: quia non intelligebant: et q seorsum discipulis loquebatur non in occulto vtique loquebatur. Quis namque in occulto loquitur coram tot hominibus loquitur? presertim si hoc loquitur paucis: q per eos velit innotescere multis. Theo. Reminiscitur autem hic propheteis que dicit. Non in occulto locutus sum: nec in occulto terre tenebroso. Chry. Ut locutus est quidem in occulto: sed non vt hi estimabant trepidans z seditionem faciens: sed vbi multorum auditione superiora erant que dicebat volens. autem ex superabundantia fidedignum constituere sub

Questio notabilis.

testimoniũ subdit. Q̃ … me iterro.
Interro.eos qui audi.quid loc. suz
ipsis. Ecce hi sciũt que dixeriz ego.
q.d. Tu me de meis interrogas:in-
terroga inimicos meos q̃ insidiant
mihi. sicut aũt hec verba ↄfidentis
in eoꝛuz q̃ dicta erant veritate. Hec
est eñ veritatis ialtercabilis demõ
stratio:cũ inimicos quis inuocat te
stes. Augustinus. Ipsa eñ q̃ audie
rant etinõ intellexerãt talia erãt vt
non possent iuste ac veraciter crimi
nari:et quotiẽscunq̧ interrogando
tentarũt vt inuenirent vnde accusa
rẽt eum:sic eis respondit:vt omnes
eoꝛũ retunderẽtur doli:et calũnie eo
rum frustrarentur.

¶ Hec autez cum dixisset:vn⁹
assistens ministroꝛũ dedit ala-
pam iesu dicens. Sic respõdes
pontifici? Respõdit ei iesus. Si
male locutus sum:testimoniuz
perhibe de malo: si autẽ bene:
quid me cedis? Et misit euz an
nas ligatum ad caypham pon
tificem.

¶ Theoph. Cũ iesus astantib⁹ inter
pellasset testimoniũ volens se mini
strer excusare q̃ nõ esset de his q̃ ad
mirabãtur iesum ꝑcussit euz. vnde
dicit. Hec autẽ cũ dixisset vnus assi-
stẽs ministroꝝ dedit alapã iesu.di.
sic respõdes pontifici? Augu. de cõ.
euãge. Hic sane ostẽditur q̃ annas
pontifex erat:nonduz eñ erat mis-
sus ad cayphã cũ hoc diceretur. Et
hos:duos annã ⁊ cayphã pontifices
cõmemoꝛat:etiã lucas in initio euã
gelij sui. Alcui. Hic implet ꝓphetia.
Dedi maxillã meã ꝑcutiẽtibus:sed
iesus iniuste ꝑcussus mãsuete respõ
dit. vñ seqtur. Respõdit ei iesus. Si
male locut⁹ suz testimoniũ ꝑhibe de
malo:si aũt bñ q̃d me cedis? Theo.
q.d. Si habes ex his q̃ nunc a me ꝓ
lata sũt repꝛẽhẽdere: oñde q̃ male di
xeri. qđ sine qs q̃d furis? vl' etiã sic.
Si ꝓperã docui cũ in synagogis do-
cebã:certifica⁹ principẽ sacerdotũ:q̃
sic recte docui: ita vt etiã vos mini-
stri miraremini:q̃d me nũc cedis:quẽ
pri⁹ admirabaris. Aug. Quid ista
respõsiõe verius:mãsuetius:iusti⁹? — *Mãsue-tudo xpi.*
Qui eñ accepit alapã nisiquid vellet
euz q̃ ꝑcussit aut celesti igne ↄsumi:
aut terra dehiscẽte soꝛberi: aut coꝛ-
reptũ demonio volutari: aut etiam
alia hmõi q̃libet pena:vel etiã gra-
uioꝛi puniri? q̃d hoꝝ ꝑ potentiã iu
bere nõ potuisset ꝑ quẽ factus ẽ mũ
dus. nisi patientiã nos docere ma-
luisset: q̃ vincitur mũdus. Hic dicet
aliq̃s cur nõ fecit qđ ipe p̃cepit ꝑcu-
tienti. s. nõ sic rñdere:sed maxillam
debuit alterã p̃bere. Quid q̃ ⁊ man
suete rñdit ⁊ nõ solũ maxillã alterã
iterũ ꝑcussuro:sz totũ coꝛpus figẽdũ
p̃parauit in ligno. ⁊ hinc poti⁹ demõ
strauit sua illa p̃cepta patiẽtie non
ostẽtatiõe coꝛpis:sz cordis p̃paratio
ne fienda. Fieri eñ põtvt alterã ma
xillã visibiliter hõ p̃beat irat⁹: q̃nto
ergo meli⁹ et rñdet vera placatus:⁊
ad ꝑferẽda grauioꝛa trãquillo aĩo
sit parat⁹? Chrysost. Quid igit ↄfis — *Process⁹ tumul-tuarius*
erat:nisi aut redarguere aut acce-
ptare qđ dictũ est. sed hoc nõ fit. ea
eñ que fiebãt nõ erãt iudiciũ:sz se-
ditio ⁊ tyrãnis. Non inueniẽtes aũt
q̃d plus facerent:mittũt eũ ligatuz
ad cayphã. vñ sequit. Et misit eum
annas ligatũ ad cayphã põtificem.
Theo. Suspicantes hũc cũ instutioꝛ
eẽt excogitare aliq̃d posse aduersuz
iesum dignũ moꝛte. Augusti. Ad il-
luz aũt sicut mattheus dicit:ab ini-
tio ducebat qm̃ ipse erat illius anni
princeps sacerdotũ. Alternis q̃ppe
intelligẽdi sunt solere annis agere
põtificatũ:⁊ credẽdũ est sni volũta-
tem cayphe id eẽ factũ. vt iesuz p̄lo
ad annã ducerẽt:vel etiã domos eo
ruz ita fuisse positas:vt nõ deberet
annas a transeũtib⁹ p̃teriri. Beda.
Qđ aũt dicit ligatuz:nõ sic intelligẽ
dũ q̃ tũc tñ fuerit ligat⁹: sz tũc liga
tus est cũ est capt⁹: itaq̧ ligatuz ad
cayphã misit:sicut sibi fuerat p̄sen-
tatus:siue fieri potuit vt ad horam
solueret quatenus discuteret: post
hoc discussus iterum ligaretur:⁊ sic

ad cayphā mitteretur.

¶ Erat autem simon petrus stans et calefaciens se. Dixerūt ergo ei. Nunquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille ⁊ dixit Non sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis cognatus ei⁹ cuius abscidit petrus auriculā. Nonne ego te vidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit petrus: et statim gallus cātauit.

Cōsens⁹ euāgeli⁹ cus.

¶ Augustin⁹. Cū dixisset euāgelista ꝙ iesuz ligatū miserat ānas ad cayphā: reuersus est ad locū narrationis: vbi reliq̄rat petrum: vt explicaret qđ in domo āne de trina eius negatione ɔtigerat. vñ dicit. Erat aūt simō petrus stans ⁊ calefaciens se. Hic recapitulat ante iā qđ dixerat. Chry. Uel multo stupore detinebat q̄ feruidus erat: vt deducto iesu de cetero nō moueret. Sz hoc fit vt discas: quāta nature sit imbecillitas: cū de⁹ holez dereliq̄rit: ⁊ interrogatus rursus etiā negat. vñ seq̄tur. Dixerūt ergo ei. Nūqnid et tu ex discipulis ei⁹ es? Negauit ille: et dixit. Nō suz. Augusti. de cō. euāg. Hoc loco inuenim⁹ nō iā̄ ianuā: sed ad focū stantē: scđo negasse petrū: qđ fieri nō posset: nisi iam redisset postea q̄ foras exierat vt matthe⁹ dicit. neq̄ em̄ iā exierat: ⁊ foris vidit eū altera ancilla: sed cū exiret eū vidit. i. cū surgeret vt exiret: aiaduertit eum: ⁊ dixit his q̄ erāt ibi. i. q̄ simul erāt ad ignē intus in atrio. Et hic cuz iesu nazareno erat. Ille autē q̄ foras exierat: hoc audito rediēs iurauit illis cōtra nitētibus: q: nō noui hominē. Deinde l eo ꝙ ioānes hic ait: dixerūt. Nūquid ⁊ tu ex discipulis ei⁹ es? qđ redeūti ⁊ stanti dictū intelligim⁹. Hoc quoq̄ ɔfirmat: nō illā tm̄ alterā ancillā quā cōmemorāt l hac scđa negatiōe mattheus ⁊ marcus: sz ⁊ aliū quēdā cōmemorat lucas cū petro illud egisse. vñ ioannes dicit. Dixerūt ergo ei. Ioānes aūt secut⁹ de tertia petri negatōe ita explicat. Dicit ei vnus ex seruis pōtificis: cognatus eius cui⁹ abscidit petrus auriculā. Nōne ego vidi te in orto cum illo? Qđ matthe⁹ et marcus nō singulari: sz plurali nūero enūciāt eos q̄ cū petro agebant: cū lucas vnū dicat. Ioānes quoq̄ vnū eūq̄ cognatū ei⁹ cuius abscidit petr⁹ auriculā: facile est intelligere: aut pluralē numerū p singulari vsitata locutione vsurpasse mattheū ⁊ marcuz: aut ꝙ vnus maxime tanq̄ sciēs: ⁊ q̄ eū viderat affirmabat. ceteri autē secuti eius fidē petrū simul vrgebāt. Chryso. Sed neq̄ ortus in memoriā eius reduxit ea q̄ ibi dicta sunt: neq̄ multa dilectio quā illic per verba multa ostēdit. vñ seq̄tur. Iterū ergo negauit petrus: ⁊ statim gallus cātauit. Aug. Ecce medici cōpleta est predictio: egroti cōuicta presumptio. non em̄ factuz est qđ ille dixerat. Animā meā pro te ponā: sed factū est qđ ille p̄dixerat. Ter me negabis. Chryso. Euāgeliste v̄o ɔcorditer negationē petri scripserūt: non discipulū accusantes: sed nos erudire volētes q̄tū malū sit: nō deo totū cōcedere: sed in semetipso cōfidere. Beda. Mystice aūt p primā petri negationē illi designātur: q̄ ante passionē ipsi⁹ negauerūt eū esse deū. per scđam v̄o illi q̄ post resurrectionē eius in diuinitate pariter ⁊ hūanitate offenderunt. Itē per primū galli cantū ipsius designat capitis resurrectio. p secūdū illa q̄ in fine celebrabit toti⁹ corpis. Per primā autē ancillā q̄ petrū negare coegit designat cupiditas. per scđam carnalis delectatio: p vnū seu plures seruos demones qui suadēt christum negare.

Im[p]... xpi ...

Alle... ria ... chia ...

¶ Adducūt ergo iesum ad caypham in pretoriū. Erat autem mane. Et ipsi non introierūt in pretorium vt non contaminarent: sz vt manducarēt pascha. Exiuit ḡ pilatus ad eos foras: et dixit. Quā accusationē affertis aduersus hominē hunc? Re

sponderũt ꝛ dixerũt ei... Si esset hic malefactoꝛ nõ tibi tradidissem⁹ eũ. Dicit ergo eis pilatus. Accipite eũ vos: ꝛ ẜm legẽ vestrã iudicate eũ. Dixerũt ergo ei iudei. Nobis nõ licet interficere quẽq̃. Ut sermo iesu impleretur quẽ dixit significãs qua morte esset moriturus.

¶ Augu. Redit euãgelista ad locũ narrationis sue vbi eã reliq̃rat vt explicaret petri negationẽ. vñ dicit. Adducũt ergo iesũ ad cayphã in ꝑtoriũ. Ad cayphã q̃ppe ab ãna collega ꝛ socero ei⁹ dixerat missum: sed si ad cayphã: cur ad ꝑtorium qd nil aliud vult intelligi q̃ȝ vbi ꝑses pilatus habitauit? Beda. Pretoriũ enĩ dr̃ sedes ꝑtoris. Pretores ṽo dicunt ꝑfecti siue ꝑceptores: eo q̃ ciuib⁹ ꝑcepta donẽt. Augu. Aut igit aliqua vrgẽte causa de domo ãne: quo ad audiendũ ãbo ꝯuenerãt cayphas pręxerat ad ꝑtoriũ ꝑsidis: ꝛ socero suo iesum reliquerat audiẽdũ: aut in domo cayphe ꝑtoriũ pilat⁹ acceperat: ꝛ tãta dom⁹ erat vt seorsũ habitãtẽ dñm suũ seorsũ iudicẽ ferret. Aug. de cõ. euã. Tñ ad ip̃ꝫ cayphã ab initio ducebat ad quẽ in extremo ꝑductus est. sed q2 iã tanq̃ꝫ ꝯuictũ reum adducebãt. cayphe aũt antea visũ fuerat vt iesus moreret: nulla mora interposita est q̃n occidẽdus pilato traderet. Seq̃tur. Erat autẽ mane. Chry. Anteq̃ꝫ gall⁹ cantaret ad caypham ducit. mane ṽo ad pilatũ: ꝑ q̃ demõstrat euãgelista: q2m ꝑ totũ intermediũ noctis a caypha iterrogatus in nullo redarguit: ꝛ idcirco misit eũ pilato: sed illa alijs dimittens enarrãda: ip̃e quesiuit qd deinceps est. Seq̃tur eñ. Et ip̃i non introierunt in pretoriũ. Augusti. Hoc est in eam partẽ domus quã pilatus tenebat si ip̃a erat domus cayphe. Cur autem non introierunt exponit subdens. Ut nõ cõtaminarẽtur: sed mãducarent pascha. Chrysosto. Quoniã tunc iudei faciebãt pascha. ip̃se vero ante vnã diẽ tradidit pascha reseruans suam occasionẽ ferte ferie quando vetus pascha fiebat. vel pascha dicit totũ festum. Augu. Dies enim agere ceperant azimorum: quibus diebus cõtaminatio illis erat: in alienigene habitaculũ intrare. Alcuin⁹. Pascha enim proprie dicebatur dies illa qua agnus ad vesperã quartadecima luna occidebatur. Septem vero dies seq̃ntes dies azimorum dicebantur: in quibus nihil fermentatum in domibus eorum debuit inueniri: sed tamen dies paschalis inuenitur inter dies azimorum: vt apud mattheũ. Prima autem die azimorum accesserunt discipuli ad iesum dicentes. Ubi vis paremus tibi comedere pascha? Pascha etiam dies azimorum inueniuntur nominati sicut hic. Ut manducarent pascha. pascha enim non immolationem agni hic notat: que fiebat q̃rtadecima luna ad vesperam: sed magnam solennitatem que. xv. luna celebrabat post agni immolationem. quartadecima eniꝫ luna dominus sicut et alij iudei in pascha celebrauit quintadecima luna quando magna solennitas celebratur ꝯest crucifix⁹. quartadecima vero luna cepit esse imolatio ex quo captus est in orto. Augustin⁹. O impia cecitas alienigene iudicis pretorio contaminari timebant: et fratris innocentis sanguineꝫ non timebant. Nam q̃ etiam dominus erat ꝛ vite datoꝛ qui occidebatur non eorum conscientie sed nescientie deputetur. Theophi. Sed pilatus vtcunq̃ procedens mitius ip̃se idem egreditur. vnde seq̃tur. Exiuit ergo pilatus ad eos foras. Beda. Hec autem erat consuetudo iudeorum vt quem mortis reum iudicarent victum presidi traderent vt dum preses victũ cerneret. intelligeret morti addictũ. Chrysostomus. Sed videns eum ligatum et a tot ductum non estimauit hoc argumentum: esse inalterabile accusationis sed interrogat. vnde sequitur. Et dixit eis. Quam ac-

Pretoriũ xᵒ q̃s.

Passionis xp̃i tẽpus.

pilati ri gor. cusationes affertis aduersus hominem hunc? Inconueniens enim dicit esse iudicium eos rapuisse: supplicium autem illi concedere. Sed illi renuentes ex directo accusationem: et coniecturis quibusdam vtuntur. vnde sequitur. Responderunt et dixerunt. Si nõ esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Augustinus. Interrogentur atque respondeant ab immũdis spiritibus liberati: ceci videntes: mortui resurgentes: et quod omnia superat: stulti sapientes: vtrum sit malefactor iesus: sed ista dicebant de quibus per prophetam iã ipse predixerat. Retribuebant mihi mala pro bonis. August. de concor. euange. Sed videndũ est ne cõtra sit qđ lucas dicit certa in eo dicta esse crimina. Ceperũt autẽ illum inquit accusare dicentes. Hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostram: et prohibentẽ tributa dari cesari et dicentẽ se christũ regem esse. Sed fm ioannẽ videntur iudei noluisse dicere crimina: vt eorũ auctoritatem secutus pilatus: quid ei obiiceret de fineret querere. Sed ob hoc tãtũ non centem crederet q sibi ab eis tradi meruisset. ergo intelligere debemus et hoc dictũ esse: et illud qđ lucas cõmemorauit. Multa enĩ dicta et multa responsa sunt. Unde in narratione sua quisque posuit: quod satis esse iudicauit. nã et ipse ioãnes dicit q̃dã que obiecta sunt q̃ suis locis videbimus. Itaque sequitur. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eũ vos et fm legem vestrã iudicate eũ. Theophil. q.d. Quoniã ad votũ iudicium posuistis et superbitis: ac si nihil vnq̃ profanũ egeritis accipite vos et dãnate. ego nequaq̃ talis iudex efficiar. Alcui. Uel hoc dicit. q.d. vos qui legẽ habetis scitis quid lex de talibus iudicet. fm quod iustũ esse scitis: ita facite. Sequitur. Dixerũt ergo iudei: nobis nõ licet interficere quẽq̃. Augusti. Sed nõne lex p̃cepit ne malefactoribus p̃sertim seductoribus adeo qualem istũ putabãt parcerẽt? Sed intelligẽdũ est eos dixisse nõ sibi licere: in

[illegible] ppter festi diei sanctitatẽ quẽ celebrare iã ceperãt. Ita ne oẽm sensum nimia malicia pdidistis: vt ideo vos a sanguine innocẽtis ipollutos eẽ credatis: q: eũ fundendũ alteri traditis? Chry. Uel tõ ipsi eũ nõ interfecerũt: q: multum de ptãte eorũ abscissum erat eis romanis rebus subiacẽtibus. Uel aliter. q: dixerat eis: fm legẽ vestrã interficite eum: volẽtes ostẽdere q peccatum eius non est iudaicũ: dicunt. Non licet nobis. Nõ enĩ fm legẽ nostram peccauit: sed crimẽ eius est publicũ: quia se regem dixit. vel quia eũ crucifigi cupiebant vt etiam modo mortis eum diffament. Non autem licebat eis crucifigere. Sed quod alio modo interficiebant: monstrat stephanus ab eis lapidatus. Et ideo subditur. Ut sermo iesu impleretur quem di. significans qua morte eẽt moriturus: quoniã scz iudeis crucifigere non licebat. aut dicit hoc euãgelista: quoniam non ab eis solum: sed et a gentibus debebat interfici. Augustinus. Sic enim legimus apud marcum. vbi ait. Ecce ascendimus hierosolymã et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis: et tradent eum gentibus. Pilatus autem romanus erat: eumque in iudeam romani presidem miserãt. Ut ergo iste sermo iesu impleretur: id est vt eum sibi traditum gentes interficerent: noluerunt eum accipere dicentes. Nobis non licet interficere quemq̃. Actio

¶ Introiuit ergo iterum in pretoriũ pilatus: et vocauit iesum: et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Respõdit iesus: a temetipso hoc dicis: an alii dixerũt tibi d̃ me? Respondit pilatus. Nunquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid fecisti? Respondit iesus. Regnũ meũ nõ est de hoc mũdo. Si ex hoc mundo esset

regnū meum: ministri mei ... decertarent vt non traderer iudeis. Nūc autem regnum meū non est hinc. Dixit itaqꝫ ei pilatus. Ergo rex es tu? Respōdit iesus. Tu dicis: q̄r rex sum ego. Ego in hoc nat⁹ sum: et ad hoc veni in mūdum: vt testimoniū perhibeam veritati. Omnis q̄ est ex veritate audit vocē meā. Dicit ei pilat⁹. Quid est v̄itas?

¶ Chryso. Pilatus ab odio iudeoꝝ eripi volens iudiciū non ꝓtraxit in longū. vñ dicitur. Introiuit ergo iterū in p̄torio. pila. z vo. ie. Theo. Seorsum. eo q̄ magnā habebat de eo suspitionē. Proponebat aūt oīa exq̄site rimari. amoto strepitu iudeoꝝ. vnde sequit̄. Et dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ? Alcui. His verbis ōndit pilatus iudeos obiecisse hoc criminis vt diceret se esse regem iudeorum. Chry. Uel hoc pilatus a multis audierat: q̄r vero nihil illi habebant dicere vt nō multa fieret inuestigatio: quod cōiter dicebatur hoc in mediū ducere vult. Sequit̄. Et respon. ie. A temetipso hoc di. an alij ti. di. de me? Theophi. Innuit er hoc pilatū esse vecordē ac indiscrete iudicantē: ac si diceret. Si hoc ex teipso loqueris pande signa mee rebellionis: ac si ab alijs percepisti: inquisitionē fac ordinariā. Augu. Sciebat vtiqꝫ dn̄s z qd̄ ipse interrogauit: et quod ille rn̄surus fuit: sed t̄n dici voluit nō vt ipse sciret: sed vt cōscriberetur q̄ voluit vt scire t̄. Chry. Non ergo ignorās interrogat: sꝫ ab ipso accusari iudeos volens. vnde sequitur. Respon. pila. Nunquid ego iude⁹ sum? Augu. Abstulit a se suspitionē qua posset putari a semetipso dixisse: id se a iudeis audisse demōstrans. vnde subdit. Gens tua z pōtifices tui tradiderūt te mihi. Dein de dicendo. Quid fecisti. satis ostendit illud ei pro crimine obiectū tāq̄ diceret. Si te regē negas quid feci sti: vt traderis mihi? quasi mirū non esset: si puniendus iudici traderetur qui se diceret regem. Chryso. Reducit autem pila. nō valde malū existentē: et vult ostendere q̄ non est homo nudus: sed deus: et dei filius: et quod formidauerat pilatus dissoluit tyrannidis suspitionē. vñ sequitur. Respon. ie. Regnum meū nō est de hoc mundo. Augustinus. Hoc est quod bonus magister scire nos voluit: sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominū de regno eius opinio: siue gentium siue iudeorum: a quibus hic pilat⁹ audierat: quasi propterea fuisset morte plectendus q̄ illicitum affectauerit regnum. vel quoniā solēt regnaturi inuidere regnanti: et videlicet cauendum erat: ne huius regnum siue romanis siue iudeis esset aduersum. Quod si interrogante pilato continue respondisset: non etiam iudeis: sed solis gentibus hoc de se opinātibus respondisse videretur. Sed post responsionem pilati: iam iudeis et gentibus opportunius aptiusqꝫ respondit q̄si dicat. Audite iudei z gentes. non impedio dn̄ationem vestram in hoc mūdo. Quid vultis amplius? Uenite credēdo ad regnum quod nō est de hoc mundo. Quid est eīm eius regnū: nisi credētes in eū? quibus dicit. De hoc mūdo non estis q̄uis eos esse vellet in mundo. vnde et hic non ait. Regnū meum non est in hoc mundo: sed nō est de hoc mundo. De mundo enim est quicquid hominum a deo quidē creatum: sed ex adam vitiata stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam de mundo quicq̄d inde in christo regeneratū est. Sic enim nos deus eruit de potestate tenebrarum z transtulit in regnum filij charitatis sue. Chryso. Uel hoc dicit quoniam non tenet regnum vt hic reges terreni tenent: sed quoniā desuper habet principatum qui nō est humanus: sed multo maior z clarior. vnde subdit. Si ex hoc mundo esset reg. meum mini. mei vtiqꝫ de.

Pilati [...]utia.

Regni xp̄i cōditio.

cer. vt non tra. iudeis. Ostendit hic
regni eius quod apud nos est im-
becillitatem: quoniā a ministris ha
bet fortitudinem: superius vero re-
gnū sufficiens est sibi ipsi nullo indi
gens. Si igit̄ maius est illud regnū
volens captus est seipsum tradēs.
Augusti. Cū aūt ꝓbasset regnū suū
nō esse de hoc mundo subdit. Nunc
aūt regnū meū nō est hinc nō dicit.
Nō est hic. hic eñ est regnū eius vsq̄
ad finem seculi habens intra se cō-
mixta zizania vsq̄ ad messem: sꝫ ta-
mē nō est hinc: q͛ peregrinat̄ in mū
do. Theophi. Uel ideo nō dicit. Nō
est hic: sed nō est hinc. nā regnat in
mundo ⁊ vtit̄ illius ꝓuisiōe: ⁊ iuxta
votū cuncta disponit. Nō est aūt ab
infimis cōstitutū regnū eius: sed ce
litus ⁊ añ secula. Chry. Hinc aūt he
retici accipientes occasionē alienū
eū esse a mūdi cōditione dñt. Sꝫ eū
dicit. Regnū meū nō est hinc: nō pri
uat mūdū a sua ꝓuidentia ⁊ prela-
tiōe: sed ondit regnū suū nō esse hu-
manū neq̄ corruptibile. Sequitur.
Dicit itaq̄ ei pila. Ergo rex es tu?
Respōdit iesus. Tu dicis: q͛ rex sum
ego. Augu. Nō q͛ regē se timuit cō-
fiteri: sed ita dictū est. vt neq̄ regē
se neget: neq̄ regē se talē esse fateat̄
cuius regnū putet̄ esse de hoc mun-
do. Dictū est eñ. Tu dicis. ac si di-
ceretur. Carnalis carnaliter dicis.
Deinde subiungit. Ego in hoc nat⁹
sum: et ad hoc veni in mundū: vt te-
sti. perhi. veritati. Non est ꝓducen
da huius ꝓnominis syllaba qđ ait.
Natiuitas xpi duplex. In hoc natus sum: tāq̄ dixerit. In
hoc renatus sum. sed corripienda
tanq̄ dixerit. Ad hoc natus sum: si-
cut et ait. Ad hoc veni in mundum.
Uñ manifestū est eū tēporalē natiui
tatē suā hic cōmemorasse: qua incar
natus venit in mūdum: nō illā sine
initio qua de⁹ erat. Theo. Ul' aliter.
Quesito p pilatū si dñs eēt rex. Ego
inquit in hoc natus sum. i. ad hoc q͛
rex sum. hoc eñ ipso q̄ a rege ꝓdu-
ctus sum: me quoq̄ testor fore regē.
Chry. Si igitur rex natus est: nihil
nisi accipiens habet. Ad hoc inquit

..moniū perhibeā verita
ti: hoc est vt hoc ipsum suadeā om-
nibus. Et notandū est q̄ suā humi
litatē ostendit: dū dicentibus. Quo-
niā malefactor ē: ferebat silens. qñ
vero interrogat⁹ est de regno: tunc
locutus est ad pilatū erudiens eum
⁊ reducens ad altiora: et ostendit se
nihil versutum opatū esse p hoc qđ
dicit. Ut testimonium phibeā veri-
tati. Augusti. Cum aūt xp̄s testimo
niū perhibeat veritati: testimoniū
perhibet sibi. eius quippe est vox.
Ego sum veritas. Sed q͛ nō oīum
est fides: adiungit atq̄ ait. Omnis
q̄ ē ex veritate: audit vocē meā. Au
dit vtiq̄ interioribus auribus id est
obedit mee voci: ac si diceret. Cre-
dit mihi. Quod vo ait. Omnis qui
est ex veritate: gratiā cōmendauit:
qua sm̄ ꝓpositū vocat. Nam si na-
turā cogitemus in qua creati sum⁹:
cū oēs veritas creauerit: quis eñ est
ex veritate? sed nō oēs sunt quibus
vt obediāt veritati ex ipsa veritate
prestatur. Si enim dixisset: oīs qui
audit vocē meā ex veritate est: ideo
dictus ex veritate putaret̄: q͛ obtē-
perat veritati. Non aūt hoc dicit: sꝫ
ait omnis qui ē ex veritate audit vo
cem meā. Audit vtiq̄ ac per hoc nō
ideo est ex veritate: q͛ et⁹ audit vo-
cem. sed ideo audit: q͛ ex veritate
est: q͛ hoc illi donū ex veritate colla
tū est. Chryso. Hec autē dicēs attra-
hit ⁊ suadet fieri eorū que dicuntur
auditorē: ita deniq̄ ⁊ eum cepit his
breuibus verbis vt q͛reret. Quid ē
veritas. sequitur eñ. Dixit ei pila-
tus. Quid est veritas? Theo. Nam
fere ab hoīb⁹ euanuerat et a cunctis
erat incognita dū essent increduli.

¶ Et cū h̄ dixisset iterū exiuit
ad iudeos: ⁊ dixit eis. Ego nul-
lā inuenio in eo causam. Est aūt
consuetudo vobis vt vnum di-
mittam vobis in pascha. Uul-
tis ergo dimittam vobis regē
iudeorum? Clamauerunt rur-
sum omnes dicentes. Non hūc

Verit- tis ra- discu-

fed barrabam. Erat ... rabas latro.

Augu. Cū dixisset pilatus. Quid est veritas credo in mētē illi venisse cōtinuo cōsuetudinē iudeorū qua solet eis dimitti vnus in pascha: et ideo nō expectauit vt respōderet ei iesus ne mora fieret cū recoluisset morem quo posset eis in pascha dimitti: qđ eū valde voluisse manifestū est. vñ dicit. Et cū hoc dixisset: iterū exiuit ad iudeos. Chry. Sciebat enim qm̄ hec indigebat tēpore interrogatio. oportebat aūt eū eripere ab impetu iudeorū. idcirco ꝛ exiuit. Alcui. Uel nō expectabat audire respōsum: qr forte indignus fuit audire. Sequitur. Et dixit eis. Ego nullā in eo inuenio causam. Chry. Non dixit: qr peccauit ꝛ dignus est morte: donate eū festo: sed primum eum excusans tunc rogat ex abundanti: vt si nollēt eū vt innocentē dimittere saltē obnoxiū donarēt tēpori. Ideoqꝫ inducit. Est aūt cōsuetudo vobis: vt vnū dimittā vobis in pascha. Beda. Hec cōsuetudo nō erat legis preceptum sed ex antiqua patrum traditione descendit: vt ob recordationē libera tionis ex egypto: vnum etiam in die pasche dimitterent vinctum. Deinde exhortatiue dicit: vultis ergo dimittā vobis regē iudeorum? Augu. Auelli enī ex eius corde non potuit iesum regem iudeorum esse tanqꝫ hoc ibi sicut in titulo ipsa veritas fixit: de qua quid esset interrogauit. Theophi. Pulchre autē pilatus respondet per hoc ꝙ in nullo iesus errauerit: sꝫ frustra indetaꝫ ab eis velut regnum desiderans. Non enī eum qui se regem assereret: ac emulum romane potestatis: romanorūqꝫ vicarius absoluisset. Quāobrem in hoc ꝙ dixit. Regem iudeorum absoluam: prorsus innoxium iesuꝫ prodit: illuditqꝫ iudeos quasi dicat quē vos criminamini vt regē se putantē hunc absolui iubeo quasi talem nō existentem. Augustinus. Sed hoc audito clamauerūt. vnde sequitur.

Clamauerunt omnes rursum dicentes. Nō hunc: sed barrabam. Erat autem barrabas latro. Non reprehendimus, o iudei ꝙ per pascha liberastis nocentem: sed occidistis innocentem: quod tamen nisi fieret verum pascha non fieret. Beda. Quia ergo reliquerunt saluatorem et petierunt latronem: vsqꝫ hodie diabolus sua latrocinia exercet in ipsos. Alcuinus. Barrabas autem interpretatur. Iste filius magistri eorū id est diaboli: qui huic latroni in suo scelere: iudeis in sua perfidia magister fuit. Capi. xix.



Tunc ergo apprehēdit pilatus iesum et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis imposuerunt capiti eius. Et veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorum. ꝛ dabant ei alapas. Exiuit iterū pilatus foras: et dicit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoscatis qꝛ nullam inuenio in eo causam. Exiuit ergo iesus portans spineā coronam et purpureum vestimētū: et dicit eis. Ecce homo.

Augustinus. Cū iudei clamassent non iesum sibi dimitti a pilato velle propter pascha: sed barrabā latronem subditur. Tunc ergo apprehēdit pilat⁹ ie. ꝛ flagellauit. Hoc pilatus non ob aliud fecisse credendus est: nisi vt eius iniuriis iudei satiati sufficere sibi estimarēt: et vsqꝫ ad eius mortem seuire desisterent. Ad hoc pertinet ꝙ idem p̄ses etiaꝫ cohortem suam permisit facere que sequūtur: aut fortassis ꝛ iussit: dixit enim quid deinde fecerint milites: pilatum tamē id iussisse non dixit. Sequitur enim. Et milites plecteꝫ

Margin notes: Uersiatis responsum, ō accessit pilatus. — ...nitiule ... pascale. — Flagellatio iesu causa.

tes coronam de spinis ... capiti eius: et veste purpurea dederunt eū: et veniebant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorū. et dabāt ei alapas. Chryso. Quia enim pilatus dixit eū regem iudeorum schema et contumelie de reliquo apponunt. Beda. Nam pro dyademate spineā illi imposuerunt coronam: et pro purpureo vestimento quo reges veteres vtebantur: vestem purpuream ei circundant: vbi nō debet videri cōtrarium: quod mattheus dicit circundedisse chlamidem coccineā quia: vt Origenes refert vnius sunt materie coccus et purpura: coccule enim inciduntur: et ex his gutte sanguinis fluunt: ex quibus vtriusq generis tingitur vestimentum. et quis hoc milites illudendo facerēt nobis tamē operabātur mysteria. Nam per spineam coronam nostrorum designatur peccatorū susceptio que sicut spinas terra nostri corporis germinat. Investimento purpureo caro passionibus subiecta significatur. purpura etiam vestitur cum de triumphis sanctorum martyrum gloriatur. Chry. Nō autē iniunctio principis erat qd faciebant: sed ad gratiam iudaicam hoc faciebant: quia neq circa initiū ab illo iussi fuerūt nocte: sed iudeis pecuniarum gratia gratificantes omnia audebant. tot autem et talibus factis ipse stabat silens. Tu vero audiens. hec in mēte habe ptinue: et regē orbis terrarū et angelorū dnm videns cōtumeliam patientē et oia ferentē silentio imitare. Augusti. Sic enim implebantur q de se dixerat xps. sic martyres informabantur ad oia que persecutores libuit facere pferenda: sic regnum qd de hoc mūdo non erat superbum mundū nō atrocitate pugnādi sed patiendi hūilitate vincebat. Chry. Ut aūt cōuitium qd a militibus factū erat: in eū videntes respirent a passiōe: coronatū iesum adduxit ad eos. vn sequit. Exiuit iterū pi. fo. et di. eis. Ecce adduco vo. eū fo. vt co. q: nullā in eo causam iuenio. Aug.

Illusionis xpi mysteria.

et nō ignorāte pilato hec illuo facta: siue iusserit ea siue permiserit illa. f. causa quā supra diximus: vt hec eius ludibria inimici libentissime viderent. et vlteri sanguinē nō sitirēt. vn seqr. Exiuit ergo ie. por. spi. co. et pur. ve. Nō dans imperio sed plenus opprobrio. Sequitur. Et dicit eis. Ecce homo q. d. Si regi inuidetis iā pcite: q: abiectū videtis. feruet ignominia: frigescat inuidia.

Pilatus cōscius illusiō...

Cum ergo vidissent eum pōtifices et ministri clamabāt dicentes. Crucifige crucifige eū. Dicit eis pilatus. Accipite eū vos et crucifigite. Ego nō inuenio in eo causam. Respōderūt ei iudei. Nos legē habemus: et secundū legem debet mori: quia filiū dei se fecit. Cū ergo audisset pilatus hunc sermonem magis timuit.

Augustinus. Iudeorū inuidia pro xpi ignominia nō frigescit. larescit potius et increscit. vnde dicit. Cum ergo vidis. eum pon. et mi. cla. dicen. cru. cru. eum. Chrysostomus. Uidit ergo pilatus ola inaniter fieri. vn sequit. Dicit eis pi. acci. eum vos et crucifigite. Execrantis est hoc vbū ad rē nō pcessaz eos ipellētis. Ipsi enī ducebāt eū. vt cū psidis iudicio b fieret. Cōtingit āt ptrariū iudicio psidis eū magis absolui. vn sequit. Ego enī nō inuenio in eo causam. Cōtinue enī eū ab accusatiōibus eruit. Un manifestum est qm et pora propter illorum concessit insaniam: sed iudeos canes nil horum in vere cundiā puertit. nam sequitur. Responderūt iu. Nos legē ha. et bm le. de mori: quia fi. dei se fecit. Augu. Ecce alia maior inuidia. parua quidem illa videbatur velut affectate illicito ausu regie potestatis: et tamen neutrum sibi iesus mēdaciter vsurpauit: sed vtrumq verum est: et vnigenitus est dei filius. et rex a

Dil... tia ... ti.

deo constitutus super ... sanctū eius: ꝛ vtrūqꝫ nunc demōl ret: nisi q̄̄to erat potentioꝛ: tāto mal let esse patientioꝛ. Chry. Adimuicem em̄ ipsis disputantibus silebat: impleēs propheticū. illud: q̄ nō aperuit os suū in humilitate sua iudiciū eius sublatū est. Aug. de cō. euā. Hoc aūt pōt congruere ei qđ lucas cōmemorat. in accusatione iudeoꝝ dictū hūc inuenim⁹ subuertentē gentē nostrā: vt adiungatur: q2 filium dei se fecit. Chry. Deinde pilat⁹ quidem timet ab ipis auditis: ꝛ formidauit. ne forte verū esset quod dicebatur: ꝛ videretur inique agere. vñ sequitur. Cū ergo audisset pilatus hūc sermonē magis timuit. Beda. Non timuit q2 legē audiuit: q2 alienigena erat: sed magis timuit ne filiū dei occideret. Chry. Illi vero hoc dicentes nō horruerunt: sed interficiūt eū pro q̄bus oportuerat adorare.

¶ Et ingressus est pretoꝛiū iterum: ꝛ dicit ad iesum. Unde es tu? Jesus autem respōsum nō dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. Mihi non loqueris? Nescis q2 potestatem habeo crucifigere te: ꝛ potestatem habeo dimittere te? Respondit iesus. Nō haberes potestatem aduersuꝫ me vllam nisi tibi datum esset desuper. Propterea q̄ me tradidit tibi maius peccatuꝫ habet. Et exinde querebat pilatus dimittere eum.

¶ Chry. Pilatus timoꝛe concussus: rursus inquisitionem facit. vñ dicit. Et ingressus est pretoꝛium iterū: et dicit ad iesum. vnde es tu? Non aūt vltra interrogat. Quid fecisti? Seq̄tur. Jesus aūt respōsuꝫ nō dedit ei. Qui em̄ audiuit q̄m in hoc nat⁹ suꝫ. ꝛ ad hoc veni: ꝛ q̄m regnū meū nō est hinc: cū debuisset resistere ꝛ eripere eum: hoc quidēꝫ non fecit: sed secut⁹ est iudaicū impetū. Propterea ergo nihil ei r̄ndit: quoniā inaniter oīa iter... ...bus ei: volebat per sermones vincere ꝛ excusatiōes cōponere: ostēdens quoniāꝫ ad hoc venit. Augusti. Hoc autē silentiū dñi nostri iesu xp̄i non semel factū collatis omniū euāgelistarū narrationib⁹ repitur: sed apud principē sacerdotū: apud herodē: ꝛ apud ipsum pilatum: vt nō frustra de illo ꝓphetia p̄cesserit. Sicut agnus corā tondēte fuit sine voce: sic non aperuit os suū: tunc vtiqꝫ qñ interrogantib⁹ non respondit. Quis em̄ quibusdā interrogantibus sepe responderit: tñ ꝓpter illa in quibus noluit respōdere ad hoc data est de agno similitudo vt in suo silentio nō reus: sed inocens haberetur. i. nō sicut male sibi conscius q̄ de pctīs conuincebatur suis: sꝫ sicut mansuetus q̄ ꝓ peccatis imolabatur alienis. Chry. Q2 igitur siluit. sequitur. Di. ergo ei pi. Mi. non lo. nescis q2 po. ha. cru. te: ꝛ po. ha. dimittere te? Uide qualiter seipsum ꝯdēnauit. Si ei in te totū positū est cuius gr̄a nullā cām inueniēs non absoluis? Q2 igitur aduersus seipsum ꝓtulit sniam respōdit iesus. Nō haberes p̄tātē aduersum me vllam: nisi tibi datū eēt de sup. ostēdēs quoniā nō simpliciter ꝛ s̄m alioꝝ cōsequētiā hoc fit: sꝫ mystice consumatur. Ne igitur hoc audiens estimes eū ab oī crutū crimine. subdit. Propterea q̄ tradidit me tibi pctm̄ maius habet. Et nimirū si datum erat neqꝫ hic neqꝫ illi obnoxij sunt criminibus: inaniter dicis. Hoc em̄ datuꝫ est. i. concessum. ac si diceret: p̄misit hoc fieri: nec tñ ꝓpterea extra nequitiam sunt. Aug. Ecce r̄ndit: p̄uide: vbi nō respondebat: non sicut reus siue dolosus: sed sicut ouis silebat. vbi respondebat: sicut pastoꝛ docebat. Dicam⁹ ergo quod dixit: quod ꝛ per apostolum docuit: quia nō est potestas nisi a deo. Et q2 pl⁹ peccat qui potestati innocentē occidendum liuoꝛe tradit: q̄ p̄tās ipsa si eū timore alicuius maioris p̄tātis occidit. Talē quippe de⁹ dederat illi p̄tātē vt eēt etiā sub cesaris p̄tāte. quap:o

pter inquit. Nō haberes adu̾sum me potestatem vllā.i.q̄tulācūq̄ꝫ ha bes:nisi hoc ipsum quicq̄d est: tibi esset datū desup. Sꝫ quia scio quantum sit:non em̄ tantū est vt tibi omnimodo liberū sit:propterea qui tradidit me tibi maius pctm̄ habet. Il:le quippe me tue potestati tradidit inuidendo:tu vero eādē potestatem in me exercitur⁹ es metuendo.nec timendo quidē ꝑsertim innocentē ho:minē nō debet occidere:sed hic celā:do facere multo maius malū est q̄ timendo ⁊ ideo non ait. Qui me tibi tradidit:ipse hꝫ pctm̄ : tāq̄ ille non haberet:sed ait. Maius pctm̄ habet vt etiā se habere itelligeret. Theo. Dicit autem·q̄ tradidit me tibi.i.iu das vel etiam turba. Cū ergo patēs responsum iesus ediderit:q̄ nisi me metipsum ꝓberē ⁊ pater concederet: nō haberes ptātez in me:et hoc potius ipꝫ absoluere pilat⁹ satagebat. Unde sequit̄. Et exinde querebat pilatus dimittere eū. Augu. Lege superiorat inuenies iamdudū eū querere dimittere iesum. Exinde itaq̄ intelligendum est. Propter hoc.i.ex hac causa ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum.

pctm̄ p̄ lati.

¶ Iudei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis nō es amicus cesaris. Omnis em̄ qui se regem facit contradixit cesari. Pilatus autez cum audisset hos sermones:adduxit foras iesum:⁊ sedit pro tribunali in lo:co qui dicitur lichostratos:he:braice autē gabatha. Erat au:tez parasceue pasche hora quasi sexta:⁊ dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi aūt clamabāt. Tol:le:tolle:crucifige euꝫ. Dicit eis pilatus. Regē vestrū crucifigā? Rūderunt pōtifices. Nō habe:mus regē nisi cesarē. Tūc ergo tradidit eis illū vt crucifigeret̄:

¶ Augu. Maiorē timorē se ingerere [...]ntiudei pilato terrēdo de cesare vt occideret christum q̄ supe:rius vbi dixerunt. Nos legem habemus:⁊ sm̄ legē debet mori:qr filium dei se fecit. vn̄ dr̄. Iudei aūt cla. di. Si hūc di. nō es ami. cesaris. Oīs est qui se re. fa. cō. ce. Chry. Sed vn̄ ha:betis hꝫ demōstrare a purpura a diademate:a curru. a militib⁹? Nōne solus cū xij. discipulis incedebat p oīa vilia transiens ⁊ cibū ⁊ stolam ⁊ ha:bitationē. Augu. Pilat⁹ autem eoꝝ legem non timuit vt occideret:sꝫ magis filium dei timuit ne occideret. Nunc vero non sic potuit cōtemnere cesarē auctorem potestatis sue:quē admodū legem gentis aliene. vnde subditur. Pilatus autē cuꝫ audisset hos sermones adduxit foras iesum ⁊ sedit ꝓ tribunali in lo. qui dicit̄ li:thostratos:hebraice aūt gabatha. Chry. Exiit quidē vt scrutatur⁹ rem. sedere em̄ ꝓ tribunali hoc ondebat. Glo. Sicut ei tribunal est iudicū. sic tronus vel soliū regū:⁊ cathedra doctorum. Beda. Licostratos autez dicitur pauimentuꝫ quasi lapide stra:tuꝫ:erat locus sublimis. Sequitur. Erat autem parasceue pasche hora quasi sexta. Alcuinus. Parasce:ue id est preparatio. hoc nomine dicebatur sexta sabbati in qua pre:parabant necessaria sabbato vt de māna dictū est. Sexta die colligetis duplum:qr enim sexta die hō est factus:et in septima requieuit deus: ideo sexta die ꝓ hoīe patit̄:sabbato quiescit in sepulchro. hora aūt erat quasi sexta. Augusti. Quid est ergo qđ marcus dicit. Erat hora tertia qn̄ crucifixerunt eū:nisi qr hora ter:tia crucifixus est dn̄s linguis iudeorū: hora sexta manibus militum vt intelligamus horā quintā iā fuisse transactā:et aliquid de sexta cepiū qn̄ sedit ꝓ tribunali pilatus:que dicta est a ioanne hora quasi sexta: et cū duceretur ⁊ crucifigeret̄:et iuxta eius crucē gererētur que gesta nar rant̄: hora sexta integra cōpleret. Ex qua hora vsq̄ ad nonā sole ob:scurato:tenebras factas triū euan:

Cō
et
lic

gelistarum matthei marci ...
testatur auctoritate. Sed quoniã iu
dei facinus interfecti christi a se in
romanos. s. pilatū et ei9 milites trās-
ferre conati sunt: propterea marcus
e a hora: qua christus a militib9 cru-
cifixus est pretermissa: tertiam post9
horam recordatus expressit: vt non
tantum milites reperiantur crucifi-
xisse iesum: verū etiam iudei qui vt
crucifigeretur hora tertia clamaue-
runt. Est et alia huius solutio q̄stio-
nis: vt nō hic accipiatur hora sexta
diei: quia neqȝ ioannes ait. Era. ho
ra diei quasi sexta. Sed ait. Erat pa
rasceue hora quasi sexta. parasceue
autem latine preparatio est. Pascha
enim nostrum vt dicit apostolus im
molatus est christus. Cuius pasche
preparationem si ab hora noctis nona
computemus quando videntur princi
pes sacerdotum pronunciasse dñi im-
molationem dicentes. Reus est mor
tis vsqȝ ad horam diei tertiam qua
crucifixum esse christum marc9 euā
gelista testatur: sex hore sunt tres
nocturne et tres diurne. Theo. Sol-
uunt autem quidā q̄ ex peccato scri
ptoris contigerit apud grecos. nam
quedā littera greca nomine gama:
cuius talis est figura tertiam horam
importat. Quedam autem figura q̄
ab eis vocatur epsylon que talis est
sextam horam importat. Ex negligē
tia ergo scriptorum precedens figu
ra cedere potuit in sequētem. Chry.
Pilatus ergo vt scrutaturus erat eos:
nullam tamen scrutationem faciēs
tradit eum estimans mouendos esse
eos. vnde sequitur. Et dicit iudeis.
Ecce rex vester. Theophi. q. d. Ecce
qualem hominem fatemini q̄ impe
rium vestrum capesseret humilis vt
nihil tale possit tentare. Chry. Et ni
mirum que dicta sunt erant sufficiē
tia vt facerent eos de cetero ab ira
cessare: sed trepidabāt ne dimissus
rursus turbam ducat. Amor etenim
principatus versutum quid est et ani
mam sufficiens perdere: propterea
magis insistunt. vnde sequitur. Illi
autem clamabant. Tolle: tolle. In-

... Hec enim eum conantur expro
... turpissima morte. vnde subdūt. Cru
cifige eum. formidantes ne aliqua
eius post ipsum fiat memoria. Au-
gu. Adhuc autem pilatus terrorem
quem de cesare ingesserant: supera
re conatur. vnde subditur. Dixit eis
pilatus. Regem vestrum crucifigā?
de ignominia eorum volens eos frā
gere quos de ignominia christi miti
gare non potuit. Sequitur. Respon
derūt pontifices. Nō habem9 regē
nisi cesarē. Chry. Volētes seipsos sub
miserūt supplicio propterea et deus tra
didit eos. Quia enim cōcorditer ne
gauerūt regnum dei: dimisit eos in
suum iudicium incidere. regnū enim
christi refutātes id quod cesaris est
super seipsos vocabant. Augu. Sed
pilatus timore maior vincitur. vnde
sequitur. Tunc ergo tradidit eis il
lū vt crucifigeretur. Apertissime enim
contra cesarem venire videretur: si
regem se non habere nisi cesarē pro
fitentibus alium regem vellet inge
rere: dimittendo impunitum: quem
propter hos ausus ei tradiderūt oc
cidendum: non autē dictum est. Tra
didit eis illum vt crucifigerent illū:
sed vt crucifigeretur. s. iudicio ac po
testate presidis. Sed ideo illis tra-
ditum dixit euāgelista vt eos crimi
ne implicatos a quo alieni eē cona
bantur ostēderet: non enim faceret
hec pilatus: nisi vt id quod eos cupe
re cernebat impleret.

Vindicta iudeorum.

¶ Susceperunt autem Jesum
et eduxerunt. Et baiulans sibi
crucem exiuit in eum qui dicitur
caluarie locum: hebraice autem
golgotha. Ubi crucifixerūt eū:
et cum eo alios duos hinc et inde
medium autem iesum.

¶ Glo. Ad mandatum presidis mili
tes christum susceperunt crucifigen
dum. vnde dicitur. Susceperunt au
tem iesum et eduxerūt. Augu. Potest
enim hoc iam referri ad milites ap
paritores presidis. nam postea eui
dentius dicitur. Milites ergo cū cru

cifixissent est: quis euangeli... fa si totum iudeis tribuit merito facit: ipsi enim fecerunt quicquid vt fieret extorserunt. Chry. Sed quia lignu3 vt prophanum putabant: vitabant ꝛ neq3 tangere ipsum sustinebant cru cem iesu vt condemnato imponunt. vnde sequitur. Et baiulans sibi cru cem exi. in eum qui dicitur caluarie locum hebraice aute3 golgotha. vbi eum crucifixerunt. Ita ꝛ in typo fa ctum est. Isaac ꝛ enim ligna porta uit sed tunc quidem vsq3 ad patris beneplacitum res processit: nunc au tem in rebus effectum obtinuit: ve ritas enim erat. Theo. Sed quodã modo vt illic isaac dimissus est: ꝛ ma ctatus est aries sic ꝛ hic diuina na tura manet impassibilis: sed huma nitas sm quam aries dicitur tanq̃ errantis arietis ade filius hic ma ctata est. Sed qualiter alius euãge lista dicit: q angariauerunt simonẽ vt crucem portaret. Augustinus de con. euan. Utrũq3 factum inuenim⁹. primo id quod ioannes dicit. deinde quod ceteri tres. vnde itelligitur q ipse sibi portabat crucez: cum exiret in locum memoratum. Augustinus super ioan. Grande spectaculum. s3 si spectet impietas grande ludibriũ si pietas grande mysterium. Ridet impietas: regem pro virga regni li gnũ sui portare supplicij. Uidet pie tas regem baiulantem lignum ad seipsum figẽdum: quod fixurus fue rat: etiam in frontibus regum: sper nendum oculis impiorum in qua erant glorificatura corda sanctorũ: ipsam crucẽ suam gestans humero ꝯmẽdabat: ꝛ lucerne arsure que sub modio ponenda non erat candela brum ferebat. Chrysostomus. Et si cut victores ita ꝛ ipse in humeris por tabat victorie signum. Quidam au tem dicunt q in illo loco qui caluarie dicebatur adam mortuus est ꝛ se pultus: vt in loco vbi mors regna uit: illic ꝛ iesus tropheum statuerit. Hiero. super matth. Fauorabilis in terpretatio ꝛ mulcens aurem popu li: nec tamen vera. Extra vrbem enim ... foris portam loca sunt: in quibus truncantur capita damnatorum et caluarie q̃si decollatoruz sumpse re nomen. Adam vero sepultum iu xta ebron ꝛ arbee in iesu filij naue volumine legimus. Chry. Crucifige bant autem eum cum latronibus. Unde seq̃tur. Et cum eo alios duos hinc ꝛ inde. medium autem iesum. In hoc prophetiam implentes: quo niam cum iniquis reputatus est. Que enim conuitiantes faciebant: hec veritati conferebant. volebat enim demon quod fiebat obumbra re: sed non valuit. Tribus enim in cruce affixis miracula que fiebant nulli ascripsit nisi soli iesu: ita ina nes diaboli artes facte sunt. nec so lum non obfuit glorie eius: sed con tulit non parum. na3 latronẽ in cru ce conuertere: ꝛ in paradisum indu cere non minus fuit q̃ concutere pe tras. Alcuinus. Tamen ꝛ ipsa crux si attendas tribunal fuit. in medio enim iudice constituto: vnus latro qui credidit liberat⁹: alter qui insul tauit damnatus est: na3 significabat quod factur⁹ est de viuis ꝛ mortuis: alios positurus ad dextrã: alios ve ro ad sinistram.

Crucis fue por titor Je sus.

¶ Scripsit autem ꝛ titulum pi latus: ꝛ posuit super crucem. Erat autez scriptum. Jesus na zaren⁹ rex iudeoꝝ. Hũc ergo titulũ multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus ẽ iesus. Et erat scri ptum hebraice: grece: ꝛ latine. Dicebant ergo pilato pontifi ces iudeoruz. Noli scribere rex iudeorum: sed quia ipse dixit rex sum iudeorum. Respondit pilatus. Quod scripsi scripsi.

¶ Chrysostomus. Sicut in tropheo littere ponuntur victoriam osten dentes ita Pilatus titulum cruci christi inscripsit. vnde dicitur,

